cis ducit partem a ſiniſtro humero
pendentē ad dexterā et partē a dex
tro humero pēdentē ad ſininiſtrā,
ſicq; vtramq; partem ſtole extre/
mitatibus cinguli hinc et inde ipſi
cingulo coniungit dicens.

Redde mihi obſecro ſtolā immor/
talitatis, quā perdidi in preuarica/
tione primi parētis: ꝛ quia cum hoc
ornamento accedo (q̄uis indignꝰ)
ad tuū ſanctū myſteriū, preſta: vt
cū eodē letari merear in perpetuū.
Amen. Induitur caſulam dicens.

Dñe ieſu chriſte, q̄ dixiſti aplīs tuis,
iugum enim meū ſuaue eſt: ꝛ onus
meū leue, preſta: vt ſic illud depor/
tare valeā: qualiter cōſequi poſſim
tuā gratiā. Amē. Supradicte ora/
tiones, nō ex precepto, ſed ex deuo/
tione dicunt: poterit etiā ſacerdos
his orōnibus dimiſſis: dū ſe parat
dicere pſalmū. Miſerere mei deꝰ
vſq; ad finē, cū Gloria patri, ꝛ Sicut
erat aut aliū pſalmū vel orationē
cōuenientē. Paratꝰ ſacerdos, oī/
bus paramētis indutus, deſcendit
ante infimū gradū altaris iunctis
manibꝰ ante pectꝰ detecto capite
dicēs. Veni ſancte ſpūs, reple tuo/
rū corda fideliū, ꝛ tui amoris in eis
ignē accēde. Vias tuas dñe demō
ſtra mihi: ꝛ ſemitas tuas edoce me.
Dirige me in veritate tua et doce
me: quia tu es deꝰ ſaluator meꝰ:
et te ſuſtinui tota die. Gloria patri
et filio et ſpiritui ſancto. Sicut erat
in principio et nūc et ſemꝑ et in ſecu
la ſclorū. amē. Et mox ad ipm alta
re ſe cōuertit: vbi eodē modo ſtans
dicat. Aue maria, gratia plena, do
minꝰ tecū: benedicta tu in mulieri/
bus, ꝛ benedictꝰ fructꝰ ventris tui,
ieſus. Sācta maria mater dei ora
pro nobis peccatoribꝰ. Amē. Qua
dicta producēs manu dextra a frō/
te ad pectꝰ ſignum crucis: ſiniſtrā
vero ponit infra pectus: et intelligi
bili voce dicit. Per ſignū crucis de
inimicis noſtris libera nos deꝰ no/
ſter. In nomine patris et filij ꝛ ſpi
ritusſancti amē. Iungit manꝰ an/
te pectus dicens ſimili voce. ℣. In/
troibo ad altare dei. Miniſter ad
eius ſiniſtrā, aliquantulū tamen re

tro genu flexus, reſpondet. Ad deū
qui letificat iuuentutē meam. Cele
brās proſequitur. Iudica me de⁹,
et diſcerne cauſam meam de gente
nō ſancta: ab hoīe iniquo ⁊ doloſo
erue me. Miniſter ⁊ intereſſentes
dicunt ſingulos alios ſiue ſecunda
rios verſu⁹: ⁊ alia, vt infra ponitur,
reſpōdeant. Quia tu es deus forti
tudo mea: q̄re me repuliſti, et qua-
re triſti⁹ incedo dū affligit me inimi
cu⁹. ℣. Emitte lucē tuā ⁊ veritatē tuā,
ipſa me deduxerunt, et adduxerunt in
montē ſanctum tuum, ⁊ in tabernacu
la tua. ℞. Et introibo ad altare dei,
ad deum qui letificat iuuētutē meā. ℣.
Confitebor tibi in cythara deu⁹, deus
meus: quare triſtis es aīa mea, et qua-
re conturbas me? ℞. Spera in deo,
qm̄ adhuc cōfitebor illi: ſalutare vult⁹
mei et deus meus. Celebrans incli-
nat caput deo dicēs. ℣. Gloria patri
⁊ filio ⁊ ſpiritui ſancto. ℞. Sicut erat
in principio et nunc et ſemp: ⁊ in ſecula
ſeculorū. amen. ℣. Introibo ad altare
dei. ℞. Ad deum qui letificat iuuentu
tem meā. ℣. Dignare dn̄e die iſto. ℞.
Sine peccato nos cuſtodire. ℣. Ab oc-
cultis meis munda me dn̄e. ℞. Et ab
alienis parce ſeruo tuo. ℣. Confitemi-
ni dn̄o qm̄ bonus. ℞. Quoniā in ſecu
lum miſericordia eius. ℣. Ora pro no-
bis ſancta dei genitrix. ℞. Ut digni
efficiamur promiſſionib⁹ chriſti. Ce-
lebrans caput humiliter deo incli-
nans dicit. Ego peccator cōfiteor
omnipotenti deo et glorioſe ac bea
tiſſime virgini marię: et beatis apo
ſtolis ſuis, petro et paulo et beato
auguſtino, et beato valerio, et om-
nibus ſanctis: ⁊ vobi⁹ fratres, quia
peccaui nimis, per irā, per inuidiā,
per ſuperbiā, cogitādo, loquendo,
operādo: et cū excōmunicatis par-
ticipando, in ordine meo: et in cun-
ctis vitiis mei⁹. Manu dextra per
cutit pectu⁹ ſuū interim dicēs. mea
culpa, mea culpa, mea maxima cul
pa. Sequitur abſolutio.
Miſereatur veſtri omnipotēs de⁹:
et dimiſſis omnibus peccatis ve-
ſtris perducat vos ad vitam eter-
nam. ℞. Amē. Celebrans produ-
cens manu dextra a fronte ad pe-
ctus ſignum crucis, dicit. Indulgē
tiam, abſolutionem et remiſſionē
omnium peccatorum veſtrorū tri-
buat vobis omnipotens et miſeri-
cors domin⁹. ℞. Amen. Celebrās
ſtans capite inclinato dicit. ℣. De⁹
tu conuerſus viuificabis nos. ℞.
Et plebs tua letabit in te. ℣. Oſtē
de nobis domine miſericordiā tuā.
℞. Et ſalutare tuum da nobis. ℣.
Domine exaudi orationem meā.
℞. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Domin⁹ vobiſcum. ℞. Et cum
ſpiritu tuo. Oremus. Tunc dicit ſe
crete hanc orationem.
Aufer a nobis, queſum⁹ dn̄e, cun-
ctas iniquitates noſtras: vt ad ſan
cta ſanctorū mereamur puri⁹ mēti
bus introire, per chriſtū dn̄m nr̄m
amen. Predicta oīa celebrāti ordi

nata excepto (Aufer a nobis) dici
debent ꝑ eũ intelligibili voce, ita ꝙ
ab intereſſentibus miſſe intelligibi
liter audiãtur. Siliter et introit⁹ cũ
ſuo verſu et Gloria pr̃i. Kyrie elei/
ſon. Gloria in excelſis deo ꝛc. Dñs
vobiſcum. Orem⁹. Flectamus ge/
nua. Leuate. Orõnes prophetie.
Ep̃la Graduale cũ ſuo v̾ſu. Halla
cũ ſuo v̾ſu. Tract⁹ cũ ſuis verſib⁹.
Euangeliũ. Credo. Dñs vobiſcũ.
Offertoꝛiũ. Orate fratres. Poĩa
ſc̄la ſc̄loꝝ. Prefatio. Sanctus ꝛc.
Nobis qꝫ pc̄oꝛib⁹. Per oĩa ſc̄la ſe
culoꝝ. Pax dñi ꝛc. Agnus dei ꝛc.
Pax tecũ. Dñe non ſum dignus.
Cõmunio. Dñs vobiſcum. Ore/
mus. Poſtcõmunionẽ. Humilia/
te capita vr̃a deo. Dñs vobiſcum.
Ite miſſa eſt. Benedicamus dño.
Requieſcãt in pace. et Bñdicat vos
ꝛc. Oĩa alia q̃ in miſſa dicũt debẽt
dici ſecrete: ita ꝙ a circũſtãtib⁹ ſeu
intereſſentib⁹ miſſe nõ audiantur.
Finita orõne Perpetua q̃s dñe.
vt ſupra. celebrãs aſcẽdit ad altare
iũctis manibus: et oſculat̾ altare in
medio manib⁹ extenſis hinc ꝛ inde
ſup ip̃m altare poſitis. Poſtea an̄
crucis adoꝛationẽ dicit hãc añam.
Salue crux preciosa q̄ in corpe chriſti
dedicata es, et ex membris eius tanq̃
margaritis oꝛnata, ſuſcipe me ſeruum
eius qui pependit in te, domin⁹ meus
ieſus chriſtus. Hic adora crucẽ ꝛ dic.
Adoramus te chriſte et benedicimus
tibi, quia ꝑ ſanctã crucẽ tuã redemiſti
mundũ. ℣. Nos autẽ gloriari opoꝛtet
in cruce dñi noſtri ieſu chriſti: in quo
eſt ſalus vita et reſurrectio nr̃a: ꝑ quẽ
ſaluati et liberati ſumus. Oremus.
PErpetua q̃s dñe pace cuſto
di: quos per lignũ ſancte cru
cis redimere dignatus es, Qui vi/
uis et regnas deus per om̄ia ſecula
ſeculoꝝ amen. Et extendat coꝛpo
rale quod ſupponitur calici ſup al/
tare. Quo extenſo, Celebrãs acce
dit ad coꝛnu altaris ſiniſtrũ videli/
cet Ep̃le: vbi ſtans verſus ad alta
re iũctis manib⁹ et libro miſſali ibi
dem exiſtente q̄ recte inter anterio
rẽ ꝛ poſterioꝛem partes altaris po
ni debet: dicit intelligibili voce. ℣.
Adiutoꝛiũ noſtrũ in nomine dñi. ℟.
Qui fecit celũ ꝛ terram. ℣. Sit nomen
dñi benedictũ. ℟. Ex hoc, nunc, ꝛ vſqꝫ
in ſeculũ. Quibus dictis producẽs
manu dextera a fronte ad pectus
ſignum crucis dicit In noĩe patris
✠ et filij ꝛ ſpũſſancti, amẽ. Demũ
perlegit Introitũ cum ſuo verſu: ꝛ
Gl̃ia patri. vt in miſſali eſt oꝛdina/
tũ. Poſtea manibus ante pectus
iunctis accedit ad medium altaris:
vbi ſtans verſus ad illud manibus
vt ſupra iũctis: dicit ſimili voce ter
Kyrie el. ꝛ ter Chriſte el. ꝛ ter Ky
rie el. Quib⁹ cõpletis in eodẽ loco
ſtãs manib⁹ iũctis ante pectus vo
ce predicta dicit ſi ſit dicendũ. Gl̃ia
in excelſis deo. Quod dicendo con
tinuo manus extendit: et iterũ iun/
git ante pectus: et caput deo incli/

nat:quo ibidē per ipm dicto: iūctis
manibꝰ prius,in eodē loco:ac eodē
modo ſtanꝰ proſequit᷑. Et in terra
pax hominibꝰ bone volūtatꝭ. Lau
damus te. Benedicimꝰ te. Adora-
mus te. Glorificamus te, Gratias
agimus tibi. qď dicēdo caput deo
inclinat ⁊ proſequit᷑. Propter ma-
gnā gloriā tuā. Dn̄e deus rex cele-
ſtis deꝰ pater ōps. Dn̄e fili vnige-
nite ieſu chriſte. Deo caput inclinā
do. Dn̄e deꝰ agnus dei filius pr̄is.
Qui tollis peccata mūdi, miſerere
nobis. Qui tollis pcc̄a mūdi, ſuſci-
pe deprecationē noſtrā. Qď dicēs
caput deo inclinat. Qui ſedes ad
dexterā pr̄is, miſerere nobis. Quo
niā tu ſoluꝰ ſanctuꝰ. Tu ſolus dn̄s.
Tu ſolus altiſſimus. Jeſu chriſte.
Caput deo inclinanꝰ Cū ſc̄to ſpū:
quod dicēdo ſeipſum ſignat manu
dextera ſigno crucis a fronte ad pe
ctus, interim perficiēs. In glīa dei
patris. Amen. Quo ibidem per ip
ſum cōpleto: vel ſi nō ſit dicendum
illo omiſſo ſi legēda eſt prophetia:
dicto Kyrie eleiſon: celebrās reuer-
titur ad cornu Epiſtole, vbi ſtans
ante librū eadē voce dicit Oremus
Tunc iunctis manibꝰ ſubiungit ſi-
mili voce Flectamus genua: ſi eſt
dicendum. Et ibidem rurſuꝰ vt ſta
bat manibus extenſis: hinc et inde
ſuper altare poſitis: vt ſe ad ipſum
altare ſuſtineat: quod in om̄i genu
flectione ante altare fieri cōſueuit
excepto a cōſecratiōe vſqȝ ad ablu

tionē digitorū poſt communionē:
quo tēpe medios anulares: et par-
uos digitos dūtaxat extēdit dū ad
altare ſe ſuſtinēs genu flectit: et ſi-
ne mora dicit eadē voce. Leuate.
Surgit et ſtans ibidē manibus ex-
tenſis ante pectus dicit intelligibili
voce orationē in miſſali ordinatā
cū ſua cōcluſiōe: ad quā iungit ma-
nus et orationē perficit. Deide ma
nibus iunctis: vel diſiunctis pro vt
ſibi magis placet ſup librū vel alta
re poſitis legit prophetiā: qua fini-
ta dicit Deo gr̄as. Tūc celebrans
ſtās eodē modo legit ibidem Gra-
duale. Et ſi plures prophetie ſunt
dicende ante ſingulas prophetias
dicit Oremus. Et in fine ſingula-
rum dicit. Deo gratias. pro vt de
prima dictum eſt: niſi miſſale aliter
contineat. Quibus dictis celebrās
ſtans ante medium altaris mani-
bus hinc et inde deſuper poſitis: il-
lud oſculatur in medio. Tunc iun-
ctis ante pectus manibus demiſſiꝰ
oculis ad terrā ad manū ſiniſtram
hoc eſt ad latus dextrum: vertit ſe
ad populum: et dicit voce predicta.
Dn̄s vobiſcū, quod dicendo exten
dit et iungit manus ante pectus di
gitis tamen non diſiunctis. ℟. Et
cum ſpiritu tuo. Tunc iunctis vt
prius manibus reuertitur per eun-
dem viam ad medium altaris: ⁊ fa
cta ibidē cruci reuerētia: accedit ad
librū vbi dicit ſimili voce Oremus,
quod dicendo extēdit et iungit ma-

nus ante pectus, ⁊ caput deo incli-
nat extenſis manibus ante pectus:
eadē voce dicit ibidē orōnē diei cō-
uenientē vſqꝫ ad (per dn̄m noſtrū)
vel aliā concluſionē: quā dicendo,
iungit man⁹ ante pectus ⁊ ſic tenet
eas vſqꝫ ad finē orōnis quā cū ſua
cōcluſione ante librū perficit dicen-
do (Jeſum chriſtum filium tuum)
Et quotieſcunqꝫ hoc nomen ieſus
noīat, caput deo inclinat. Cōuenit
etiā ꝙ cum nomē glorioſe virginis
marie noīatur, caput ei inclinetur:
et ſi ſunt plures orationes dicende,
idem in eis in voce, extēſione ⁊ iun-
ctione manuū, et capitis inclinatio
ne: qđ ſupradictum eſt, obſeruatur:
ſed ante primā tantum orationē ex
pluribus huiuſmodi dicit. Orem⁹.
et ſub concluſione vltime oratiōis
omnes terminātur. Finitis oratio
nibus celebrās poſitis ſuper librū
vel altare manibus iunctis: vel diſ
iunctis, pro vt ſibi magis placet, di
cit eadem voce intelligibili epiſto-
lam ibidē: cuius vltimā ſyllabā ali
quātulū protrahit: qua dicta dicit.
Deo gratias. Tunc eodem modo
ſtās celebrās, dicit ſiſi voce, vel pau
lulum mutata, Graduale. ⁊ Halla
cū ſuis verſibus: aut omiſſis Halla
cū ſuo verſu, ſi miſſe aut tēpori non
cōueniant, vel nō habeantur, dicit
tractū ſi ſit dicēdus. Quibus dictis
miniſter ſeu celebrās ipſe portat li-
brum miſſalē ad cornu dextrū alta
ris, videlicet, euangelij, ſi altare ip-
ſum nō ſit magne longitudinis. Si
vero ſit magne longitudinis, ponit
librū miſſalem inter ipm cornu dex
trū et mediū altaris vt celebrās in
medio altaris ſtās poſſit omnia di
cenda ex eo cōmode dicere, ⁊ eundē
miſſalē ita locat ꝙ caput miſſalis
reſpiciat ipſum poſterius cornu al-
taris in parte predicta, et nō ad pa
rietem ſiue ad partem eis contra ſe
directam. Tunc celebrans ſtan⁹ in
medio altaris verſus ad illud leua
tis oculis ad deum: iunctis mani-
bus ante pectus ſecrete dicit.

Munda cor meū et corpus meū: ac
labia mea ops de⁹: qui labia eſaie
prophete calculo mūdaſti ignito:
ita me tua gratiſſima miſeratione
digneris mundare: vt ſanctū euan-
geliū tuū digne valeā nunciare, Per
chriſtū dn̄m noſtrū, Amen. Tūc ſi-
militer ſtans dicit eodē modo. Ju-
be domne benedicere. Et ſibi ipſi
reſpondet et benedicit dicēs. Dn̄s
ſit in corde meo ⁊ in ore meo, ad an-
nunciandū ſcꝫm euangeliū: ⁊ bene
dicat mihi. amen. ꝙ ſi miſſam cele-
brat pro defunctis, nō dicit benedi-
ctionem, nec petit. His dictis ver-
tit ſe ad librum miſſalem vt premit
titur poſitum: vbi ſic ſtans, iunctis
manibus ante pectus, dicit intel-
ligibili voce. ℣. Dominus vobiſ-
cum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Dein
de pollice dextre manus ſignat pri
mo librum ſuper principium euan-
gelij quod eſt dicturus: poſtea

ſeipſum in fronte, ore, et pectore ſigno crucis, dicēs eadē voce Sequētia sancti euangelij ſm. N. vel ſi eſt dicēdū. Initiū ſancti euāgelij ſm. N. R. Gloria tibi dñe. Tūc iūctis iterū vt prius manibus ſtās verſus vt ſupra, proſequitur euangeliū voce predicta vſq ad finē: et eius vltimā ſyllabā aliquātulū protrahit, quo completo dicit Hos anna filio dauid: benedictus q̄ venit in noie dñi, deus dñs et illuxit nobis. Per euāgelij verbū poſſideamus celeſte regnū. Amē. Celebrās oſculat euāgeliū per eū dictū in eius principio dicens. Aue verbū diuinum, reformatio virtutū, reſtitutio ſanitatū. Si celebratur pro defunctis: tunc nō oſculatur euangeliū. Tūc ſtans in medio altaris verſus ad ipſum altare manibus iunctis ante pectus et aliquantulū eleuatis, intelligibili voce dicit: ſi eſt dicēdum. Credo in vnū deū. qđ dicendo extendit et iterū iūgit manus et ſtans manibus iunctis ante pectus in eodem loco proſequitur vſq ad finē eadē voce. Patrē omnipotentem, factorē celi et terre, viſibilium omnium et inuiſibiliū, Et in vnū dñm ieſum chriſtū, Caput deo inclinat filium dei, vnigenitum, Et ex patre natum ante omnia ſecula, Deum de deo, lumē de lumine, deū verū de deo vero, genitū, non factum, cōſubſtantialem patri: per quem omnia facta ſunt. Qui propter nos hoies, et propter noſtrā ſalutem deſcendit de celis. In eodē loco vbi ſtabat genu flectit coram altari dicens. Et incarnatus eſt de ſpiritu ſancto ex maria virgine: et homo factus eſt. Surgit et ſtans vt prius proſequitur. Crucifixus etiā pro nobis ſub pōtio pilato, paſſus, et ſepultus eſt. Et reſurrexit tertia die ſcđm ſcripturas. Et aſcēdit in celū, ſedet ad dexterā patris. Et iterum venturus eſt cum gloria iudicare viuos et mortuos: cuius regni nō erit finis. Et in ſpiritū ſanctum, dñm, et viuificantem. Qui ex patre filioq procedit. Qui cum patre et filio ſimul adoratur et cōglorificatur. Qui locutus eſt per prophetas. Et vnā ſanctā catholicā et apoſtolicam eccleſiam. Cōfiteor vnū baptiſma, in remiſſionem peccatorū. Et expecto reſurrectionem mortuorū. Et vitā venturi ſeculi. Amen. Et dum vltima verba profert, producit manu dextera ſignū crucis a fronte ad pectus. Dicto ſymbolo, vel ſi non ſit dicendū, illo omiſſo, oſculatur altare in medio: et iūctis manibus ante pectus ibidē ad manū ſiniſtrā (hoc eſt ad latus dextrū) vertit ſe ad populū: et dicit intelligibili voce. Dñs vobiſcū. Quod dicendo extendit et iungit manus ante pectus. R. Et cū ſpū tuo. Iunctis manibus reuerſus per eandē viam ad medium altaris, facta reuerentia cruci, manibus vt ſupra iūctis, ſtans ibidem verſus ad

14

ipm altare dicit voce ſili Oremus
Qđ dicēdo ſimiliter extēdit ⁊ iūgit
manꝰ ante pectꝰ: ⁊ caput deo incli-
nat. Tum iūctis vt prius manibus
dicit eadē voce offertoriū pro vt in
miſſali eſt ordinatū. Quo dicto ac
cedit ad cornu epl'e, ⁊ accipit calicē:
quem purificatorio diligēter mun-
dat: et ampullā vini de manu mini
ſtri, quam ille manu dextera nuda,
detecto capite, ſibi porrigit: accipiēs
imponit vinū in calicē ad ſufficien-
tiam, ſecrete dicēs Hunc humiliat
⁊ hūc exaltat: qa calix in manu dñi
vini meri plenꝰ miſto: ⁊ inclinauit
ex hoc in hoc: verūtamen fex eiꝰ nō
eſt exinanita: bibēt oēs pctores ter
re, ꝑ chriſtū dñm nrm. Amē. Tūc,
ſi nō celebrat ꝓ defunctis facit ſignū
crucis ſup ampullā aque, quā etiā
de manu eiuſdē ſilr manu dextera
nuda detecto capite illā ſibi porri-
gentis accipit: ⁊ ex ea īponit puſillū
aque in calicē, ſecrete dicēs. Ex la-
tere dñi noſtri ieſu chriſti ſanguiꝰ ⁊
aqua exiſſe perhibetur: ⁊ ideo pari
ter cōmiſcemus: vt miſericors deꝰ
vtrūqꝫ ad medellam aīarū nrarū
ſanctificare dignetꝰ, Per eundē chri-
ſtū dñm nrm. Amen. Si vero cele-
brat pro defunctis, nō ꝓducit ſignū
crucis ſuper ampullā aque: ſed im-
ponit abſqꝫ ſigno huiuſmodi ex ea
puſillū aque in calicē dicens eandē
orationē proximo ſcriptā: impoſita
aqua, ⁊ finita oratione predicta, po
nit patenam cū hoſtia ſuper calicē.

Poſtea celebrans accipit calicem
cum manu dextera, ponit ipſum in
ter cornu ſiniſtrū ⁊ mediū altaris.
Deinde ſtans in medio altaris ſi-
gnat ſigno crucis ſup hoſtiā cū ma
nu dextera, quo facto, accipit pate-
nam cum hoſtia ambabus mani-
bus vſqꝫ ad pectus eleuatam te-
nens: ⁊ intentionem ſuam dirigēs
oculis ad deū intētus, dicit ſecrete.
Acceptabilis ſit maieſtati tue, om
nipotens deus, hec oblatio: quam
tibi offerimus pro reatibꝰ ⁊ facino
ribus nris: et pro ſtabilitate eccle-
ſie tue ſancte catholice: et pro ſalu-
te viuorum ⁊ requie defunctorum,
quo dicto facit ſignū crucis cū pate
na ſup corporale: ⁊ locū in quo po-
ſiturusꝰ eſt hoſtiā, quā deinde cū pa
tena ponit in medio, ſeu circa me-
dium anterioris ⁊ proximioris par
tis corporalis ante, ⁊ patenam ad
manū dexterā aliquantulū ſubtus
corpale. Poſtea ſignat ſigno cru-
cis ſup calicē vt ſupra: ⁊ accipit am
babus manibꝰ ipm calicē diſcoop-
tum, videlicet cū ſiniſtra, pedem, cū
dextera autē, nodū infra cuppā: et
ſtans in medio altaris ⁊ eleuās cali
cem ipſum diſcoopertū vſqꝫ ad pe-
ctꝰ intētꝰ ad deū oclis dicit ſecrete.
Offerimus tibi dñe calicem chriſti
filij tui deprecātes clemētiā tuam:
vt ante conſpectū diuine maieſta-
tis tue cum odore ſuauitatis aſcen
dat, Per eundē chriſtū dñm nrm.
Amen. Quo dicto ſignat cū calice

ſuper corporalē: et ipſum in medio ſeu circa mediū eorū poſt hoſtiam collocat, et palla cooperit dicens. In tuo conſpectu dn̄e hec nr̄a munera tibi placita ſint: vt nos tibi ſemper placere valeamꝰ, Per chriſtū dn̄m nr̄m. Amen. Que ſignat manu dextra cōmuniter ſuper hoſtiā ꝛ calicem, dicens In noīe patris ꝛ filij et ſpūs ſcti. Amen. Tunc ſi fuerint volentes offerre, celebrās vertit ſe ad populū ꝛ ad vltimū gradū altaris deſcendit, ꝛ deponit manipulū de brachio ſiniſtro: ꝛ accipiēs illū in manu dextera porrigit ſummitatem eius ſingulis offerētibus oſculandam vel dat finem ſtole, dicens Centuplū accipias: et vitam eternam poſſideas. Accepta omniū oblatione celebrans reddit manipulū in brachio ſiniſtro: ꝛ reuertitur iunctis manibꝰ ante pectus ad mediū altaris: ꝛ facta ibidem cruci reuerentia iunctis manibꝰ vt priꝰ accedit ad cornu altaris epiſtole: vbi ſtans, miniſtro aquā fundente lauat et tergit manꝰ, ſecrete dicēs.

Lauabo inter innocentes manus meas: et circūdabo altare tuū dn̄e. Vt audiā vocē laudis tue: et enarrem vniuerſa mirabilia tua. Dn̄e dilexi decorē domus tue: et locū habitationis glorie tue. Ne perdas cū impijs deꝰ animā meā: ꝛ cū virꝰ ſanguinū vitam meā. Gloria pr̄i. ꝛc. Sicut erat ꝛc. Lotis ꝛ terſis manibus: et illis ante pectꝰ iūctis, ad medium altaris reuertitur dicens.

In ſpū humilitatis ꝛ in animo cōtrito ſuſcipiamur dn̄e a te: ꝛ ſic fiat ſacrificiū noſtrū: vt a te ſuſcipiatur hodie: et placeat tibi dn̄e deꝰ amē. Quo dicto ibi ſtās ad deū eleuatis oculis, manibus iunctis ſuper altare poſitis, inclinato capite viſus ad ipſum altare, dicit ſecrete.

Suſcipe ſancta trinitas vnus deus hāc oblationē, quā tibi offero in memoriā incarnatiōis, natiuitatis, paſſionis, reſurrectiōis, aſcēſioniſqꝫ dn̄i nr̄i ieſu chriſti: ꝛ in honorē oīm ſctorū tuorū q̄ tibi placuerunt ab initio mundi: et eorū quorū hodie feſtiuitas celebrat̄: et quorū hic noīa ꝛ reliquie habētur: vt illis proficiat ad honorē, nobis autē ad ſalutem: vt illi intercedere dignētur apud te in celis: quorum memoriā agimus in terris, Per eundē chriſtum dn̄m noſtrum. Amen. Quo dicto ꝛ extenſis manibus hinc ꝛ inde ſuper altare poſitis: oſculatur altare in medio: et ſignat ſigno crucis manu dextra cōmuniter ſuper hoſtiam et calicem, dicens ſecrete.

In noīe ſancte trinitatis, et indiuidue vnitatis, deſcēdat angelꝰ dn̄i: bene ✠ dictionis et cōſecrationis ſuper hoc munus. Amen. Tūc iunctis manibus ante pectꝰ, demiſſis oculis ad terram vertit ſe ad manū ſiniſtram: hoc eſt ad latus dextrū ad populum: et ſic verſus ad illū dicit voce aliquantulū eleuata.

Orate pro me fratres. Et ſecrete proſequitur. vt meum pariter ⁊ veſtrū ſacrificium acceptabile fiat ante cōſpectum dn̄i. Quo dicto ipſemet reſpondet ſecrete dicens. Ipſe me exaudiat: qui me conſtituit interceſſorē pro peccatis omniū populorum. Amen. Tunc celebrans ipſe iunctis manibus ante pectus ſtans ante librum dicit ſecrete orationē ſecretā, diei cōuenientē, extenſis manibus ante pectus vſq3 ad Per dn̄m noſtrū. vel aliam cōcluſione: qua dicedo iungit manus ante pectus et ad verba. Jeſum chriſtum filium tuum: caput deo inclinat: ſicq3 manibus iūctis cōtinuat vſq3 ad verba. Per omnia ſecula ſeculorū. excluſiue, ſi vnica eſt ſecreta: ſi vero plures ſecrete ſunt dicende: addit concluſioni prime etiā illa verba. Per oīa ſecula ſeculorum amen. Deinde abſolute ſubiungit alias orōnes ſecretas prioribus orōnibus cōuenientes: quia tot ⁊ cōuenientes ac eodē ordine dici debent ſecrete et poſt cōmunionem: quot, quo ordine, ⁊ de quibus dicte ſūt ante epl'am orōnes. Per uēto in cōcluſiōe vltime ſecrete, ad verba Per om̄ia ſecula ſeculorū excluſiue, celebrans ſtans in medio altaris depoſitis ſuper eo hinc et inde manibus extenſis, dicit conuenienti voce et intelligibili, prefationē ſequentē: que cōis eſt oībus miſſis, etiam defunctorum, niſi ſpecialis habeatur. Per om̄ia ſecula ſeculorū. ℟. Amen. Dn̄s vobiſcū. ℟. Et cū ſpiritu tuo. Manus extenſas eleuat hinc et inde vſq3 ad pectus dicens. Surſum corda. ℟. Habemus ad dn̄m. Gratias agamus dn̄o deo noſtro. Quod dicendo iungit manus ante pectus: ⁊ caput deo inclinat. ℟. Dignū et iuſtum eſt, eleuatis ⁊ extenſis vt pri⁹ manib⁹, proſequitur prefationē ſequentē: ſi nō habetur alia propria. Vere dignū et iuſtū eſt, equū et ſalutare, Nos tibi ſemp̄ et vbiq3 gratias agere: dn̄e ſc̄e, pater oṗs, eterne deus, ꝑ chriſtū dn̄m noſtrū. Quod dicēdo caput deo inclinat. Tunc extenſis vt pri⁹ manib⁹ proſequitur. Per quē maieſtatē tuam laudāt angeli, adorāt dn̄ationes, tremunt poteſtates. Celi, celorūq3 virtutes, ac beata ſeraphim ſocia exultatiōe concelebrant. Cū quib⁹ et noſtras voces, vt admitti iubeas, deprecamur, ſupplici confeſſione dicentes. Et in fine cum dicit, dicentes. iungat man⁹ ante pect⁹. Finita itaq3 prefatione, ſacerdos dicat Sc̄tus. Et ad q̄olibet ſc̄tus tundet pectus voce mediocri dicēs. Sanctus, ſanctus, ſc̄s, dn̄s deus ſabaoth. Pleni ſunt celi ⁊ terra glia tua. hos anna in excelſis. Manu dextra ꝑducēdo ſignū crucis a frōte ad pectu⁹ ſeipſum ſignat dicēs. Benedictus qui venit in noīe dn̄i, Hos anna in excelſis. Quo dicto, manibus iun-

ctis ſuper altare poſitis ſtans ante mediũ altaris verſus ad illud, eleuatis ad deũ oculis, et ſine mora demiſſis, capite inclinato, dicit ſecrete.

Te igitur clemẽtiſſime pater per ieſum chriſtũ filiũ tuũ dñm nr̃m ſupplices rogamus ac petimus. Hic oſculatur an̄ ſe altare: erigit ſe et ſtãs eleuatque iũctis manibus an̄ pectus: dicit.

Uti accepta habeas et benedicas Dextera manu ter ſignat cõmuniter ſuper hoſtiã et calicem dicens.

Hec do ✠ na: hec mu ✠ nera: hec ſancta ✠ ſacrificia illibata. Extenſis manibus ante pectus proſequitur.

In primis que offerimus pro eccl'ia tua ſc'ta catholica: quam pacificare: cuſtodire, adunare, et regere digneris toto orbe terrarũ vna cum famulo tuo papa noſtro. N. Exprimendo nomẽ pape et antiſtite noſtro. N. Specificãdo nomen antiſtitis: et rege noſtro. N. Specificãdo nomen regis: et continuat oẽs vt ſequitur. et oĩbus orthodoxis atque catholice et apoſtolice fidei cultoribus. Quo dicto dicit ſecrete.

Memẽto dñe famulorũ famularumque tuarũ. ſtãs in quiete manibus iũctis et vſque ad faciẽ, vel pectus pro vt ſibi magis placet eleuatis: agit cõmemorationẽ viuorũ chriſti fideliũ ad ſuã voluntatẽ: eorũ tñ noĩa nõ eſt neceſſe que exprimat: ſed ſolũ in mẽte eorũ memoriã habeat. Poteſt tamen celebrãs ſi pro pluribus orare intẽdit (ne circũſtãtibus ſit moleſtus) ante miſſam in loco cõueniẽti in aĩo ſuo proponere oẽs illos, tam viuos, que defunctos, pro quibus in ipſa miſſa orare intẽdit: et in hoc loco generaliter vnico cõtextu ipſorũ viuorũ cõmemoratione agere: quibus ante miſſam propoſuit in ipſa miſſa ſuis orationibus ſubuenire: qua facta ſeu habita: demiſſis et extẽſis manibus vt prius cõtinuat. Et omniũ circũſtantiũ quorũ tibi fides cognita eſt et nota deuotio pro quibus tibi offerimus: vel qui tibi offerũt hoc ſacrificiũ laudis pro ſe: ſuiſque oĩbus pro redẽptione animarũ ſuarũ: pro ſpe ſalutis et incolumitatis ſue tibi reddunt vota ſua eterno deo viuo et vero. Stans eodem modo dicit.

Cõmunicantes et memoriã venerantes in primis glorioſe ſemperque virginis marie genitricis dei et dñi noſtri ieſu chriſti. Inclinat caput deo: et proſequitur. Sed et beatorũ apoſtolorũ ac martyrũ tuorum Petri et Pauli, Andree, Jacobi, Joannis, Thome, Jacobi, Philippi, Bartholomei, Matthei, Simonis et Thaddei, Lini, Cleti, clementis, Xyſti, Cornelij, Cypriani, Laurẽtij, Chryſogoni, Joannis, et Pauli, Coſme et Damiani, Et omniũ ſanctorũ tuorũ: quorũ meritis precibuſque concedas: vt in omnibus protectionis tue muniamur auxilio, Per eundẽ chriſtũ dñm noſtrũ. Amen. Qui dictis premiſſis extendit manus verſus oblationẽ:



16

dicens ſecrete. Hancigitur obla-
tionē ſeruitutis noſtre: ſed et cūcte
familie tue, q̄s dn̄e: vt placat⁹ acci-
pias: dieſq; nr̄os in tua pace diſpo-
nas: atq; ab eterna damnatione
nos eripi: et in electorū tuorum iu-
bea⁹ grege numerari. Per chriſtū
dn̄m noſtrū. Amen. Hic iungit ma
nus ante pectus dicens ſecrete.
Quā oblationē tu de⁹ in oīb⁹ q̄s.
Dextera manu cōiter ſignat ter ſu
per hoſtiā ⁊ calicē dicēs. Bene ✠
dictā, aſcri ✠ ptā, ra ✠ tam, ratio
nabilē, acceptabilēq; facere digne-
ris: vt nobis. ſemel ſeparati ſignat
ſuper hoſtiā tantū dicens Cor ✠
pus. Deinde ſuper calicē tantū di-
cens. et ſan ✠ guis. Eleuat et iun
git manus ante pectu⁹ proſequēs.
fiat dilectiſſimi filij tui dn̄i noſtri ie
ſu chriſti. Hic inclinat caput deo: et
tergit aliquātulū pollices ⁊ indices
ſuper corporale, dicens ſecrete.
Qui pridie quā pateretur. accipit
cum pollice ⁊ indice dextre manus
hoſtiam: ⁊ eam cum illis ac pollice
et indice: etiā ſiniſtre manus tenēs
ſtans erectus ante mediū altaris,
dicit. Accepit panem in ſanctas ac
venerabiles manus ſuas. Eleuat
ad deū oculos, ⁊ ſine mora demit-
tit: dicens. Et eleuatis oculis in ce
lum ad te deum patrē ſuum omni-
potentem, tibi gratias agens. Te-
net hoſtiā inter pollicem ⁊ indicem
ſiniſtre manus: ⁊ dextera producit
ſemel ſignū cruci⁹ ſuper eam dicēs,
Bene ✠ dixit, fregit: deditq; diſci
pulis ſuis dicens, Accipite et man-
ducate ex hoc oēs, Et hoſtiā tantū
pollicibus et indicib⁹ tenet dicens.
Hoc eſt enim corpus meū. his di-
ctis, vſq; in terram genu flexus, cor
pus veneratur. Deinde eleuat cor
pus chriſti adeo vt a circunſtanti-
bus poſſit videri. Et mox ipſam ve
neranter ſup corporale reponit, vn
de eā leuauit: et pollices ac indices
non diſiūgit vſq; poſt cōmunionē:
niſi qn̄ hoſtiā cōſecratā tāgere vel
tractare debet vt infra dicet. Tūc
vſq; in terram genu flexu⁹ hoſtiam
ipſam veneratur. Deinde celebrās
diſcooperit calicem: et pollices, ac
indices ſuper illius labiū aliquan-
tulum tergit, et eos iterum iungit:
et ſtans erectus dicit ſecrete.
Simili modo poſtea quā cenatū eſt.
Ambab⁹ manib⁹ accipit calicē iux
ta nodū infra cuppā calicis: et illū
aliq̄ntulū eleuat, ⁊ ſine mora repo-
nit in eūdē locū, de quo eū leuauit,
ſup corporale: interim proſequēs.
Accipiens et hunc preclarū calicē
in ſanctas ac venerabiles manus
ſuas. Itē tibi gr̄as agēs, Tenet ca
licē manu ſiniſtra per nodum infra
cuppā, dextera vero ſignādo ſup eū
dicit. Bn̄ ✠ dixit: deditq; diſcipu-
lis ſuis dicens. Accipite et bibite ex
eo oēs, Et ambabus manibus te-
net calicē, videlicet, cum ſiniſtra pe
dē, cū dextera vero nodū infra cup-
pam calicis: ⁊ cubitis ſuper altare

poſitis, ſtãs inclinato capite, ſuper calicẽ, ſecrete, diſtincte, ⁊ reuerẽter verba cõſecrationis profert dicẽs.

Hic eſt enim calix ſanguinis mei: noui et eterni teſtamenti: myſteriũ fidei: qui ꝓ vobis et ꝓ multis effun detur in remiſſionem peccatorum. His dictis reponit calicẽ ſuper corporale. Tunc vſq; in terrã genu fle xus ſanguinem veneratur. Deinde eleuetur calix, vt oſtendatur popu lo: ⁊ poſtea deponatur ſic dicendo. Hec quotieſcunq; feceritis, in mei memoriã facietis. Tunc vſq; in ter rã genu flexus ſanguinẽ venerat. Celebrãs vero extẽdat brachia in modum crucis et dicat ſecrete.

Unde et memores dñe, nos ſerui tui: ſed ⁊ plebs tua ſcã eiuſdẽ chri ſti filij tui dñi nr̃i tã beate paſſiõis, necnõ et ab inferis reſurrectionis, ſed ⁊ in celos glioſe aſcẽſionis, offe rimꝰ preclare maieſtati tue, de tuis donis ac datis. Iungit manꝰ ante pectꝰ, tũc manu dextera ſignat ter cõmũiter ſup hoſtiã, ⁊ calicẽ dicẽs. Hoſtiã ✠ purã, hoſtiã ✠ ſanctã, hoſtiam ✠ immaculatã, Super hoſtiam tantum ſignat dicens. Panẽ ✠ ſanctũ vite eterne, ſuper calicẽ tantũ ſignat, dicẽs. ⁊ calicem ✠ ſalutis perpetue. Secrete proſe quitur ſtans manibus ante pectuſ more ſolito extenſis dicens.

Supra que propitio, ac ſereno vul tu reſpicere digneris: ⁊ accepta ha bere, ſicuti accepta habere dignatꝰ es munera pueri tui iuſti abel: ⁊ ſa crificiũ patriarche nr̃i abrahe: ⁊ qꝺ̃ tibi obtulit ſummꝰ ſacerdos tuus melchiſedech ſanctũ ſacrificiũ, imma culatã hoſtiã. Hic inclinet ſe ſacer dos ante mediũ altaris et manibꝰ iunctis ſup illo poſitis: dicit ſecrete.

Supplices te rogamuſ oꝑs deus: iube hec perferri per manus ſancti angeli tui in ſublime altare tuũ in conſpectu diuine maieſtatiſ tue: vt quotquot ex hac altaris participa tione. Separatis manibus hinc et inde ſuper altare poſitis oſculatur altare et erigit ſe: ⁊ iunctis manibꝰ continuat: ſacro ſanctum filij tui. ſignat manu dextera ſuper hoſtiã tantum dicẽs. Cor ✠ pus, ſignat eadẽ manu ſup calicẽ tantũ dicẽs. et ſan ✠ guinẽ ſumpſerimus, om ni bene ✠ dictione. Quod dicendo ſeipſum eadem manu ſignat ſigno crucis a fronte ad pectus et conti nuat: et celeſti grã repleamur, per eundẽ chriſtũ dñm noſtrũ. Amen.

Memento etiam dñe famulorũ, fa mularũq; tuarũ. ſtãs manibꝰ iun ctis ante pectꝰ: vel vſq; ad faciẽ ele uatꝭ, ſicut magis ſibi placuerit, ocu lis ad ſacramẽtũ in altari poſitũ in tentꝰ, agit cõmemorationẽ fideliũ defunctorũ: de quibꝰ ſibi videbit: eo dẽ modo, ꝓ vt de cõmemoratione viuorũ ſupra diximus, qua habita, ſtans extenſis manibus ante pe ctus vt prius continuat dicens.

Qui nos preceſſerunt cum ſigno ſi

dei, ⁊ dormiũt in ſomno pacis: ipſis et omnibus in chriſto quieſcentibus locum refrigerij lucis et pacis vt indulgeas, deprecamur, Per eundẽ chriſtũ dñm noſtrũ. Amen. Hic inclinatus modicũ cũ tribus digitis vltimis tundat pectus ſuũ aliquãtulũ altius dicendo. Nobis quoqꝫ peccatorib⁹. Et ſecrete ꝓſequitur. Famulis tuis de multitudine miſerationũ tuarũ ſperãtibus partẽ aliquã ⁊ ſocietatẽ donare digneris cũ tuis ſanctis apoſtolis ⁊ martyrib⁹, Joãne, Stephano, Mathia, Barnaba, Jgnatio, Alexandro, Marcellino, Petro, Felicitate, Perpetua, Agatha, Lucia, Agnete, Cecilia, Anaſtaſia, et omnib⁹ ſanctis tuis: intra quorũ nos conſortiũ, nõ eſtimator meriti, ſed venie (q̃s) largitor, admitte, Per chriſtum dñm noſtrũ hic nõ ℟ Amẽ. Poſtea iũgit man⁹ ante pect⁹ dicens ſecrete. Per quẽ hec omnia dñe ſemꝑ bona creas. Manu dextera ter ſignat, tam ſuper hoſtiã, ꝗ̃ ſuper calicẽ dicens: ſancti ✠ ficas. viui ✠ ficas. bene ✠ dicis et preſtas nobis. hic diſcooperiat calicẽ, et inclinans ſe reuerenter accipit corpus dñi inter pollicẽ et indicem dextre manus, et cũ ea ſuper calicem, quẽ ſiniſtra manu tenet ꝑ pedẽ ĩfra cuppã: ſignat ter a labio in labium dicens. Per i ✠ pſum: ⁊ cũ i ✠ pſo: ⁊ in i ✠ pſo: cum ipſa hoſtia bis inter ſe et calicem ex labio calicis incipiẽs ſignat dicens: eſt tibi deo patri ✠ omnipotẽti in vnitate ſpiritus ✠ ſancti omnis honor et gloria. Quo finito eandem manu tenens hoſtiam ſuꝑ calicẽ eleuat aliquantulum: et ſine mora reponit illam in loco ſuo. Deinde pollices et indices ſuper labiũ calicis aliquantulũ tergit. Tũc calicem palla cooperit, ⁊ vſqꝫ ad terrã genu flectens, ſacramentum veneratur: erigit ſe: et manibus more ſolito extenſis, hinc et inde ſuper altare poſitis, dicit intelligibili voce. Per omnia ſecula ſeculorum. ℟. Amen. Oremus. Preceptis ſalutaribus moniti: et diuina inſtitutione formati, audem⁹ dicere. Hic eleuat manus ante pectus vt prius: ⁊ oculis ad ſacramẽtum in altari poſitum intentus dicit eadem voce.

Pater noſter qui es in celis, Sanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum tuum. Fiat volunta⁹ tua, ſicut in celo et in terra. Panem noſtrũ quotidianum da nobis hodie. Et dimitte nobis debita noſtra: ſicut et nos dimittimus debitoribus noſtris. Et ne nos inducas in tentationẽ. Reſpondet miniſter ſimili voce. Sed libera nos a malo. Celebrans dicit ſecrete. Amen. Et manu dextera, pollice et indice nõ diſiũctis, accipit patenam de altari: et inter indicem et medium digitos dicte manus eleuet eam: ſiniſtram vero tenet ſuper altare more ſolito extenſam dicens ſecrete.

Libera nos,q̄s dn̄e: ab oībus ma
lis,preteritis,preſentib⁹, ⁊ futuris.
⁊ intercedēte beata ⁊ glorioſa ſem-
per virgine dei genitrice maria et
beatis apoſtolis tuis petro ⁊ pau-
lo atq̧ andrea, et om̄ibus ſanctis.
Hic ſignat ſeipm̄ cū ea, producēdo
crucē a fronte ad pectu⁹: ac patenā
ipſam oſculat̄, iterim dicēs ſecrete.
Da propiti⁹ pacē in dieb⁹ nr̄is: vt
ope miſericordie tue adiuti, ⁊ a pec
cato ſim⁹ ſemp̄ liberi, ⁊ ab om̄i per-
turbatiōe ſecuri. Hic mittit patenā
ſup̄ altare, deinde diſcooperiat cali
cē ſacerdos, inclinās ⁊ erigēs ſe, re
uerēter inter pollicem ⁊ indicē dex
tre manus accipiat hoſtiā: ⁊ cū pol
lice ac indice ſiniſtre manus ea ſup̄
ſanguinē in calice tenēs et cū reue-
rentia frangit eam per mediū ma
nu dextra, interim dicēs Per eun
dem dn̄m nr̄m ieſum chriſtū filium
tuū: qui tecū viuit et regnat in vni-
tate ſpiritusſancti deus. Particu-
lā vero quā tenet in dextera manu
poſt fractionē cōiungat parti alte-
ri, quā tenet i ſiniſtra manu. Poſt
ea cū pollice ⁊ indice manus dextre
illā que eſt in dextera frāgat p̄ me-
diū quā retinuit in dextera ſuper ca
licē: et erectus ſacerdos intelligibi
li voce dicat. Per oia ſecula ſecu-
lorū. ℟. Amen. Cū ipſa particula,
quā tenet in dextera manu, faciat
tres cruces. Primam, ad Pax ✠
dn̄i: ſecūdā ad ſit ✠ ſemp̄, tertiā
ad vobiſ ✠ cū. Et miniſter. ℟ Et
cū ſpū tuo. quo facto imediate dr̄.
Agnus dei, qui tollis peccata mū
di, miſerere nobis. Agn⁹ dei, q̄ tol-
lis peccata mundi, miſerere nobis.
Agnus dei, qui tollis peccata mū
di, dona nobis pacē. In miſſa ve-
ro p̄ defunctis, bis dicit̄. Dona eis
requiē: tertio autē additur: ſempi-
ternā et locum indulgentie. Hic po
nat particulā hoſtie in ſanguinem
quā tenet in manu dextera dicens.
Hec ſacroſancta cōmiſtio corpo-
ris et ſanguinis dn̄i nr̄i ieſu chriſti
fiat mihi et oibus ſumētibus ſalus
mētis ⁊ corporis: et ad vitā capeſcē
dā eternam preparatio ſalutaris.
Te preſtāte deus noſter, qui in tri-
nitate perfecta viuis et regnas de⁹
Per oia ſecula ſeculorum. Amen.
Cū dicitur miſſa de requiē et in tri-
bus diebus tenebrarum non dici-
tur ſequens oratio. Poſtea ſic in-
clinatus ante corpus dicit ſecrete.
Dn̄e ieſu chriſte, qui dixiſti apoſto
lis tuis, pacē meā do vobis, pacem
relinquo vobis: ne reſpicias pecca-
ta mea, ſed fidē eccleſie tue: eamq̧
ſecundū voluntatē tuā pacificare,
cuſtodire, adunare ⁊ regere digne-
ris. Qui viuis ⁊ regnas de⁹ Per
oia ſecula ſeculorū. Amē. Qua fi-
nita et adorato ſacramēto erectus
ſacerdos, et dans pacē miniſtro in
portapacio dicit, Pax tecū ⁊ eccl'ie
ſancte dei. Qui reſpōdeat. Et cum
ſpiritu tuo. q̄ ſi celebrat pro defun-
ctis, non adorat corporaliter ſacra

mētū nec dat pacē miniſtro,ſed im
mediate,dicta orōne cōmiſtiōis, in
clinat⁹ an̄ altare, dicit ſecrete tres
ſequētes orōnes. Alias,data pace
miniſtro,iclinat⁹ an̄ altare dicit ſe-
crete eaſdē. Dn̄e ſcte,pat̄ ōps,eter
ne de⁹,da mihi corpus et ſanguinē
dn̄i nr̄i ieſu chriſti ita ſumere:vt me
rear p hoc pctorū veniā accipere, ⁊
ſcto ſpū repleri: qz tu es deus:⁊ pre
ter te nō eſt ali⁹: cui⁹ regnū glioſū
ſine fine pmaneat ī ſecula ſeculorū.
Amē. Alia orō. Dn̄e ieſu chriſte fi
li dei viui,qui ex volūtate pr̄is,coo-
perāte ſpiritu ſcto,per mortē tuam
mūdū viuificaſti:libera me p hoc ſa
crū corp⁹ ⁊ ſanguinē tuū ab omib⁹
iniquitatib⁹ meis,et vniuerſis ma-
lis: et fac me tuis ſemper inherere
mandatis:et a te nunq̄ permittas
ſeparari, Qui cum eodem deo pa-
tre et ſpiritu ſancto viuis et regnas
deus per omnia ſecula ſeculorum,
Amen. Alia oratio.

Perceptio corporis tui domine ie-
ſu chriſte,quod ego indignus ſume
re preſumo:non mihi proueniat in
iudicium et condemnationem, ſed
pro tua pietate proſit mihi ad tuta
mentum mentis et corporis,et ad
medelam percipiendam, Qui vi-
uis ⁊ regnas cum deo patre in vni
tate ſpiritusſancti deus Per om-
nia ſecula ſeculorum.Amen. Qui-
bus dictis erigens ſe et reuerenter
pcutiat pect⁹ ſuū ter, ſecrete dicēs.
Dn̄e nō ſum dignus,vt intres ſub
tectū meū:ſed tantū dic verbo ⁊ ſa
nabitur anima mea, Quo dicto ſi-
gnet ſe cum ipſo corpore: et reuerē-
ter ſumat dicens ſecrete.

Corpus ſacratiſſimū dn̄i mei ieſu
chriſti ſit mihi ſalus et remiſſio om
niū peccatorū meorū.Amen. Quo
ſumpto pollices ac indices ſuper la
bium calicis aliquantulum tergit:
deinde cum reuerentia accipiat ca-
licem ambabus manib⁹, videlicet
cum ſiniſtra pedem,cum dextra ve
ro nodum infra cuppam ſignans
ſe ipſum et dicens ſecrete.

Sanguis dn̄i noſtri ieſu chriſti cu
ſtodiat animā meā in vitam eter-
nam.Amen. Et tunc ſumat reue-
rēter ſanguinem cum particula in
calice poſita. Quibus ſumptis, te-
nens calicem ambabus manibus,
dicit ſecrete.

Quod ore ſumpſimus dn̄e,pura
mente capiamus:⁊ de munere tem
porali ſiat nobis remedium ſempi-
ternum.Amen. Deinde vadat ad
dextrum cornu altaris dicendo.

Corpus domini noſtri ieſu chriſti
quod indignus accepi et ſanct⁹ ſan
guis eius quo potatus ſum inhe-
reat in viſceribus meis: et non ve-
niat mihi ad iudicium, neqz ad con
demnationem:ſed ad ſalutem ⁊ re
demptionem anime mee:et anima
rum omnium fidelium viuorum:et
requiem defunctorum, Per chri-
ſtum dominum noſtrum.Amen.
Ibiqz miniſter ampullam habēs,

vinum infundat calici. Vino autē
illo ſumpto a ſacerdote, miniſter in
fundat ſecundo ſuper digitos ſacer
dotis vinū et aquam in calice: qui
bus ſumptis abluat digitos ſuos
in calice miniſtro fundente. Que
ablutio deferatur in piſcinā. Sed ſi
iterum eodem die ſit celebraturus,
nulla ablutione calicis neq; oris fa
cta, lambet digitos ſummos, et in
fuſis per eos in calicē vino et aqua
ad ſecundam celebrationem reſer
uet palla calici ſuper impoſita. ꝙ ſi
iterum non ſit celebraturus, deinde
tergat digitos ſuos cum palla ad
hoc ſpecialiter preparata: que ſem
per munda ſeruetur. Poſtea cor
porale et pallam que ſupponit ca
lici replicet. Et miniſter referat miſ
ſale ad cornu epiſtole. Celebrans
ſtans verſus ad altare manibꝰ iun
ctis vel diſiunctis: pro vt ſibi magis
placet ſup altare vel ſuper librum
poſitis: legit exinde communionē:
qua lecta, iunctis manibꝰ ante pe
ctus, vadit ad medium altaris: vbi
depoſitis ſuper eo manibus hinc et
inde extenſis, illud in medio oſcula
tur. Tunc iunctis vt prius manibꝰ
ante pectus, demiſſis oculis ad ter
ram, ibidem ad manum ſiniſtram,
hoc eſt ad latus dextrum, vertit ſe
ad populum: et dicit intelligibili vo
ce **Dominus vobiſcum. ℟. Et cū
ſpiritu tuo.** Et reuerſus ad altare
per eandem viam accedit ad librū
et eadem vt prius intelligibili vo
ce dicit **Oremus &c.** Deinde proſe
quatur omnes orationes. Cum di
cit vltimum. **Qui tecum viuit et
regnat:** iunctis manibus ante pe
ctus reuertitur ad medium alta
ris: et depoſitis ſuper eo manibus
illud in medio oſculatur: et voce pre
dicta vertit ſe ad populum dicens.
**Dominus vobiſcum. ℟. Et cum
ſpiritu tuo.** Et reuerſus ad altare
dicit **Ite miſſa eſt:** ſi eſt dicendum.
quod dicitur quandocunq; dicitur
**Gloria in excelſis. Benedicamus**
vero, quando **Gloria in excelſis.**
non dicitur. vel **Benedicamꝰ do
mino.** Et reſpondetur. **Deo gra
tias.** In miſſa autem de defunctis
dicitur **Requieſcant in pace. ℟.
Amē.** Poſtea ſacerdos inclinat ſe
ante mediū altaris: et dicit ſecrete.
**Placeat tibi ſancta trinitas, vnus
deus, obſequium ſeruitutis mee: et
preſta, vt ſacrificium quod oculis
tue maieſtatis indignus obtuli: ſit
tibi acceptabile, mihiq; et omnibus
pro quibus illud obtuli: ſit te miſe
rante propitiabile. Per chriſtum
dominum noſtrum. Amē.** Et poſt
hec, erigēs ſe oſculet altare. Dein
de verſa facie ad populum benedi
cit dicens. **In vnitate ſancti ſpiri
tus, bene ✠ dicat vos pater et fi
lius. Amen.** Poſtea rediens in ſa
criſtiā poterit dicere ſequens euan
geliū **Dñs vobiſcum. ℟. Et cum
ſpiritu tuo. Initiū ſancti euangelij
ſcd̄m Joannē. ℟. Gloria tibi dñe**



19

In principio erat verbū, ꝛ verbum
erat apud deū, et deus erat verbū.
Hoc erat in principio apud deum.
Omia per ipſum facta ſunt: ꝛ ſine ip/
ſo factū eſt nihil qꝺ factum eſt. In
ipſo vita erat: ꝛ vita erat lux hoim:
ꝛ lux in tenebris lucet, ꝛ tenebꝛe eā
nō cōpꝛehenderūt. Fuit homo miſ/
ſus a deo, cui nomen erat ioannes.
Hic venit in teſtimoniū: vt teſtimo
niū perhiberet de lumine, vt oēs
crederēt ꝑ illū. Nō erat ille lux: ſed
vt teſtimonium perhiberet de lumi
ne. Erat lux vera q̄ illuminat oēm
hoiem venientē in hunc mundum.
In mūdo erat, ꝛ mūdus per ipſum
factꝰ eſt, ꝛ mūdus eū nō cognouit.
In ꝓpꝛia venit: et ſui eū nō recepe
rūt. Quotquot autē receperūt eū,
dedit eiꝰ poteſtatē filioꝝ dei fieri, hiꝰ
q̄ credūt in noīe eiꝰ. Qui nō ex ſan
guinibꝰ, neqꝫ ex voluntate carnis,
neqꝫ ex volūtate viri, ſed ex deo na
ti ſūt. genu flexo dicit voce ꝑdicta.
Et verbū caro factū eſt. Surgit et
ꝑficit euāgeliū eadē voce. Et habi
tauit ī nobiꝰ (Et vidimꝰ gloꝛiā eiꝰ,
gloꝛiā quaſi vnigeniti, a patre) ple/
nū gratie ꝛ veritatis. Attēdat aūt
ſacerdos: ꝙ officiū mature ꝛ diſtin
cte dicat. In multitudine collecta/
rū, et in eligendo hoſtias, et in pa/
rādo calicē ꝛ ſimilibuꝰ aſtantibus
non faſtidiat. In voce mediocrita
tem ſeruet: ne nimiꝰ alte clamando
conturbet chorum, vel alios cele/
brantes: vel nimis ſubmiſſe dicen/
do, nō audiatur. Canonem in ſilen
tio dicat: ꝙ a circunſtantibus non
poſſit audiri vel intelligi.

Nota quid ſignificēt illa que requirunt ad
celebratione miſſe vltra illa que requirū/
tur ad eſſentiā ſacramenti. ¶ Illa que requirū
tur ad celebrationē miſſe repꝛeſentant nr̄e re/
dēptionis myſteriū: qꝺ in incarnatione fuit in/
choatū/in natiuitate ꝛ pꝛedicatione pꝛomotū/
in paſſiōe cōpletū/in reſurrectione declaratū:
ꝛ ideo quedā repꝛeſentāt pertinentia ad incar/
natione/quedā ad natiuitatē/quedā ad chꝛiſti
pꝛedicationē/quedā pertinētia ad paſſionem/
quedā ad reſurrectionem. Sacerdotis autem
calceatio incarnationis eſt repꝛeſentatio. In
perſona eñ filij dei dicit in pſalmo. In idumeā
extendā calceamentū. i. humanā naturā quam
aſſumā. Unde ſacerdos cū chꝛiſtū repꝛeſentet:
miſſam nō debet dicere diſcalciatus. Amictus
in capite repꝛeſentat diuinitatē amictā huma/
nitate: caput eñ chꝛiſti/deuꝰ eſt. Alba nouitatē
vite ſignat: quā chꝛiſtus habuit ꝛ docuit et tri/
buit in baptiſmo. Zona chꝛiſti iuſtitiā: iuxta il/
lud Eſaie. ij. Erit iuſtitia cingulū lūboꝝ eius.
Manipulꝰ poſitus in leua ſignat ꝙ chꝛiſtus in
via brauiū obtinebat: per manipulū eñ brauiū
deſignatur: iuxta illud pſalmi. Uenient cū exulta
tione poꝛtātes manipulos ſuos. Per leuā vita
pꝛeſenꝰ intelligitur. Stola que collo ſacerdotiꝰ
incūbit/obedientiā ſignat: quā chꝛiſtꝰ ꝓpter ſa/
lutem humani generis ſubijt factus obediens
vſqꝫ ad moꝛtē. Caſula que alijs veſtimētis ſup
ponitur/chꝛiſti charitatē ſignat: que oēs alias
virtutes excellit. Introitus ſacerdotis ad alta/
re aduentū chꝛiſti ſignat: ꝛ introitus miſſe deſi
deriū aduentꝰ eiꝰ ſignat. ꝛ ideo in miſſa ſolēni
nō debet intrare ſacerdos/quouſqꝫ inceptuꝰ ſit
introitus miſſe: quia ante fuit chꝛiſtus deſide/
ratus ꝙ veniret: et quia in aduentu chꝛiſti fuit
tēpus miſericoꝛdie: ideo poſt introitū ſubiungi
tur kyꝛie eleiſon: qꝺ interpꝛetatur/Dñe miſe/
rere: qꝺ nouies dicitur: cōputando ter qꝺ dicit
Chꝛiſte eleiſō: vt per miſericoꝛdiā chꝛiſti/nouē
aſſociemur oꝛdinibꝰ angeloꝝ. Poſt hoc ſubiū/
gitur. Gloꝛia in excelſis deo. ad repꝛeſentandū
hymnū quē angeli paſtoꝛibus nato dño cecine
rūt: quē ſacerdos inchoat: qꝛ angelū magni cō/
ſilij repꝛeſentat: ꝛ choꝛus cōcinendo pꝛoſequi/
tur: quia ſubito facta fuit cū angelo multitudo
militie celeſtis laudantiū ꝛ dicentiū ꝛc. Oratio
nes aūt que ſubſequūtur/repꝛeſentant oꝛatio/
nes/quas chꝛiſtus poſt ſuā natiuitatē fecit pꝛo

populo Epl'a. que premittitur euāgelio/legē ſi-
gnat:que gratiā precurrit:ſeu precurſoris chri
ſti predicationē. Graduale lamentū penitentie
ſignat:q2 ioannes penitentiam predicabat. Et
q2 poſt luctū ſequit̄ cōſolatio:iuxta illud Mat-
th.v. Beati qui lugēt:qm̄ ipſi cōſolabūtur. ideo
poſt graduale cāitur Alleluia .qđ ſignat ineffabi
le gaudiū angelorū ⁊ hoīm in eterna felicitate
deū laudantiū. Diaconus ſuſcipiēs codicē euā
gelij bn̄dictionē a ſacerdote poſtulat:ad ſignifi
candū/ꝙ nullus debet predicare/niſi mittatur.
Euangelij em̄ lectio predicationē ſignat: et de-
bet legi in loco magis eminenti ꝙ̄ epl'a:iuxta il
lud. Sup montē excelſum aſcende tu/qui euan
gelizas ſion. Et ad deſignandū excellētiā legis
gratie ſuper legē ſcriptā:⁊ habet legens euan-
geliū faciē verſam ad aquilonē: ad ſignifican-
dū predicationē chriſti eſſe cōtra illū qui dixit.
Ponā ſedē meā ad aquilonē:et ero ſimilis altiſ
ſimo. Et q2 corde creditur ad iuſtitiā:ore aūt cō
feſſio fit ad ſalutē:vt oſtēdat eccleſia:ꝙ qui euā
gelij verbū corde recipit:mox poſt euāgeliū/ſi-
dei ſymbolū ore decātat:qđ tamē ſacerdos inci
pit:vt ſignificet ꝙ chriſtus ore proprio chriſtia-
nā fidē docuit. Offertorium qđ cātatur:ſignat
ſacerdotē oblaturū ſacrificiū laudis:qui anteꝙ̄
dicat Oremus:premittit Dn̄s vobiſcū ad ſigni-
ficandū q2 niſi dn̄s ſit nobiſcū:ad ſalutē noſtrā
orare nō poſſumus. Silentiū aūt qđ ſequitur: re
preſentat illud tēpus/quo chriſtus nō ambula
bat palā inter iudeos/cū eū interficere cogita-
rent:q2 tamē appropinquāte die paſſionis ie-
ſus iterū in publicū ambulauit: ad hoc ſignifi-
candū exclamat ſacerdos Per oīa ſecula ſecu-
lorū. Prefatio aūt eſt quedā gratiarū actio et
diuine laudis cōfeſſio/repreſentans illā gratia
rū actionē/quā ſancti reddunt chriſto in celo:⁊
laudē qua laudatus fuit in cōuiuio in quo maria
vnxit eum vnguēto. Sanctus repreſentat laudē
quā ſibi cecinerūt pueri hebreorum dn̄ica de ra
mis palmarū. Ad ſignificandū aūt ꝙ pater tra
didit chriſtū morti ex dono.i.ex mera gr̄a/et iu
das pro munere pecunie: ⁊ ꝙ ipſe chriſtus fuit
ſacrificiū illibatū:ſacerdos facit tres cruces ſu
per oblata:vnā cū dicit Hec dona. aliā cum di
cit Hec munera/aliā cū dicit Hec ſancta ſacrifi
cia illibata:⁊ q2 illa vēditio fuit maledicta pro
ſcripta/irrationabilis ⁊ deteſtabilis: ad hoc ſi
gnificandū dicit ſacerdos in canone Hāc obla-
tionē facere digneris benedictā/aſcriptā/ratā/
rationabilē/et acceptabilē. De cōſecratione cor
poris et ſanguinis ſuperius ſatis dictum eſt.
Eleuatio corporis chriſti repreſentat eleuatiō-
nē chriſti in cruce. Demiſſio depoſitionē eius de
cruce notat. Poſitio ſup pallā ſignificat inuolu
tionē eius in ſindone munda. Palla aūt ſindo
nē repreſentat: et ideo dicitur de cōſecratione
diſt.i. Cōſulto:conſtituimus vt ſacrificiū altaris
nō in ſerico pāno aut in tincto quiſꝙ̄ celebrare
preſumat:ſed in puro lintheo ab epiſcopo con-
ſecrato terreno.ſ.lino procreato atꝙ contexto:
ſicut corpus dn̄i noſtri ieſu chriſti in ſindone li
nea mūda ſepultū fuit. cum aūt ſacerdos dicit.
Nobis quoꝙ peccatoribus repreſentat contri
tionē ⁊ cōfeſſionē latronis alterū increpātis ⁊
dicentis. Nos quidē/digna factis recipimus ⁊c.
Et miſericordiā petētes:etiā ꝙ centurio et qui
cū eo erant reuertebātur/et percutiebāt pecto-
ra ſua. Exclamatio aūt ſacerdotis voce eleua-
ta. Pater noſter/qui es in celis eſt reductio ad
memoriā illius clamoris quē emiſit chriſtus in
hora mortis dicēs Pater/in manus tuas com
mēdo ſpiritū meū Altare crucē ſignat: Calix ſe
pulchrū: Patena lapidem quo ſepulchrum fuit
clauſum. Cum autē dicit ſacerdos Pax dn̄i ſit
ſemper vobiſcū:inſinuat ꝙ vna ſabbatorū ſte-
tit ieſus in medio diſcipulorū: et dixit eis Pax
vobis. et q2 tunc dedit eis poteſtatē remittendi
peccata: et ideo chorus exclamat. Agnus dei
qui tollis peccata mūdi ⁊c. quod ter repetitur
ad ſignificandū ꝙ petimus nobis remitti pecca
ta cogitationis/locutionis et operationis: per
quorū remiſſionē venienus ad eternam pacē.
Repreſentatio ergo que eſt per cantū Agnus
dei pertinet ad reſurrectionis gaudiū. Poſtcō
munio etiā apoſtolorū gaudiū de chriſti reſur-
rectione ſignificat. Ite miſſa eſt repreſentat il-
lud quod dictū eſt diſcipulis ſtatim poſt aſcen
ſionē chriſti in celū.ſ. Hic ieſus q̇ aſſumptus eſt
a vobis in celum ⁊c. Chorus autē reſpondens
Deo gratias repreſentat apoſtolos regreſſos
in hieruſalē cū gaudio magno/vnanimiter pſe
uerantes in oratione:⁊ ꝙ pro beneficio redem-
ptionis noſtre/cuius myſteriū (vt dictū eſt) re-
preſentatur in miſſa:debemus eſſe in continua
gratiarum actione.

## Exorciſmus ſalis et aque.

Anteꝙ̄ ſacerdos egrediatur de ſa
crario ad benedicendū aquā: dicit
ꝓ vt ſequitur. ℣. Sacerdotes tui in-
duātur iuſtitiā. ℟. Et ſancti tui exul-
tent. ℣. Dn̄e exaudi orationē meā. ℟.
Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dn̄s

vobiſcū. ℟. Et cū ſpū tuo. Oremus.

OMnipotēs ſempit̃ne de⁹, Orō. qui ſacerdotib⁹ tuis pre ceteris tantā gratiā cōtuliſti: vt q̄cquid abeis in tuo noīe digne perfecteq́ agitur, a te fieri credatur, q̄s immēſam clementiā tuā: vt qđ modo viſitaturi ſumus, viſites, quicquid benedicturi bn̄ ✠ dicas, ſitq́ ad nr̄e humilitatis introitū ſcto2ū tuo2ū meritis fuga demonū, ⁊ angeli pacis ingreſſus, per chriſtū dn̄m nr̄m. ℟. Amen. Nō dicuntur Dn̄s vobiſcū, nec Benedicamus dn̄o. Alexāder primus papa cōſtituit aquā aſperſionis cum ſale benedici in habitaculis hoīm. ¶ Incipit ordo ad faciēdā aquā bn̄dictā. ¶ Dn̄ica. j. aduētus ⁊ in oīb⁹ dn̄icis p totū annū ſacerdos ſuperpellicio indut⁹ et ſtolā apponēs circa collum faciat aquā benedictā: q̄ fieri debet cū cruce ⁊ lumine dicendo. ℣. Adiuto2ium noſtrū in noīe dn̄i. ℟. Qui fecit celum et terrā. ℣. Sit nomē dn̄i benedictum. ℟. Ex hoc, nūc, ⁊ vſq́ in ſeculū. Deinde incipit exorciſmū ſalis abſolute.

EXorcizo te creatura ſalis per de ✠ um viuum, p de ✠ um verum, per de ✠ um ſanctum, per deum qui te per eliſeum prophetā in aquam mitti iuſſit: vt ſanaretur ſterilitas aque, vt efficiaris ſal exorcizatus in ſalutē credentium, et ſis oībus te ſumentib⁹ ſanitas anime ⁊ corporis: ⁊ effugiat, atq́ diſcedat ab eo loco quo aſperſus fueris oīs phātaſia et neq̄tia vel verſutia diabolice fraudis: oīſq́ ſpūs immūd⁹, adiuratus per eū qui vēturus eſt iudicare viuos et mortuos ⁊ ſeculū p ignem. ℟. Amen. Oremus. Orō.

IMmēſam clementiā tuam, oīps eterne de⁹, humiliter imploramus: vt hanc creaturā ſalis, quā in vſum generis hūani tribuiſti, bene ✠ dicere et ſcti ✠ ficare tua pietate digneris: vt ſit oībus fidelib⁹ ſalus mētis ⁊ corpis: ⁊ quicquid ex eo tactū, vel reſperſum fuerit, careat oīni immūditia, oīni impugnatiōe ſpūalis neq̄tie. Per virtutē dn̄i nr̄i ieſu chriſti: q̄ vētur⁹ eſt iudicare viuos ⁊ mortuos ⁊ ſeculū per ignē. ℟. Amē. ¶ Exorciſmus aque et dicitur abſolute.

EXorcizo te creatura aque in noīe pa ✠ tris oīpotētis: ⁊ in no ✠ mine ieſu chriſti: filij ei⁹ dn̄i nr̄i: ⁊ in virtute ſpūs ✠ ſcti: vt fias aqua exorcizata ad effugādā oēm poteſtatē inimici: et ipm̄ inimicū valeas eradicare et explātare cū angelis ſuis apoſtaticis, per virtutē eiuſdem dn̄i nr̄i ieſu chriſti: qui vēturus eſt iudicare viuos ⁊ mortuos et ſeculū per ignē. ℟. Amen. Oremus. Oratio.

DEus, qui ad ſalutē humani generis maxima queq́ ſacramenta in aquarū ſubſtātia cōdidiſti: adeſto propitius inuocationib⁹ noſtris: ⁊ elemento huic multimodis purificationib⁹ preparato, virtutē tue bene ✠ dictionis infunde:

vt creatura ĩ myſterijs tuis ſeruiẽs
ad abijciẽdos demones, morboſq̃
pellẽdos, diuine gratie ſumat effe/
ctũ: vt quicquid in domibus vel in
locis fideliũ, hec vnda reſperſerit,
careat immunditia, liberetur a no/
xa, nõ illic reſideat ſpiritus peſtilẽs,
nõ aura corrũpens, diſcedant oẽs
inſidie latẽtis inimici. et ſi quid eſt,
quod aut incolumitati habitantiũ
inuidet, aut quieti, aſperſione hui⁹
aque effugiat: vt ſalubritas per in/
uocationẽ tui nõis expedita, ab oĩ/
bus ſit impugnationibus defenſa,
Per virtutẽ dñi noſtri ieſu chriſti,
qui venturus eſt iudicare viuos et
mortuos, et ſeculum per ignẽ. ℟.
Amen. Hic mittat ſal in aquam in
modum crucis: dicendo ſemel.

COmmiſtio ſalis ⁊ aque ſit pa
riter benedicta in nomine pa
✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ ſpũs ✠ ſcti. ℟.
Amẽ. Poſtea dicit. ℣. Dñs vobiſcũ.
℟. Et cũ ſpũ tuo. Oremus. Orõ.

DEus inuicte virtutis auctor,
et inſeparabilis imperij rex,
ac ſemꝑ magnificus triumphator,
qui aduerſe dñationis vires repri/
mis, qui inimici rugiẽtis ſeuitiã ſu/
peras, qui hoſtiles nequitias potẽ
ter expugnas, te dñe trementes et
ſupplices deprecamur ac petimus:
vt hanc creaturam ſalis, ⁊ aque di
gnanter accipias. ℟. Amen. Be/
nignus illuſtres. ℟. Amen. Pie/
tatis tue more ſancti ✠ fices. ℟.
Amen. Ut vbicunq̃ fuerit aſper/
ſa, per inuocationẽ ſancti nõis tui
oĩs infeſtatio immundi ſpirit⁹ abij
ciatur: terrorq̃ venenoſi ſerpentis
procul pellatur: et preſentia ſancti
ſpiritus nobis miſericordiã tuã po
ſcentibus vbiq̃ adeſſe dignetur, P
eundẽ dñm noſtrũ ieſum chriſtũ fi/
liũ tuũ: qui tecum viuit et regnat in
vnitate eiuſdẽ ſpiritusſancti deus,
Per oĩa ſecula ſeculorũ. ℟. Amẽ.
Nõ dicitur Dñs vobiſcũ. nec Bñ/
dicam⁹ dño. ſed ſtatĩ dr. Bño dei
pa ✠ tris oĩpotẽtis, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ ſpi
ritus ✠ ſancti, deſcẽdat ⁊ maneat
ſuꝑ hãc creaturã ſalis ⁊ aque, ⁊ ſu/
per oẽs accipiẽtes ex ea. ℟. Amen.
Finita tertia a ſacerdote celebratu
ro miſſam, aſpergat aqua bñdicta
altare mai⁹, cler⁹, ⁊ ppls: ⁊ ſtatim a
cãtore vel a ſacerdote incipiatur ſe
quẽs. Añ. Aſperges me dñe hyſſopo
⁊ mũdabor. ꝑ. Lauabis me et ſuꝑ niuẽ
dealbabor. ℣. Miſerere mei de⁹, ſcdm
magnã miſericordiã tuã. ℣. Glia pri et
filio ⁊ ſpirituiſcto. Sicut erat in prin/
cipio et nunc et ſemper, ⁊ in ſecula ſecu
lorum amen Et repetitur. Lauabis
me. Quo dicto cantatur ſequens.
Aña. Signum ſalutis pone domine
in domibus iſtis: vt non permittas in
troire angelum percutientem in domi
bus in quibus habitamus, de celo po/
ne ſignum tuum domine: et protege
nos: et non erit in nobis plaga nocẽs.
Supradicte antiphone ꝑdicto mo/
do dicũtur in aſperſione aque bene
dicte in dñicis diebus, a dñica tri/

nitatis, vſqꝫ ad dominicam reſurrectionis excluſiue. Excepta dominica de paſſione, et dominica de ramis palmarũ in quibus non dicuntur. ℣. Gloria prĩ. Sed poſt. ℣. Miſerere mei dñe. Repetatur immediate. Añ. Aſperges me dñe. vſqꝫ ad. ℣. nec dr Añ Signum ſalu. Quando vero feſtum purificationis virginis Marie occurrerit in dominica: finita tertia, aſpergat aqua benedicta more ſolito, et facta aſperſione aque benedicte fit benedictio ignis et candelarum: vt in rubrica purificationis notatur. fol. cxcviij. A dominica autem reſurrectionis domini, vſqꝫ ad dominicam trinitatis excluſiue, diebus dñicis in aſperſione aque benedicte cantatur ſequens Añ



## De aſperſione aque benedicte diebus dñicis.







Finitis antiphonis ſupradicto modo ſacerdos qui aſpergit aquã benedictã, ſtans ante altare ad partẽ epiſtole: vel in choro dicit. ℣. Oſtende nobis dñe miſericordiã tuã. ℟. Et ſalutare tuũ da nobis. ℣. Dñe exaudi orationẽ meã. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dñs vobiſcũ. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus. Oratio.

Exaudi nos domine ſancte pater oĩps eterne deus: et mittere digneris ſanctũ angelũ tuum de celis: qui cuſtodiat, foueat, protegat, viſitet, et defendat oẽs habitãtes et conuenientes in hoc habitaculo, Per chriſtũ dñm noſtrũ. ℟. Amen. Non dicitur Dñs vobiſcũ. nec Benedicamus dño. Sequitur benedictio panis dieb⁹ dñicis, que fieri debet a ſacerdote celebraturo, dicto offertorio, aut facta oblatione, modo vt ſequitur. ℣. Adiutoriũ noſtrũ in nomine dñi. ℟. Qui fecit celum et terram. ℣ Sit nomen dñi benedictũ. ℟. Ex hoc, nunc, et vſqȝ in ſeculum. ℣. Dñe exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus. Oratio.

Bene ✠ dic dñe creaturã iſtã panis: ſicut benedixiſti quinqȝ panes in deſerto: vt omnes guſtãtes ex eo, tam corporis quã anime recipiãt ſanitatem, Per chriſtum dominũ noſtrũ. ℟. Amen. Nõ dicitur Dñs vobiſcum, nec benedicamus domino. ſed ſtatim dicitur.

Et benedictio dei pa ✠ tris omnipotentis, et fi ✠ lii, et ſpirit⁹ ✠ ſancti, deſcendat et maneat ſuper hãc creaturam panis: et ſup oẽs guſtãtes ex eo. ℟ Amen. Cõpleta autẽ benedictiõe, ſtatim aſpergat aqua benedicta ſuper panem.

¶ Canones, ſiue regule generales. et primo de introitu miſſe.

Introitus feſtorũ ſex caparum triplicatur ſemel vſqȝ ad Gloria pri, et iterum vſqȝ ad verſum, et iterũ dicto Gloria patri et Sicut erat, vſqȝ

Pſalmos et ꝯfeſſionẽ ante miſſam dici inſtituit Põtianus papa.

q̄ Introit⁹ di-
cere in pñcipio
miſſe. iſtituit. ce-
leſtinus papa.

ad.v. Jn duplicib⁹ aũt.ix.&c.
dñicis dieb⁹, ⁊ infra octauas
cuiuſuis octauarij, in vigilijs
natalis dñi, epiphanie, aſſũ-
ptionis virginis marie, ⁊ die
bus ferialib⁹, duplicatur ſe-
mel vſq̧ ad Glia patri: ⁊ ite
rũ poſt, dicto Glia pri ⁊ Si-
cut erat, vſq̧ ad verſum.

¶ Canon de Glia pri.

Glia pri dr in quacũq̧ miſ-
ſa: niſi in miſſa de defunctis,
et a dñica paſſiõis dñi vſq̧
paſcha: de qb⁹ videbis ſuis
Locis in miſſali folio.xlvj.

qd Kyrie eleiſõ
diceret. inſtituit.
Silueſter, qd ex
imitatiõe greco
rũ nouenario re
peteret. Voluit
Gregorius pa.

¶ Canõ de Kyrie eleiſon.

Kyrie eleiſon dr ter ĩ miſſa.
⁊ Chriſte el.ter. ⁊ Kyrie.ter.

¶ Canõ de Glia in excelſ.

Glia in excelſis. dr in feſtis
ſex caparũ, v̓gis marie, aplo
rũ, martyrũ, confeſſorũ atq̧
virginũ: ⁊ in feria.v.cũ fit de
corpore chriſti. ⁊ ſabbato cũ
fit de v̓gie maria ⁊ ĩfra octs.
cuiuſcũq̧ octauarij, ⁊ i vigi-
lia ephie, et in die cene dñi:
vbi chriſma cõſecrat. ⁊ in vi
gilia reſurrectiõis, pẽtheco-
ſtes, ⁊ aſſũptiõis v̓ginis ma
rie, qñ occurrerit in dñica. di
cta vigilia aſſũptiõis. Et in
qb⁹ dñicis: niſi a dñica pri-
ma aduẽt⁹ iclusiue, vſq̧ ad
vigiliã natiuitatis dñi inclu
ſiue. et a dñica.lxx. iclusiue,
vſq̧ ad dñicã de ramis pal.

Kyrie eleiſon. p-
fecta. eſt oratio,
et pleni pfectiq̧
ſenſus ſignifica
tiua, tantũdẽ ſi-
gnans atq̧ dñe
miſerere cõpoſi
ta: ex vocatiuo
Kyrie. et verbo
eleiſõ, ſic ⁊ chri-
ſte eleiſõ. Abſo-
luta eſt ⁊ cõple-
ta oratio idẽ ſi-
gnãs qd Chriſte
miſerere, quocir
ca ſeiũctim pro-
ferende ſunt ille
dictiones, et di-
uerſe, et magno
ab inuicẽ diſcri-
mie ſeiũcte, qua
rũ prior, nomen

marũ iclusiue: in qb⁹ nõ dr.
Qñ aũt dr miſſa votiua de
v̓gine maria: vl de ſpũ ſcto,
vel de quocũq̧ ſcto, nõ dicit
Glia i excelſis, licet in ꝓpria
cãtet: vt ſit differẽtia iter ſo
lẽnitatẽ et cõmemorationẽ.
Jn dieb⁹ vero ferialib⁹ ⁊ in
vigilia natiuitatꝫ dñi, etiã ſi
dicta vigilia occurrat in dñi
ca, nõ dicit Glia in excelſis.

eſt, poſterior ve
ro verbum, et ex
illis integra for
matur oratio de
precatiua, ⁊ diui
ne miſericordie
imploratoria.

¶ Canon de oratione.

Jn feſtis ſex caparũ, tantũ
dicit vna oratio. Alijs autẽ
dieb⁹, poſſunt dici plures: ſci
licet vna vel due ſub vna cõ
cluſione: aut tres, aut quinq̧
vel ſeptem ⁊ non plures.

¶ Canon de epiſtola.

Quãdo legit lcto de eplis
pauli, vel de canonicis eplis,
dicit ſemp: Lcto eple beati
pauli apli ad corinthios, aut,
ad romanos ⁊c. Sed ſi legit
de alijs lectionibus, dicitur,
Lectio libri exodi, aut, ſapiẽ
tie, vel apocalypſis ⁊c.

¶ Canon de tractu.

A dñica ſeptuageſime vſq̧
ad paſcha, ſi nõ fit tract⁹ ꝓ-
prius, loco tractus omiſſo
halla. dicit v̓ſus de halla.

¶ Canon de euãgelio.

Quãdo legit euãgeliũ, ſem
per dr. Sequẽtia ſcti euãge-
lij ⁊c. Preterq̧ in die natiui
tatꝫ dñi, in euãgelio. Jn pri-

cipio erat verbũ: ⁊ in vigilia ſancti ioãnis baptiſte In euãgelio, Fuit in diebus herodiꝰ, ⁊ in die natiuitatis virginis Marie In euangelio Liber generationis ieſu chriſti: in quibꝰ dicitur Initiũ ſcti euãgelij.

¶ Canon de Credo.

Credo, dicitur in omnibus dñicis, etiã ſi fiat de feſto: ⁊ in feſtis natiuitatis dñi, epiphanie, reſurrectiõis, pẽthecoſtes, trinitatis, corpis chriſti, aſſumptionis virginis marie, et infra octauaria predictorum feſtorum: et in feſtiuitatibus aſcẽſionis domini, tranſfigurationis, virginiꝰ marie, michaelis, valerij, braulionis dedicatiõiꝰ eccleſie, apoſtolorũ, et quatuor doctorum eccleſie, et feria quita, cum ſit de corpore chriſti, et ſabbato cum ſit de virgine maria. Demum dicitur Credo in multis alijs feſtis, que breuitatis cauſa relinquimus: vt videbis in miſſali in ſuis locis per ordinẽ, quãdo debet dici aut non. Quando autẽ dicitur miſſa votiua de virgine maria, vel de ſpiritu ſancto, vel de quocunqꝫ ſancto, non dicitur Credo: licet in propria cantetur: vt ſit differentia inter ſolẽnitatem ⁊ commemorationem. In diebuꝰ vero ferialibus non dicitur Credo. ¶ Item in feſto ſancti, in cuiuꝰ honore eccleſia conſtructa eſt, dicatur Credo.

¶ Canon de prefatione.

Quando dicitur miſſa votiua de virgine maria, vel de ſpiritu ſancto, vel de quocunqꝫ ſancto, dicitur prefatio communis: licet in propria, cantetur prefatio propria: vt ſit differentia inter ſolennitatem, et cõmemorationem.

¶ Canõ de Ite miſſa eſt.

In miſſa nõ debet dici Ite miſſa eſt, niſi quãdo dicitur Gloria in excelſiꝰ deo, ſed benedicamꝰ domino. In miſſa autẽ de defunctis dicitur Requieſcant in pace.

¶ Diebꝰ ſabbatis cum ſit de virgine maria.

Gloria in excelſis deo, Et in terra pax hominibus bone volũtatis. Laudamus te. Benedicimuꝰ te. Adoramus te. Glorificamꝰ te. Gratias agimuꝰ tibi, propter magnam gloriã tuam. Domine deus, rex celeſtis, deꝰ pater omnipotens. Domine fili vnigenite ieſu chriſte, Spirituꝰ et alme, orphanorum paraclete. Domine deus, agnus dei filiꝰ patris, Primogenitus marie virginiꝰ matriꝰ. Qui tollis peccata mundi: miſerere nobiꝰ. Qui tollis peccata mundi: ſuſcipe deprecationem noſtram, ad marie gloriam. Qui ſedes ad dexteram patris, miſerere nobis. Quoniã tu ſolus ſanctus, Ma-

Hec dei laus dicitur hymnꝰ angelicus, denoiatiõe ſumpta ab eius principio, Reliqua vero preſentiꝰ hymni preconia, a Symmacho papa adiecta referũtur, pietatis in deũ ⁊ religionis pleniſſima, ceterũ quũ chriſtꝰ ſolꝰ dñs: ſoluꝰ ſctus ⁊ ſoluꝰ altiſſimꝰ eſſe enunciatur, particula ſolus nõ excludit reliquas perſonas diuinas. quũ illa tria predicata, Sãctuꝰ, dñs, altiſſimꝰ, ſint eſſentialia ⁊ diuinitatiꝰ cõcernãt ſubſtãtiã ſed naturas alias a diuina vt hũanã ⁊ angelicã excludit.

riam ſanctificans. Tu ſolus dn̄s, Mariā gubernās. Tu ſolus altiſſimus, Mariam coronans Jeſu chriſte, Cū ſancto ſpiritu, in gloria dei patris, amen.

¶ In ſolennitatibus virginis marie, et infra octavaria eiuſdem: cum fit de ea.

Gloria in excelſis deo, Et in terra pax hoībus bone volūtatis. Laudamus te, Benedicim⁹ te, Adoramus te, Glorificamus te, Gratias agimus tibi propter magnam gloriam tuā. Domine deus, rex celeſtis, deus pater omnipotēs. Dn̄e fili marie vnigenite ieſu chriſte. Dn̄e deus, agnus dei, filius patris. Qui tollis peccata mundi, miſerere nobis. Qui tollis pcc̄a mundi, ſuſcipe deprecationē noſtram. Ut nos tibi placeamus iugiter et ſacroſancte tue matri marie. Qui ſedes ad dexteram patris, miſerere nobis. Per marie ſuffragia, que eſt mater ſue prolis et filia. Quoniam tu ſolus ſanctus. Maria ſola mater intacta. Tu ſolus dominus. Maria ſola domina. Tu ſolus altiſſimus. Pater marie et filius Jeſu chriſte. Cum ſancto ſpiritu, in gloria dei patris, Amen.

Incipit ordo miſſalis, ſcđm cõſuetudinem Metropolitane eccľie Ceſarauguſtane. Dñica p̄ma aduẽtus. Intro.

Ad te leuaui animã meam deꝰ meus, i te cõfido, nõ erubeſcã: neqꝫ irrideãt me inimici mei: eteni vniuerſi q̃ te expectãt, nõ cõfũdẽtur. ℣. Vias tuas domine demõſtra mihi: et ſemitas tuas edoce me. Glľa. Sicut. In dñicis diebꝰ ⁊ ferialibus immediate poſt. ℣. dicit. Glľa patri. Sicut erat. Quibꝰ finitis repetit. Ad te leuaui. vſqꝫ ad. ℣. Qui modus dicendi et repetendi ſeruatur ꝑ totũ annũ: niſi a dñica paſſionis dñi, vſqꝫ ad paſcha: de quibꝰ ſuo loco. Glľa i excelſis nõ dicitur in dñicis diebus, neqꝫ ferialibꝰ, vſqꝫ ad vigiliã natalis dñi.

Oro. Excita, q̃ſumus dñe, potentiã tuã et veni: vt ab imminentibus peccatorũ noſtrorũ periculis, te mereamur protegente eripi, te liberante ſaluari. Qui viuis et regnas.

Ad Romanos. xiij. d.

Fratres, Sciẽtes tempꝰ quia hora eſt iã nos de ſomno ſurgere. Nũc enim ꝓpior eſt noſtra ſalus, q̃ cum credidimꝰ. Nox preceſſit: dies autẽ appropinquauit. Abijciamꝰ ergo opera tenebrarũ, et in

duamur arma lucis, Sicut in die,
honeſte ambulemus: nō in cōmeſ-
ſationib⁹ et ebrietatibus, nō in cu-
bilib⁹ et impudicitijs, nō in conten
tione et emulatione: Sed induimi
nī dn̄m ieſum chriſtū. Grad. V ni-
uerſi q̄ te expectāt nō cōfundētur dn̄e.
℣. Vias tuas dn̄e notas fac mihi: et ſe
mitas tuas edoce me. Halla halla ℣.
Virtutes celi mouebūtur: et tūc vide-
būt filiū hominis venientē de celo cū
poteſtate magna et maieſtate halla.
Infra hebdomadā quando fit de
feria dicit̄ ſequēs. Halla. ℣. Oſtēde
nobis dn̄e miſericordiā tuā: et ſalutā-
re tuū da nobis halla. Scd̄m Lucā

In illo tēpore, Dixit xxi.c.
dn̄s ieſus diſcipulis ſuis. Erūt
ſigna in ſole et luna et ſtellis: et in
terris preſſura gentiū pre cōfuſio-
ne ſonit⁹ maris et fluctuū, areſcen-
tibus hoībus pre timore ⁊ expecta
tione: que ſuperueniēt vniuerſo or
bi. Nā virtutes celorū mouebun-
tur: et tūc videbūt filiū hoīs veniē-
tē in nube cū poteſtate magna et
maieſtate. His autē fieri incipien-
tibus, ſuſpicite et leuate capita ve-
ſtra: quoniā appropinquat redem
ptio veſtra. Et dixit illis ſimilitu-
dinē. Videte ficulneā, et oēs arbo
res: cū producūt iā ex ſe fructū, ſci-
tis quoniā prope eſt eſtas. Ita et
vos cum videritis hec fieri, ſcitote
quoniā prope eſt regnū dei. Amen
dico vobis, quia nō preteribit gene
ratio hec, donec omnia fiāt. Celū
⁊ terra tranſibūt: verba autē mea
nō trāſibūt. Credo dicit̄ in om-
nibus dn̄icis, etiā ſi fiat de feſto, p to
tū annū. Offert. Ad te dn̄e leuaui
animā meā: deus meus in te confido,
non erubeſcam: neq3 irrideant me ini
mici mei: etenim, vniuerſi qui te expe-
ctant, non confundentur. Secreta.

Hec ſacra nos domine potēti
virtute mūdatos, ad ſuū fa-
ciant puriores venire principium,
Per. Cōmu. Dn̄s dabit benignita
tē: ⁊ terra nr̄a dabit fructū ſuū. Oro.

Suſcipiamus dn̄e miſericordi
am tuā in medio tēpli tui: et
reparationis nr̄e vētura ſolēnia, cō
gruis honorib⁹ precedamus, Per.
Bn̄dicamus dn̄o. Et dicit̄ in oīb⁹
dn̄icis vſq3 ad vigiliā natalis dn̄i.
Aduerte hic, q̄ quādo fit de feria p
totū aduentū, dicitur miſſa cōuen-
tualis de dn̄ica p̄cedēti, preter Cre
do. ¶ Dn̄ica ſecunda aduentus.

Populus ſion, ecce, Int.
dn̄s veniet ad ſaluandas
gētes, ⁊ auditā faciet dn̄s
gloriā vocis ſue in letitia
cordis veſtri. ℣. Qui regis iſrael, inten
de, qui deducis velut ouē ioſeph. Gl'a.

Excita dn̄e corda Oratio.
noſtra ad preparādas vnige
niti tui vias: vt per eius aduētū, pu
rificatis tibi mentibus ſeruire me-
reamur, Qui te. Ad roma. xv.a.

Fratres, Quecunq3 ſcripta
ſunt, ad noſtrā doctrinā ſcri-
pta ſunt: vt per patientiā et conſo-

lationem ſcripturarū,ſpem habea
mus. Deus aūt patientie ⁊ ſolatij
det vobis idipſum ſapere in alterū
trū ſcḋm ieſū chriſtū: vt vnanimes,
vno ore honorificetis deū et patrē
dn̄i nr̄i ieſu chriſti. Propter quod
ſuſcipite inuicē: ſicut ⁊ chriſt⁹ ſuſce
pit vos in honorē dei. Dico enim
chriſtū ieſum, miniſtrū fuiſſe circū-
ciſionis propter veritatē dei, ad cō
firmādas promiſſiones patrū: gen
tes aūt ſup miſericordia honorare
2.reg 22.d. deū,ſicut ſcripū eſt, Propterea cōfi
ps17 tebor tibi in gētibus dn̄e, et nomini
pſal. tuo cantabo. Et iterū dicit, letami
116. ni gētes cū plebe ei⁹. Et iterū, Lau
date oēs gētes dn̄m: et magnifica-
11.c. te eū oēs populi. Et ruſ⁹ Eſaias
ait, Et erit radix ieſſe: et q̄ exurget
regere gētes, in eo gētes ſperabūt.
Deus autē ſpei repleat vos omni
gaudio et pace in credēdo: vt abun
detis in ſpe, ⁊ virtute ſpiritusſancti.
Grad. Ex ſion ſpecies decoris eius,
deus manifeſte veniet. ℣. Congregate
illi ſanctos eius, qui ordinauerunt te-
ſtamentū eius ſuper ſacrificia. Hallā
halla. ℣. Letatus ſum in his que dicta
ſunt mihi: in domū dn̄i ibimus. halla.

¶ Secundum Mattheum. xi. a.

In illo tēpore, Cum audiſſet
ioānes in vinculis opera chri
ſti: mittēs duos de diſcipulis ſuis,
ait illi, Tu es q̄ vēturus es, an aliū
expectamus? Et reſpondens ieſus
ait illis, Eūtes renūciate ioanni q̄
audiſtis ⁊ vidiſtis: Ceci vidēt, clau
di ambulāt, leproſi mūdantur, ſur-
di audiūt, mortui reſurgūt, paupe-
res euāgelizātur. Et beat⁹ eſt qui
nō fuerit ſcandalizat⁹ in me. Illis
aūt abeūtib⁹, cepit ieſus dicere ad
turbas de ioanne, Quid exiſtis in
deſertū videre? Arundinē vēto agi
tatā? Sed quid exiſtis videre? Ho-
minē mollib⁹ veſtitū? Ecce, q̄ mol-
libus veſtiūtur, in domibus regū
ſunt. Sed quid exiſtis videre? pro-
phetā? Etiā dico vobis, et plus q̄
prophetā. Hic eſt enim de quo ſcri-
ptū eſt, Ecce, ego mitto angelum
meū ante faciē tuā, q̄ pparabit viā Malach.
tuā ante te. Credo. Offert. Deus iij.a.
tu conuertens viuificabis nos: ⁊ plebs
tua letabit in te. oſtende nobis dn̄e mi
ſericordiā tuā: et ſalutare tuū da nob.

Placare dn̄e, q̄s, humi- Sec.
litatis nr̄e precib⁹ ⁊ hoſtijs:
⁊ vbi nulla ſuppetūt ſuffragia me-
ritorū: tuis nobis ſuccurre pſidijs.
P. Cōm. Hierl'm, ſurge ⁊ ſta in excel
ſo: ⁊ vide iocūditatē q̄ veniet tibi a deo

Repleti cibo ſpūa- Oro. tuo.
lis alimonie ſupplices te dn̄e
deprecamur: vt hui⁹ participatiōe
myſterij, doceas nos terrena deſpi
cere et amare celeſtia, P. ¶ Dn̄i-
ca tertia Aduentus. Introitus.

Gaudete in dn̄o ſemp: ite-
rum dico gaudete: mode
ſtia vr̄a nota ſit oīmbus
hoībus, dn̄s prope eſt: ni
hil ſoliciti ſitis: ſed in omni oratione,
petitiones veſtre innoteſcāt apud deū.

℣. Et pax dei, que exuperat omnem ſen
ſum: cuſtodiat corda veſtra et intelligē
tias veſtras. Gloria patri. Oratio.
AUrē tuā, q̄s dñe, p̄cibꝰ nr̄is
accōmoda: et mentis noſtre
tenebras gratia tue viſitationis il
luſtra, Qui viuis. Ad corint. iiij. a.
FRatres, Sic nos exiſtimet
homo vt miniſtros chriſti: ⁊
diſpenſatores myſteriorū dei. Hic
iā queritur, inter diſpēſatores vt fi
delis quis inueniatur. Mihi autē
pro minimo eſt vt a vobis iudicer,
aut ab humano die: Sed neqꝫ me-
ipſum iudico. Nihil enim mihi con
ſcius ſum: ſed nō in hoc iuſtificatꝰ
ſum. Qui autē iudicat me, dñs eſt.
Itaqꝫ nolite ante tēpus iudicare:
quoaduſqꝫ veniat dñs, qui illumi-
nabit abſcōdita tenebrarū, ⁊ mani
feſtabit cōſilia cordiū: Et tūc laus
erit vnicuiqꝫ a deo. Grad. Qui ſe-
des dñe ſuper cherubim, excita potētiā
tuā, et veni ℣. Qui regis iſrael, intēde:
qui deducis velut ouē ioſeph. Halle
halle. ℣. Rex noſter adueniet chriſtus:
quē ioānes predicauit, agnū eſſe vētu-
rum. halleluia. Scdm Joanem. i. c.
IN illo tēpe, Miſerūt iudei
ab Hieroſolymis ſacerdo-
tes et leuitas ad ioannē, vt interro
garent eū, Tu q̄s es? Et confeſſus
eſt, ⁊ nō negauit. Et confeſſus eſt,
q̄a nō ſū ego chriſtꝰ. Et interroga
gauerūt eū, Quid ergo? Elias es
tu? Et dixit, nō ſum. Propheta es
tu? Et reſpōdit, Nō. Dixerūt ergo
ei, Quis es, vt reſponſum demus
his qui miſerūt nos? Quid dicis de
te ipſo? Ait, Ego vox clamantis in
deſerto, dirigite viā dñi, ſicut dixit
eſaiaſ propheta. Et q̄ miſſi fuerāt,
erāt ex phariſeis. Et interrogaue-
rūt eum, et dixerunt ei, Quid ergo
baptizas, ſi tu nō es chriſtus, neqꝫ
elias, neqꝫ propheta? Reſpōdit eis
Joānes, dicēs, Ego baptizo in a-
qua: medius autē veſtrū ſtetit, quē
vos neſcitis. Ipſe eſt qui poſt me
vēturꝰ eſt, q̄ ante me factus eſt: cu-
ius ego nō ſum dignus vt ſoluā eiꝰ
corrigiā calceamēti. Hec in betha-
bara facta ſunt trans iordanē, vbi
erat ioannes baptizans. Credo.
Offert. Benedixiſti dñe terrā tuam:
auertiſti captiuitatem iacob: remiſiſti
iniquitatē plebi tue. Secreta.
DEuotionis nr̄e tibi dñe (q̄s)
hoſtia iugiter immoletur: que et ſa
cri peragatur inſtituta myſterij, et
ſalutare tuū nobis mirabiliter ope
retur, Per. Cōmu. Dicite puſilla-
nimis, cōfortamini: et nolite timere: ec
ce, deus noſter veniet et ſaluabit nos.
IMploramꝰ dñe cle- Orō.
mētiā tuā: vt hec diuina ſub-
ſidia, a vitijs expiatos, ad feſta ven
tura nos preparēt, Per. ¶ Feria
iiij. quatuor tēporū aduētus. Int.
ROrate celi deſuper: et nubes
pluāt iuſtū: aperiatur terra ⁊
germinet ſaluatorē. ℣. Et iu-
ſtitia eius oriatur ſimul: ego dñs crea
ui eū. Glia pri. In feria. iiij. vel ſab-

bato quatuor tēporū ꝑ totū annū
ad/orōnē cuiuſlibet ꝓphetie abſo/
lute dicit ſacerdos Oremus. Sed
ad orationē, q̄ proximo ſequit̄ poſt
vltimā prophetiā dicit Dñs vobiſ
cū. Et leguntur ꝓphetie cū titulo.

Præſta, q̄ſum⁹ omni/ Orō.
potēs de⁹: vt redēptionis nr̄e
vētura ſolēnitas, ⁊ preſentis nobis
vite ſubſidia cōferat, ⁊ eterne bea/
titudinis premia largiatur, Per.

Lectio Eſaie prophete. ij. a.

In diebus illis, Dixit eſaias,
Erit in nouiſſimis dieb⁹ preparat⁹
mōs dom⁹ dñi in vertice montiū, ⁊
eleuabitur ſup colles: et fluēt ad eū
oēs gētes, ⁊ ibūt ppl'i multi, ⁊ dicēt,
Venite, ⁊ aſcēdam⁹ ad montē dñi,
⁊ ad domū dei iacob: ⁊ docebit nos
vias ſuas, ⁊ ambulabimus in ſemi
tis ei⁹: quia de ſiōn exibit lex, ⁊ ver/
bū dñi de hieruſalem. Et iudicabit
gentes, et arguet pplos multos, et
cōflabūt gladios ſuos in vomeres,
et lanceas ſuas in falces. Nō leua
bit gens cōtra gentem gladiū, nec
exercebunt vltra ad preliū. Dom⁹
iacob venite, et ambulem⁹ in lumi/
ne dei noſtri. Gra. Attollite portas
principes veſtras: et eleuamini porte
eternales: et introibit rex glīe. V. Quis
aſcendet in montē dñi, aut quis ſtabit
in loco ſancto eius? innocens manib⁹,
et mūdo corde. Hic dicitur. Dñs vo
biſcū.

Feſtīna, q̄s dñe, Orō.
ne tardaueris: et auxiliū no/
bis ſuperne virtutis impēde: vt ad
uentus tui cōſolationibus ſubleuē
tur, q̄ in tua pietate cōfidunt, Qui
viuis.

Lectio Eſaie ꝓphete. vij. b.

In diebus illis, Locutus eſt
dñs ad achaz, dicens, Pete
tibi ſignū a dño deo tuo in profun/
dū inferni, ſiue in excelſum ſupra.
Et dixit achaz, Non petā, ⁊ nō ten
tabo dñm. Et dixit, audite ergo do
mus dauid, Nunq̄d parū vobis eſt
moleſtos eſſe hoib⁹, quia moleſti
eſtis ⁊ deo meo? Propter hoc, da/
bit dñs ipſe vobis ſignū, Ecce, vir/
go cōcipiet ⁊ pariet filiū, ⁊ vocabit
nomē ei⁹ emanuel. Butyrū et mel
comedet, vt ſciat reprobare malū ⁊
eligere bonū. Grad. Prope eſt dñs
omnib⁹ inuocātib⁹ eū: omnib⁹ qui in
uocāt eum in veritate. V. Laudē dñi lo
quet os meū: ⁊ bñdicat oīs caro nomē
ſcīm eius.

Secundū Lucā. j. cap. c.

In illo tempore, Miſſus eſt
angelus gabriel a deo in ciui
tatē galilee, cui nomē nazareth, ad
virginem deſponſatā viro, cui no/
men erat ioſeph, de domo dauid: et
nomen virginis maria. Et ingreſ/
ſus angelus ad eam, dixit, Aue gra
tia plena, dñs tecū, benedicta tu in
mulierib⁹. Que cū audiſſet, turba/
ta eſt in ſermone eius: ⁊ cogitabat
qualis eſſet iſta ſalutatio. Et ait
angelus ei, Ne timeas maria, in/
ueniſti enim gratiā apud deū. Ec/
ce, concipies in vtero, ⁊ paries filiū:
et vocabis nomen eius ieſum. Hic
erit magnus: et filius altiſſimi vo/



26

cabitur, Et dabit illi dñs deꝰ ſedē
dauid patris eiꝰ:et regnabit in do/
mo iacob in eternū, ⁊ regni eius nō
erit finis. Dixit autē maria ad an/
gelum, Quomodo fiet iſtud: qm̄ vi
rū nō cognoſco? Et reſpondenˢ an
gelus, dixit ei, Spūſſanctus ſupue/
niet in te, ⁊ virtus altiſſimi obūbꝛa
bit tibi. Ideoq̃ ⁊ qđ naſcetur ex te
ſanctū, vocabiť filiꝰ dei. Et ecce eli
ſabeth cognata tua, et ipſa conce/
pit filiū in ſenectute ſua: Et hic mē
ſis ſextus eſt illi, que vocatur ſteri/
lis: quia non erit impoſſibile apud
deū omne verbū. Dixit autem ma
ria, Ecce ancilla dñi, fiat mihi ſecū
dum verbum tuū. Offert. Confoꝛ
tamini et iam nolite timere: ecce enim
deus noſter retribuet iudicium, ipſe ve
niet: et ſaluos nos faciet. Secreta.

A Ccepta tibi ſint, queſumus
dñe, noſtra ieiunia: que et ex
piando nosˢ, tua gratia dignos effi
ciāt, ⁊ ad ſempiterna pꝛomiſſa per
ducant, Per. Cōm. Ecce, virgo cō/
cipiet et pariet filiū: et vocabiť nomen
eius emmanuel. Oꝛatio.

S Alutaris tui dñe munere ſa
tiati, ſupplices depꝛecamur: vt cuiꝰ
letamur guſtu, renouemur effectu,
Per eūdem. ¶ Feria.vj.quatuoꝛ
tempoꝛum. Introitus.

E Rope es tu dñe: et oēs vie tue
veritas. initio cognoui de te/
ſtimonijˢ tuis: q̇a in eternum
tu eˢ. ꝟ. Beati immaculati ĩ via: q̇ am
bulāt in lege dñi. Gloꝛia pr̄i. Oꝛatio.

E Xcita, queſumꝰ dñe, potētiā
tuā ⁊ veni: vt, qui in tua pieta
te confidunt: ab omni citius aduer
ſitate liberentur, Qui viuis ⁊ reg.
Lectio Eſaie pꝛophete. cap.xj.a.

H Ec dicit dñs deus, Egredie/
tur virga de radice ieſſe, et
flos de radice eius aſcendet. Et re/
quieſcet ſuper eū ſpiritus domini,
ſpiritus ſapientie et intellectuˢ, ſpi
ritus conſilij et foꝛtitudinis, ſpiritꝰ
ſcientie et pietatis. Et replebit eū
ſpiritus timoꝛis dñi. Non ſecundū
viſionem oculoꝛum iudicabit, neq̃
ſecundū auditum aurium arguet:
ſed iudicabit in iuſtitia pauperes,
et arguet in equitate pro manſue/
tis terre. Et percutiet terrā virga
oꝛis ſui, ⁊ ſpiritu labioꝛum ſuoꝛum
interficiet impium. Et erit iuſtitia
cingulū lumboꝛū eius: et fides cin/
ctoꝛium renum eius. Grad. Oſten/
de nobis dñe miſericoꝛdiā tuam: et ſa/
lutare tuum da nobis. ꝟ. Benedixiſti
dñe terram tuam: auertiſti captiuita/
tem iacob. Secūdum Lucam.j.ca.

I N illo tēpoꝛe, Exurgēs ma/
ria, abijt in montana cū feſti
natione in ciuitatē iuda: et intra/
uit in domum zacharie, ⁊ ſalutauit
eliſabeth. Et factū eſt, vt audiuit
ſalutationē marie eliſabeth, exul/
tauit infans in vtero eius. Et re/
pleta eſt ſpiritu ſancto eliſabeth: et
exclamauit voce magna, et dixit,
Benedicta tu inter mulieres, et be
nedictus fructus vētris tui. Et vn

de hoc mihi vt veniat mater domi ni mei ad me? Ecce enim vt facta eſt vox ſalutationis tue in auribus meis, exultauit in gaudio infans in vtero meo. Et beata que credidi ſti: quoniā perficiētur ea que dicta ſunt tibi a dño. Et ait maria, Ma gnificat anima mea dñm. Et exul tauit ſpiritus meus in deo ſalutari meo. Offert. Deus, tu conuertens viuificabis nos: et plebs tua letabitur in te: oſtende nobis dñe miſericordiam tuā: et ſalutare tuū da nobis. Secre.

Muneribus noſtris, queſumus dñe, precibuſqȝ ſuſceptis, et celeſtibus nos mūda myſterijs: et clemēter exaudi, Per dñm. Cōm. Ecce dñs veniet et omnes ſancti eius cū eo: et erit i die illa lux magna.

Tui nos, queſu- Oratio. mus domine, ſacramenti liba tio ſancta reſtauret: et a vetuſtate purgatos, in myſterij ſalutaris fa ciat tranſire conſortiū, Per dñm.

¶ Sabbato. iiij. tēporū. Introitus.

Veni et oſtende nobis faciem tuam dñe, qui ſedes ſup che rubim: et ſalui erimus. V. Qui regis iſraēl intende: qui deducis velut ouem ioſēph. Gloria. Hic dicit Ore mus ſine dñs vobiſcum. Oratio.

Deus, qui cōſpicis, quia ex no ſtra prauitate affligimur: cō cede propitius: vt ex tua viſitatio ne conſolemur, Qui viuis. Lectio

In die- Eſaie pphete. xix. d. bus illis, Clamabunt ad do minū a facie tribulantis, et mittet eis ſaluatorem, et propugnatorem, qui liberet eos. Et cognoſcetur do minus ab egypto, et cognoſcēt egy ptij dñm in die illa, et colent eum in hoſtijs et muneribus: et vota voue bunt dño, et ſoluēt. Et pcutiet dñs egyptū plaga, et ſanabit eā. Et re uertētur ad dñm, et placabitur eis, et ſanabit eos, dominus deus noſter. Grad. A ſummo celo egreſſio eius: et occurſus eius vſqȝ ad ſummū eius. V. Celi enarrāt gloriā dei: et opa manuū eius annūciat firmamentum. Oremus.

Concede, q̄s, oḃs deus: Oro. vt, qui ſub peccati iugo vetu ſta ſeruitute deprimimur: expecta ta vnigeniti filij tui noua natiuita te, liberemur, Qui tecum viuit.

¶ Lectio Eſaie prophete. xxxv. a.

Hec dicit dñs, Letabitur de ſerta et inuia, et exultabit ſoli tudo, et florebit quaſi liliū. Germi nans germinabit, et exultabit leta būda et laudans. Gloria libani data eſt ei, decor carmeli et ſaron: Ipſi videbunt gloriam dñi, et decorē dei noſtri. Confortate manus diſſolu tas, et genua debilia roborate. Di cite puſillanimis, confortamini, no lite timere. Ecce deus veſter vltio nem adducet retributionis: deus ipſe veniet, et ſaluabit vos. Tunc aperiētur oculi cecorū, et aures ſur dorū patebunt. Tūc ſaliet ſicut cer uus claudus, et aperta erit lingua mutorum: quia ſciſſe ſūt in deſerto

aque,⁊ torrẽtes in ſolitudine. Et q̄ erat arida, erit in ſtagnũ,⁊ ſitiẽs in fontes aquarũ. Dicit dñs õmps.

Gra. In ſole poſuit tabernaculũ ſuũ: ⁊ ipſe,tanq̄ ſponſus procedẽs de thalamo ſuo. V. A ſummo celo egreſſio eius: ⁊ occurſus eius,uſq; ad ſummum eius.

Indignos, Oratio Oremus.

Indignos qs dñe, nos famulos tuos, quos actionis proprie culpa contriſtat: vnigeniti filij tui aduẽtu letifica, Qui te. Lectio Eſaie pph. xl.d.

Hec dicit dñs, Sup montẽ excelſum aſcẽde tu,que euãgelizas ſion exalta in fortitudine vocẽ tuã,que euãgelizas hieruſalem: exalta, noli timere. Dic ciuitatibus iudee, Ecce deus veſter, Ecce dñs deus,in fortitudine veniet,⁊ brachiũ eius dominabit. Ecce,merces eius cũ eo,⁊ opus illius corã illo. Sicut paſtor,gregẽ ſuum paſcet: in brachio ſuo cõgregabit agnos,⁊ in ſinu ſuo leuabit,dñs deus noſter. Grad. Excita dñe potentiã tuã ⁊ veni: vt ſaluos facias nos. V. Qui regis iſrael intẽde: qui deducis velut ouẽ ioſeph,q̄ ſedes ſup cherubim,appare corã ephraim,beniamin ⁊ manaſſe. Oremus. Oro.

Preſta,qs ops deus,vt filij tui vẽtura ſolẽnitas et preſentis nobis vite remedia cõferat: et premia eterna concedat, Per eundẽ.

Lectio Eſaie pphete.xlv.a.

Hec dicit dñs chriſto meo cyro,cuius apprehẽdi dexterã,vt ſubijciã ante faciẽ eius gentes,⁊ dorſa regũ vertã,et aperiã corã eo ianuas, ⁊ porte non claudent. Ego ante te ibo: ⁊ glioſos terre hũiliabo: Portas ereas cõterã,⁊ vectes ferreos cõfringã. Et dabo tibi theſauros abſcõditos,⁊ arcana ſecretorũ: vt ſcias q̄a ego dñs q̄ voco nomẽ tuũ deus iſrael,ppter ſeruũ meũ iacob,⁊ iſrael electũ meũ, Et vocaui te noĩe tuo: aſſimilaui te,⁊ non cognouiſti me. Ego dñs,⁊ nõ eſt amplius: extra me nõ eſt deus: Accinxi te,et nõ cognouiſti me: vt ſciãt hi,q̄ ab ortu ſolis,⁊ q̄ ab occidẽte,q̄m abſq; me nõ eſt. Ego dñs,⁊ nõ eſt alter: formãs lucẽ,⁊ creãs tenebras: faciẽs pacẽ, ⁊ creãs malũ: Ego dñs faciẽs omnia hec. Rorate celi deſup,⁊ nubes pluant iuſtũ: aperiatur terra,⁊ germinet ſaluatorẽ: ⁊ iuſtitia oriat ſimul. ego dñs creaui eũ. Gra. Dñe deus virtutũ cõuerte nos: et oſtẽde faciẽ tuã ⁊ ſalui erimus. V. Excita dñe potentiã tuam et veni vt ſaluos facias nos.

Preces po- Oro. Oremus.

Preces populi tui,qs dñe clementer exaudi: vt,q̄ iuſte ppctis nr̃is affligimur: pietatis tue viſitatiõe conſolemur, Qui vi. Lcõ Danielis pph.

Angelus dñi deſcendit iij.c. cũ azaria ⁊ ſocijs eius in fornacẽ: et excuſſit flãmã ignis de fornace,et fecit mediũ fornacis quaſi vẽtũ roris flãtẽ: Et nõ tetigit eos omnino ignis,neq; cõtriſtauit,neq; q̄c q̄ moleſtie intulit. Tũc hi tres,quaſi ex vno ore laudabãt ⁊ glificabãt

et benedicebāt deū in fornace: dicē tes, Benedict⁹ es dn̄e deus patrū nr̄orū, ⁊ laudabilis, et glorioſus, et ſuperexaltat⁹ in ſc̄la: Et bn̄dictū no mē glīe tue ſanctū, ⁊ laudabile ⁊ ſu perexaltatū in oībus ſeculis. Bene dict⁹ in tēplo ſc̄o glīe tue, ⁊ ſuper laudabilis et ſupglorioſus in ſecu la. Bn̄dict⁹ es in throno regni tui, ⁊ ſuplaudabilis, ⁊ ſuperexaltatu⁹ in ſecula. Benedict⁹ es q̄ intueris a byſſos: ⁊ ſedes ſup cherubim, ⁊ lau dabilis et ſuperexaltat⁹ in ſecula. Benedict⁹ es in firmamēto celi, et laudabili⁹ ⁊ glorioſus in ſecula. Fi nita lectione Angelus dn̄i: dicit ſa cerdos Dn̄s vobiſ. Orem⁹. Oro.

DEus, q̄ tribus pueris mitiga ſti flāmas igniū, concede pro pitius: vt nos famulos tuos non exurat flāma vitiorum, Per dn̄m.

Secūda ad Theſſalonicēſes. ij. a.

FRatres, Rogam⁹ vos p̄ ad uētū dn̄i nr̄i ieſu chriſti, ⁊ no ſtre cōgregationis in ipſum: vt nō cito moueamini a veſtro ſēſu, neq̧ terreamini, neq̧ p̄ ſpūm, neq̧ p̄ ſer monē, neq̧ per epiſtolā tanq̄ per nos miſſam, quaſi inſtet dies dn̄i. Ne quis vos ſeducat vllo modo. Qm̄, niſi venerit diſceſſio primū, ⁊ reuelat⁹ fuerit homo pc̄ti, fili⁹ per ditionis, q̄ aduerſatur ⁊ extollitur ſupra omne quod dicit̄ de⁹, aut qd̄ colit̄, ita vt in tēplo dei ſedeat oſtē dens ſe tanq̄ ſit deus, Num retine tis q̧ cum adhuc eſſem apud vos, hec dicebā vobis. Et nūc quid deti neat ſcitis: vt reueletur in ſuo tēpo re. Nā myſteriū iam operat̄ iniq̄ tatis: tantū vt qui tenet nūc teneat, donec de medio fiat. Et tūc reuela bitur ille iniquus: quē dn̄s ieſus in terficiet ſpiritu oris ſui: et deſtruet illuſtratione aduentus ſui. Tract.

Qui regis iſrael intende: qui deducis velut ouem ioſeph. ℣. Qui ſedes ſuper cherubim: appare corā ephraim, benia min, et manaſſe. ℣. Excita dn̄e potētiā tuā ⁊ veni: vt ſaluos facias nos. Secū

ANno quinto dn̄ Lucā. iij. a. decimo imperij Tyberij ceſa ris, p̄curāte pontio pilato iudeam, tetrarcha autē galilee herode, phi lippo aūt fratre eius tetrarcha, itu ree et trachonitidis regionis, et ly ſania abileñes tetrarcha, ſub prin cipibus ſacerdotū anna et caipha: factū eſt verbū dn̄i ſuper ioannem zacharie filiū, in deſerto. Et venit in omnē regionē iordanis, predicās baptiſmū penitētie in remiſſionem peccatorū: ſicut ſcriptū eſt in libro ſermonū eſaie prophete, Vox cla mantis in deſerto, parate viā dn̄i: 40. a
rectas facite ſemitas eius. Omnis vallis implebitur: et omīs mons ⁊ collis humiliabitur. Et erunt pra ua in directa: et aſpera, in vias pla nas. Et videbit oīs caro ſalutare dei. Offert. Exulta ſatis filia ſion: predica filia hierl'm: ecce, rex tu⁹ veniet tibi ſanctus et ſaluator. Secre.

SAcrificijs preſentib⁹, q̄s dn̄e,

placatus intende: vt et deuotioni
noſtre proficiant et ſaluti, Per.
Cõm. Exultauit vt gigas, ad curren
dã viã: a ſummo celo egreſſio eius: ⁊ oc
curſus ei⁹ vſq₃ ad ſummũ eius. Orõ.
O Ueſum⁹ dñe deus noſter, vt
ſacroſancta myſteria, q̃ pro
reparationis nr̃e munimine contu
liſti: ⁊ preſens nobi⁹ remedium eſſe
facias et futurum, Per dominũ.
¶ Dñica .iiij. Aduentus. Intro.
MEmento nr̃i dñe in bene-
placito populi tui: viſita
nos in ſalutari tuo, ad vi
dendũ in bonitate electo
rũ tuorũ in letitia gentis tue: vt laude
ris cum hereditate tua. ℣. Cõfitemini
dño, qm̃ bonus: quoniã in ſeculũ miſe-
ricordia eius. Gloria patri ⁊c. Oratio.
EXcita dñe potentiã tuã et ve
ni: et magna nobis ꝟtute ſuc
curre, vt ꝑ auxiliũ gratie tue, quod
nr̃a peccata prepediũt, indulgẽtia
tue propitiatiõis acceleret, Qui vi
uis. Ad Philippẽſes .iiij. b.
FRatres, Gaudete in domi-
no ſemꝑ: iterũ dico, gaudete. Mo-
deſtia veſtra nota ſit oibus hoib⁹:
dñs ꝓpe eſt. Nihil ſoliciti ſitis: ſed
in omi oratione et obſecratione cũ
gratiarũ actione petitiones veſtre
innoteſcãt apud deũ. Et pax dei q̃
exuperat omnẽ ſenſum, cuſtodiat
corda veſtra, ⁊ intelligẽtias vr̃as,
In chriſto ieſu dño noſtro. Grad.
Prope eſt dñs oibus inuocãtibus eũ:
omnibus qui inuocant eũ in veritate.
℣. Laudẽ dñi loquetur os meũ: et bene
dicat omnis caro nomen ſanctũ eius.
Hall'a hall'a. ℣. Ueni dñe, ⁊ noli tarda
re: relaxa facinora plebi tue, hall'a. In
fra hebdomadã qñ fit de feria dr̃ ſe
quẽs: Hall'a. ℣. Prope eſt vt veniat tẽ
pus eius: et dies eius nõ elongabũtur.
Hall'a. Secũdũ Lucam .iij. b.
IN illo tẽpore, Dicebat ioan
nes ad turbas q̃ exibãt vt baptiza-
rẽtur ab ipſo, Genimina viperarũ,
quis oſtẽdit vobis fugere a vẽtura
ira? Facite ergo fructus dignos pe
nitẽtie: et ne ceperitis dicere, patrẽ
habemus abraham. Dico enim vo
bis, quia potẽs eſt de⁹ de lapidibus
iſtis ſuſcitare filios abrahe. Iam
enim ſecuris ad radicẽ arboris po-
ſita eſt. Omnis ergo arbor non fa
ciẽ⁹ fructũ bonũ, exciditur ⁊ in ignẽ
mittitur. Et interrogabant eũ turbe,
dicẽtes, Quid ergo faciemus? Re
ſpõdens autẽ dicebat illis, Qui ha
bet duas tunicas, det nõ habẽti: Et
q̃ habet eſcas, ſimiliter faciat. Ue-
nerũt autẽ et publicani vt baptiza
rẽtur: ⁊ dixerũt ad illũ, Magiſter,
quid faciemus? At ille dixit ad eos,
Nihil amplius q̃ quod conſtitutũ
eſt vobis, faciatis. Interrogabãt
aũt eũ ⁊ milites, dicentes, Quid fa
ciem⁹ et nos? Et ait illis, Nemini
cõcuciatis, neq₃ calũniã faciatis: et
cõtenti eſtote ſtipẽdijs vr̃is. Exiſti
mãte aũt pp̃lo, et cogitãtib⁹ oibus
in cordibus ſuis de Ioãne, ne forte
ipſe eſſet chriſt⁹: reſpõdit ioãnes di

cēs omīb⁹, Ego quidē aqua bapti
zo vos: venit autē fortioꝛ me, cuius
nō ſum dignus ſoluere corrigiā cal
ceamētoꝝ ei⁹: ipſe vos baptizabit
in ſpū ſancto et igni. Cuius vētilā
brū in manu eius, et purgabit areā
ſuā: et cōgregabit triticū in hoꝛreū
ſuū, palleas aūt cōburet igne inex-
tinguibili. Multa quidē ꝛ alia ex-
hoꝛtās euāgelizābat populo. Cre
do. Offer. Aue maria grā plena: do-
min⁹ tecū: bn̄dicta tu in mulieribus: ꝛ
bn̄dictus fructus vētris tui. Secret.
Sacrificijs p̄ſentibus, q̄s dn̄e,
placatus intende: vt et deuo
tioni noſtre pficiāt et ſaluti, Per.
Cōm. Ecce virgo cōcipiet, ꝛ pariet fi
liū: ꝛ vocabitur nomen ei⁹ emmanuel.
Sumptis dn̄e muneri- Oro.
bus, q̄s, vt cū frequētatione
myſterij creſcat nr̄e ſalutis effect⁹,
Per. Quando vigilia natiuitatis
dn̄i venerit in dn̄ica, totū officium
miſſe fit de vigilia. Et ſi feſtū nati-
uitatis euenerit in dn̄ica: q̄tuoꝛ tē-
poꝛa celebrāt̄ in penultima hebdo
mada: ꝛ tunc in ſabbato p̄mo an
te natiuitatē agitur de vigilia. In
vigilia natiuitatis dn̄i. Introit⁹.
Hodie ſcietis, quia veniet
dn̄s ꝛ ſaluabit nos: ꝛ ma
ne videbitis gloꝛiā ei⁹. V.
Dn̄i eſt terra ꝛ plenitudo
ei⁹: oꝛbis terrarū ꝛ vniuerſi q̄ habitant
in eo. Glia p̄ri. Nō dicit̄ Glia i excel
ſis. etiā ſi eueniat i dn̄ica: oro.
Deus, q̄ nos redēptionis nr̄e
annua expectatione letificas, p̄ſta:
vt vnigenitū tuū, quē redēptoꝛē no
ſtrū leti ſuſcipim⁹: venientē quoqꝫ
iudicē ſecuri videamus, dn̄m nr̄m
ieſum chꝛiſtū filiū, Qui tecū. Cōſi-
derandū eſt, q̄ ſi vigilia occurrat
in dn̄ica: tūc oꝛatio predicta cū oꝛa
tione de dn̄ica dicant̄ ſub vna con-
cluſione. Ad Romanos. j. a.
Fratres, Paulus ſeru⁹ ieſu
chꝛiſti, vocat⁹ apoſtolus, ſegregā-
tus in euāgeliū dei (qđ ante pmiſe
rat p ꝓphetas ſuos in ſcripturis
ſanctis de filio ſuo, qui factus eſt ei
ex ſemine dauid, ſcđm carnē, q̄ pre-
deſtinatus eſt filius dei in virtute,
ſcđm ſpiritū ſanctificationis, ex re-
ſurrectione moꝛtuoꝝ ieſu chꝛiſti
dn̄i nr̄i) per quē accepim⁹ gratiā et
apoſtolatū ad obediēdum fidei in
omnib⁹ gentib⁹ pro nomine eius,
in quibus eſtis ꝛ vos vocati, Ieſu
chꝛiſti dn̄i nr̄i. Grad. Hodie ſcietis,
q̄a veiet dn̄s ꝛ ſaluabit nos: ꝛ mane vi-
debitis gl'iam ei⁹. V. Qui regis iſrl' in-
tēde: q̄ deducis velut ouē ioſeph: qui ſe
des ſup cherubim, appare coꝛā ephꝛa-
im, beniamin ꝛ manaſſe. Si dicta vigi
lia occurrat in dn̄ica dicit̄ ſequens.
Halla halla. V. Hodie ſcietis q̄a veiet
dn̄s, ꝛ mane videbitis gl'iam ei⁹ halla.
In illo tp̄e, Scđm matth. j. c.
Cū eſſet deſpōſata mat̄ ieſu
maria, ioſeph, an̄q̄ cōuenirēt, inuē
ta eſt i vtero habēs de ſpūſcto. Io
ſeph autē vir ei⁹, cū eſſet iuſt⁹ ꝛ no
let eā traducere: voluit occulte dimit

tere eam. Hec aũt eo cogitãte, ecce, angel⁹ dñi apparuit ĩſõnis ei, dicẽs, Joſeph fili dauid, noli timere acci pere mariã coniugẽ tuã. Qđ enim in ea natũ eſt, de ſpirituſſancto eſt. Pariet aũt filiũ: et vocabis nomẽ eius ieſum. Ipſe enim ſaluũ faciet populũ ſuũ ã pctis eorũ. Nõ dicit Credo. niſi eueniat in dñica. Off. Tollite portas pncipes vr̃as: ⁊ eleua mini porte eternales: et introibit rex glie. Secreta. Oblata nobis, q̃s, oñs deus: vt ſicut adoranda filij tui natalitia preſentibus ſacri ficijs preuenim⁹: ſic ei⁹ munera ca piam⁹ ſempiterna gaudẽtes, Qui te. Cõmu. Reuelabit gloria dñi: ⁊ vi debit oĩs caro ſalutare dei nr̃i. Oro. Da nobis, q̃s dñe, vnigeniti fi lij tui recẽſita natiuitate re ſpirare, cuius celeſti myſterio paſci mur et potamur, Per eũdẽ. Be nedicamus dño dicitur etiam ſi oc currat dicta vigilia in dominica.

¶ In die natiuitatis dñi dicuntur tres miſſe: q̃s inſtituit papa The leſphor⁹: ad oſtendẽdũ qđ Chriſti natiuitas ſaluauit patres triũ tẽ porũ: ſcilicet, patres ante legem et poſt legem. Prima miſſa dicit me dia nocte, ad oſtẽdendũ qđ illi, qui fuerũt ante legẽ: nõ fuerunt illumi nati aliqua lege. Itẽ, per illã oſten ditur, qđ panis, qui quotidie ſacrifi catur ⁊ mãducatur in altari, qđ eſt chriſt⁹, hodie media nocte nat⁹ eſt in bethlehẽ. Secũda miſſa dicit in aurora: quia chriſtus in cunabulis adoratus eſt a paſtoribus: primo, ad oſtendẽdum qđ ſancti patres ⁊ prophete, q̃ fuerũt ſub lege ſcripta: aliquantulã habuerũt cognitionẽ dei: ſed nõ quantam nos nũc habe mus. Secũdo, quia ſicut dñs a Ga briele fuit nunciatus, priuſq̃ naſce retur, ſic ante initiũ diei ſue natiui tatis dicitur miſſa. Tertio, propter ortũ noue lucis: quia ille qui natus eſt in ortu ſuo: tam in vtero, q̃ ex vtero, fuit lux vera. Tertia miſſa di citur hora tertia: quia illuxit nobis dies feſtiuus nr̃e redẽptionis, que refertur ad tempus gratie: in quo deſcendit lux magna de celo: que il luminat omnẽ hominẽ venientem in hunc mundũ, ⁊ his tribu⁹ miſſis idem Theleſphorus inſtituit decã tari ſolenniter hymnũ Gloria in ex celſis deo quia illũ tali nocte ange li decantarunt. Prima igitur miſ ſa eſt de eterna genitura .ſ. Dñs di xit ad me. Secũda de promiſſione antiqui⁹ facta .ſ. Lux fulgebit. Ter tia de veritate nobis exhibita ſcilꝫ. Puer nat⁹ eſt nobis. Sciendum tamen eſt: quod in die natiuitatis dñi, quilibet ſacerdos poteſt cele brare tres miſſas, ſic, qđ in prima ⁊ ſecunda non debet ſumere vinum, nec aquã lotionis: in vltima autẽ bene poteſt. ⁊ hoc idem faciet ſacer dos, cũ duas, aut tres ſit celebratu rus miſſas. ¶ In die natiuitatis domini in prima miſſa. Introitus.

DOminus dixit ad me, filiꝰ meus es tu: ego hodie genui te. ℣. Quare fremuerūt gētes: et populi meditati sunt inania? Gloria. Supra scriptus introitꝰ triplicatur semel ante versum: iterū post v̄sum: ⁊ tertio post Gloria patri. et Sicut. Et iste modus triplicandi seruatur in omnibus festis sex caparū per totū annū. Gloria in excelsis. Oro.

DEus, q̄ hāc sacratissimā noctē veri luminis fecisti illustratiōe clarescere, da q̄s: vt cuius lucis mysteria ī terra cognouimꝰ, eiꝰ quoq; gaudijs in celo ꝑfruamur, Qui te. Lectio ep̄le b̄ti pauli ap. ad Titū. ij. c.

CHarissime, Apparuit grā dei saluatoris nr̄i oībus hoībus, erudiens nos: vt abnegantes impietatem ⁊ secularia desyderia, sobrie, et iuste, et pie viuamꝰ in hoc seculo, expectātes beatā spem et aduentū glorie magni dei et saluatoris nr̄i iesu christi, Qui dedit semetipsum pro nobis vt nos redimeret ab omni iniquitate, et mūdaret sibi populū acceptabilē, sectatorē bonorū operū. Hec loquere et exhortare in christo iesu dn̄o nostro.

Grad. Tecū principiū in die virtutiꝰ tue: in splēdoribꝰ sanctorū ex vtero ante luciferū genui te. ℣. Dixit dominus dn̄o meo, sede a dextris meis: donec ponā inimicos tuos scabellū pedū tuorū.

Halleluia halla. ℣. Dn̄s dixit ad me, filius meus es tu: ego hodie genui te. hallelu ia. Secundum Lucam. ij. a.

IN illo tēpore, Exijt edictū a Cesare augusto, vt describeretur vniuersus orbis. Hec descriptio prima, facta est a preside syrie cyrino. Et ibāt oēs vt profiterētur, singuli in suā ciuitatē. Ascēdit aūt et ioseph a galilea de ciuitate nazareth, in iudeā, ī ciuitatē dauid, q̄ vocatur bethlehem: eo q̄ esset de domo et familia dauid, vt ꝓfiteretur cū maria despōsata sibi vxore, pregnāte. Factū est autē: cū essent ibi, impleti sunt dies vt pareret: et peperit filiū suū primogenitū: et pannis eū inuoluit, ⁊ reclinauit eum in presepio: q2 nō erat ei locus in diuersorio. Et pastores erant in regione eadē vigilantes, et custodiētes vigilias noctis supra gregē suū. Et ecce, angelus dn̄i stetit iuxta illos, ⁊ claritas dei circūfulsit illos, et timuerūt timore magno. Et dixit illis angelus, Nolite timere: Ecce enim euāgelizo vobis gaudiū magnū qd̓ erit omni populo: quia natus est vobis hodie saluator q̄ est christus dn̄s in ciuitate dauid. Et hoc vobis signū, Inuenietis infantē pannis inuolutū: et positū in presepio. Et subito facta est cū angelo multitudo militie celestis, laudātiū deū ⁊ dicentiū, Gloria in altissimis deo: et in terra, pax hominibꝰ bone voluntatis. Credo. Offert.

Letentur celi et exultet terra ante faciem dn̄i: quoniam venit. Secreta.

ACcepta tibi ſit dñe, queſumꝰ hodierne feſtiuitatis oblatio: vt tua gratia largiente, per hec ſacroſancta myſteria, in illius inueniamur forma: in quo tecum eſt noſtra ſubſtãtia. Per eundẽ. Prefa. Eterne deus. Quia per incarnati. Et dicitur quotidie vſqꝫ ad vigiliã epiphanie. Infra actionem. Communicãtes ⁊ noctẽ ſacratiſſimã celebrãtes. dicit quotidie vſqꝫ ad octauũ diẽ natiuitatis incluſiue. In hac autẽ miſſa tantũ dicit noctẽ. deinceps ꝑ totã octauã: diem. Cõmu. In ſplendoribus ſanctorum ex vtero, ante luciferum, genui te. Oratio.

DA nobis, q̃s dñe deꝰ noſter: vt qui natiuitatẽ dñi noſtri ieſu chriſti diuinis myſteriis frequẽtare gaudemus: dignis cõuerſationibus ad eius mereamur pertingere cõſortiũ. Qui te. Ite miſſa eſt.

¶ In ſecunda miſſa. Introitus.

LUx fulgebit hodie ſuper nos: qa natus eſt nobis dñs: ⁊ vocabit admirabilis deꝰ: princeps pacis, pater futuri ſeculi, cuius regni nõ erit finis. ℣. Dñs regnauit, decorẽ indutus eſt: indutꝰ eſt dñs fortitudinẽ, ⁊ precinxit ſe. Glõria pri. Glĩa in excel. Oro.

DA, q̃s oþs deꝰ: vt, q̃ noua incarnati verbi tui luce pfũndimur: hoc in nr̃o reſplẽdeat ope, qđ ꝑ fidẽ fulget in mẽte. Per eũ. Ad Titũ. iij. b.

Charıſſime, Apparuit benignitas et hũanitas ſaluatoris nr̃i dei: nõ ex opibus iuſtitie q̃ fecimꝰ nos, ſed ſcđm miſericordiã ſuã ſaluos nos fecit: per lauacrũ regenerationis et renouationis ſpũſſcti quẽ effudit in nos abũde ꝑ ieſum chriſtũ ſaluatorẽ nr̃m: vt iuſtificati grã ipſius, heredes ſimꝰ ſcđm ſpem, vite eterne. In chriſto ieſu, dño nr̃o. Gra. Bñdictꝰ q̃ venit in noĩe dñi, deus dñs ⁊ illuxit nobis. ℣. A dño factũ eſt iſtud ⁊ eſt mirabile in oculis nr̃is. Halla halla. ℣. Fulgebit lux vera, ſicut ſol: ⁊ tanq̃ ſponſus ꝓcedẽs de thalamo ſuo. halla. Scđm Lucam. ij. b.

IN illo tẽpore, Paſtores loquebãtur ad inuicẽ. Trãſeamus vſqꝫ bethlehem, et videamꝰ hoc verbũ qđ factũ eſt, qđ fecit dñs ⁊ oſtẽdit nobis. Et venerũt feſtinãtes: et inuenerũt mariã ⁊ ioſeph, et infantẽ poſitũ in pſepio. Videtes aũt cognouerunt de verbo qđ dictũ erat illis de puero hoc. Et oẽs q̃ audierũt, mirati ſũt: ⁊ de his que dicta erãt a paſtoribꝰ ad ipſos. Maria autẽ cõſeruabat oĩa verba hec, conferens in corde ſuo. Et reuerſi ſunt paſtores, glorificantes et laudãtes deũ in oĩbus que audierãt ⁊ viderãt: ſicut dictũ eſt ad illos. Credo. Offert. Deus enim firmauit orbẽ terre: qui nõ commouebitur: parata ſedes tua deus ex tunc, a ſeculo tu es. Secreta.

MUnera nr̃a, q̃s dñe, natiuitatis hodierne myſteriis apta pueniãt: vt, ſicut homo genitꝰ idẽ reful

ſit de⁹,ſic nobis hec terrena ſubſtā
tia cōferat,qd̄ diuinū eſt, P eundē.
Prefat. Eterne de⁹,Quia per in/
carnati.Infra actionē. Cōmuni/
cātes et diē ſacra.Cōm. Exulta fi/
lia ſion:lauda filia hieruſalem,ecce,rex
tu⁹ venit ſctus ⁊ ſaluator mūdi.Oro.
HUius nos dn̄e ſacramēti no
uitas natalis ſemper inſtau
ret:cuius natiuitas ſingularis hu/
manā repulit vetuſtatē,Qui tecū.
Ite miſſa eſt. ¶Ad miſſam ma/
iorē. Introit.
PUer nat⁹ eſt no/
bis ⁊ filius dat⁹
eſt nobis: cuius
imperiū ſup hu/
merū ei⁹:et voca
bitur nomē ei⁹,
magni cōſilij angelus.℣. Cātate dn̄o
cāticū nouū:quia mirabilia fecit.Glīa
patri.Gloria in excelſis. Oratio.
COncede,q̄ſum⁹ oīps de⁹:vt,
nos vnigeniti tui noua p car
nē natiuitas liberet: quos ſub pcti
iugo vetuſta ſeruitus tenet, P eū.
FRatres,mul/ Ad Heb.j.a.
tifarie multiſqȝ modis olim
de⁹ loquēs patrib⁹ in pphetis, no/
uiſſime diebus iſtis locutus eſt no
bis in filio:quē cōſtituit herēdē vni
uerſorū,per quē fecit ⁊ ſecula.Qui
cū ſit ſplēdor glorie ⁊ figura ſubſtā
tie ei⁹,portanſqȝ oīa verbo virtutis
ſue,purgationē peccatorū faciēs ſe
det ad dexterā maieſtatis ei⁹ in ex
celſis:tāto melior angelis effectus,
quāto differenti⁹ pre illis nomē he
reditauit.Cui eni dixit aliqn̄ ange
lorū,fili⁹ meus es tu,ego hodie ge/
nui te? Et rurſum: Ego ero illi in
patrē:⁊ ipſe erit mihi in filiū? Et cū
iterū introducit primogenitū in or
bē terre,dicit,Et adorēt eū oēs an/
geli dei,Et ad angelos quidē dicit,
Qui facit angelos ſuos ſpiritus:⁊
miniſtros ſuos flāmā ignis.Ad fi/
liū aūt, Thron⁹ tu⁹ deus in ſeculū
ſeculi:virga equitatis, virga regni
tui. Dilexiſti iuſtitiā et odiſti iniq/ ps. 44.
tatē:ppterea vnxit te de⁹,deus tu⁹
oleo exultationis,pre participibus
tuis.Et tu in pncipio dn̄e terrā fun
daſti:⁊ opera manuū tuarū ſunt ce
li.Ipſi peribūt,tu autē pmanebis,
et oēs vt veſtimentum veteraſcēt.
Et velut amictum mutabis eos,⁊
mutabunt:tu aūt,idē ipſe es,et an/
ni tui nō deficiēt.Gra. Uiderunt
oēs fines terre ſalutare dei nr̄i.Iubila
te deo oīs terra.℣.Notum fecit dn̄s ſa
lutare ſuū:ante conſpectū gentiū reue
labit iuſtitiā ſuā.Halla halla.℣.Dies
ſanctificat⁹ illuxit nobis:venite gētes
et adorate dn̄m:quia hodie deſcendit
lux magna ſup terrā halla. Initium
ſancti euangelij ſcd̄m Joannē.j.a.
Fratres. Theſſalonicen. v. c. Rogamus vos, coꝛripite in quietos, cōſolamini puſillanimes, ſuſcipite infirmos, patiētes eſtote ad oēs. Uidete ne q̄s malū ꝓ ma lo alicui reddat: ſed ſemp̱ qd̄ bonū eſt ſectamini inuicē, et in oēs. Sēp̱ gaudete, ſine intermiſſiōe oꝛate, in oībus grās agite. Hec eſt em̄ volū tas dei in chꝛiſto ieſu in oīb⁹ vobis. Spūm nolite extinguere: pꝛophe tias nolite ſpernere. Oia aūt ꝓba te: qd̄ bonū eſt, tenete: ab om̄i ſpecie mala abſtinēte vos. Ipe aūt deus pacis ſctificet vos ꝑ oia: vt integer ſpūs veſter ⁊ aīa ⁊ coꝛp⁹ ſine quere la, in aduētu dn̄i nr̄i ieſu chꝛiſti cōn ſeruet̄. Trac. Laudate dn̄m oēs gē tes: ⁊ collaudate eū oēs ppl̄i. v̄. Qm̄ cō firmata eſt ſup̱ nos miſericoꝛdia ei⁹: et veritas dn̄i manet in eternum. Scd̄m

In illo tēpe, Matth. xvij. a. Aſſumpſit ieſus petrū ⁊ iacō bū ⁊ ioānē fratrē ei⁹, ⁊ ducit illos in mōtē excelſum ſeoꝛſum: ⁊ trāſfigu ratus eſt ante eos. Et reſplēduit fa cies ei⁹ ſicut ſol: veſtimēta aūt eius facta ſunt alba ſicut nix. Et ecce, ap paruerūt illis moyſes et helias, cū eo loquētes. Reſpōdēs aūt petr⁹, dixit ad ieſum, Dn̄e, bonū eſt nos hic eſſe: Si vis, faciam⁹ hic tria ta bernacula, tibi vnū, ⁊ moyſi vnū, et helie vnū. Adhuc eo loquēte, ecce, nubes lucida obūbꝛauit eos: Et ec ce vox de nube, dicēs, Hic eſt filius me⁹ dilect⁹ in quo mihi benecōpla cui: ipm̄ audite. Et audiētes diſci puli, ceciderūt in faciē ſuā: ⁊ timue runt valde. Et acceſſit ieſus, ⁊ tēti git eos: dixitq; eis, Surgite, ⁊ noli te timere. Leuātes aūt oclos ſuos, neminē viderūt, niſi ſolū ieſum. Et deſcendētib⁹ illis de mōte, pꝛecepit illis ieſus, dicēs, Nemini dixeritis

viſionē: donec filiꝰ hoīs a mortuis reſurgat. **Offert.** Dñe deus ſalutis mee ī die clamaui ⁊ nocte corā te:ītret orō mea in cōſpectu tuo dñe. **Secret.**

PResentibꝰ ſacrificiis, q̄s domine, ieiunia nr̄a ſctifica: vt qđ obſeruātia nr̄a profitet̄ extrinſecus, interiꝰ operet̄. P. **Cō.** Dñe deꝰ meus in te ſperaui: libera me ab oībus pſeq̄ntibꝰ me, ⁊ eripe me. **Poſtc. orō.**

SAnctificationibꝰ nr̄is, omp̄s deus, ⁊ vitia noſtra curētur, ⁊ remedia nobis eterna perueniāt. Per. **Super populum orō.**

FIdeles tuos deus bn̄dictio deſyderata cōfirmet: q̄ eos et a tua volūtate nunq̄ faciat diſcrepare: ⁊ tuis ſemp̄ indulgeat bn̄ficiis gratulari. Per dn̄m. **Dominica ſecūda Quadrageſime. Introitus.**

DOmine dilexi decorē domus tue, ⁊ locum habitationis glorie tue, vt circūdē altare tuū ⁊ audiā vocē laudis: vt enarrē vniuerſa mirabilia tua. ℣. Iudica me dñe, qm̄ ego in innocentia mea ingreſſus ſum: ⁊ in dño ſperās nō infirmabor. Glīa patri. **Orō.**

DEus qui cōſpicis omni nos virtute deſtitui: interius exteriuſq; cuſtodi: vt ⁊ ab oībꝰ aduerſitatibꝰ muniamur in corpe, et a prauis cogitationibꝰ mūdemur in mēte. P. **Prima ad theſſaloni. iiii. a.**

FRatres, Rogamus vos et obſecramus in dño Ieſu: vt vt quēadmodū accepiſtis a nobis, quomodo oporteat vos ambulare et placere deo, ſic et ambuletis, vt abundetis magis. Scitiꝰ enim que precepta dederim vobiꝰ per dn̄m ieſum. Hec eſt enim volūtas dei, ſanctificatio veſtra: vt abſtineatis voꝰ a fornicatione, vt ſciat vnuſquiſq; veſtrū vas ſuū poſſidere in ſanctificatione ⁊ honore: nō in paſſione deſyderii, ſicut ⁊ gētes q̄ ignorāt deū. Et ne q̄s ſupgrediat̄, neq; circūueniat in negotio fratrē ſuū: qm̄ vindex eſt dñs de his oībꝰ, ſicut p̄diximus vobis, ⁊ teſtificati ſumꝰ. Non enim vocauit nos deus in immunditiam: ſed in ſanctificationem, In chriſto ieſu domino nr̄o. **Gra.** Proba me dñe ⁊ tenta me: vre renes meos ⁊ cor meū: quia miſericordia tua ante oculos meos eſt: ⁊ cōplacui in veritate tua. ℣. Ego aūt in innocentia mea ingreſſuꝰ ſum: redime me ⁊ miſerere mei. Pes meuꝰ ſtetit in via recta: in eccleſiiꝰ benedicā te dñe. **Tractus.** Ad te dñe leuaui aīam meā: deus meus in te confido nō erubeſcā. ℣. Neq; irrideant me inimici mei. ℣. Etenim vniuerſi qui te expectant, non confundentur dñe. ℣. Vias tuas dñe demōſtra mihi: et ſemitas tuas edoce me. ℣. Dirige me in veritate tua ⁊ doce me: quia tu es deus ſalutaris meus. **Scdm Math. xv. c.**

IN illo tempore, Egreſſus ieſus ſeceſſit in partes tyri et ſidonis. Et ecce, mulier Cananea a finibus illis egreſſa clamauit, dicens ei, Miſerere mei dñe fili da-



51

uid: filia mea male a demonio ve-
xatur. Qui nõ reſpõdit ei verbum.
Et accedentes diſcipuli eius, roga
bãt eum, dicẽtes, Dimitte eã: quia
clamat poſt nos. Ipſe autẽ reſpõ-
dens ait, Non ſum miſſus niſi ad
oues q̃ perierunt domus iſrael. At
illa venit, ⁊ adorauit eũ, dicẽs, Do-
mine, adiuua me. Qui reſpondẽs,
ait, Nõ eſt bonũ ſumere panẽ filio
rũ, ⁊ mittere canibus. At illa dixit,
Etiã dñe: Nã ⁊ catelli edũt de mi-
cis que cadũt de mẽſa dñorũ ſuorũ.
Tũc reſpõdẽs ieſus, ait illi, O mu-
lier, magna eſt fides tua: fiat tibi ſi
cut vis. Et ſanata eſt filia eius ex
illa hora. Offert. Lauabo inter in-
nocentes manus meas: et circuibo al-
tare tuum domine. Secreta.

Eccleſie tue dñe munera pla-
catus aſſume, q̃ ⁊ miſericors offerẽ
da tribuiſti, ⁊ in nr̃e ſalutis potẽter
efficis trãſire myſteriũ, P. Cõmu.
Pes enim meus ſtetit in via recta: in
eccleſijs benedicam dñm. Poſtcõio.

Supplices te rogamus omni
potẽs deus: vt quos tuis re-
ficis ſacramentis, tibi etiã placitis
moribus dignãter deſeruire conce-
das, Per. Feria ſecũda. Introitꝰ.

Redime me dñe ⁊ miſerere
mei: pes enim meꝰ ſtetit
in via recta in eccleſijs be
nedicam dñm. V. Judica
me dñe, qm̃ ego in innocentia mea in-
greſſus ſum: et in dño ſperans non in-
firmabor. Gloria patri. Oratio.

Preſta, q̃s omnipotẽs deus,
vt familia tua, que ſe affligẽ
do carnem ab alimẽtis abſtinet, ſe
ctando iuſtitiã a culpa ieiunet, P.

Lectio Danielis pphe. ix. d.
In diebꝰ illis, Orauit daniel
dicẽs, Dñe deꝰ noſter, qui eduxiſti
populũ tuũ de terra egypti in ma-
nu forti, ⁊ feciſti tibi nomẽ ſecundũ
diẽ hanc, peccauimus, iniq̃tatẽ feci
mus dñe in oẽm iuſtitiã tuã. Auer-
tatur obſecro ira tua, ⁊ furor tuꝰ a
ciuitate tua hieruſalem: ⁊ a monte
ſcõ tuo. Propter pctã enim nr̃a,
⁊ iniquitates patrũ nr̃orũ, hieruſa-
lem ⁊ populꝰ tuꝰ in opprobriũ ſunt
oĩbus p circuitũ nr̃m. Nũc ergo, ex
audi deus noſter orõnẽ ſerui tui, ⁊
preces eiꝰ: ⁊ oſtẽde faciẽ tuã ſuper
ſanctuariũ tuũ quod deſertum eſt.
Propter temetipm inclina deus
meus aurẽ tuã ⁊ audi: aperi oclos
tuos, ⁊ vide deſolationẽ noſtrã, ⁊ ci
uitatẽ ſup quã inuocatũ eſt nomẽ
tuũ. Neqꝫ enim in iuſtificationibꝰ
nr̃is proſternimus preces ante fa-
ciẽ tuam, ſed in miſerationibꝰ tuis
multis. Exaudi dñe, placare dñe:
attẽde et fac, ne moreris, propter te
metipm deus meꝰ: quia nomẽ tuũ
inuocatũ eſt ſup ciuitatẽ: et ſup po
pulũ tuum, dñe deus noſter. Gra.
Adiutor meus et liberator meus eſto
dñe: ne tardaueris. V. Confundantur
⁊ reuereãtur inimici mei, q̃ querũt ani
mã meã. Scdm Joãnẽ. viij. c.
In illo tẽpe, Dixit dñs ieſus

turbis iudeorũ, Ego vado: ⁊ quere-
tis me, ⁊ in pctõ veſtro moriemini.
Quo ego vado, vos non poteſtis
venire. Dicebant ergo iudei, Nun
quid interficiet ſemetipm̃, quia di-
cit, quo ego vado, vos nõ poteſtis
venire? Et dicebat eis, Vos deor-
ſum eſtis, ego de ſupnis ſum. Vos
de mũdo hoc eſtis: ego non ſum de
hoc mũdo. Dixi ergo vobis, qꝛ mo
riemini in pctĩs vr̃is. Si enim non
credideritis qꝛ ego ſum, moriemini
in pctõ vr̃o. Dicebant ergo ei, Tu
quis es? Dixit eis ieſus, Principiũ
qui ⁊ loquor vobiꝭ. Multa habeo
de vobis loqui ⁊ iudicare, ſed q̃ me
miſit verax eſt: et ego, q̃ audiui ab
eo, hec loquor in mundo. Et nõ co-
gnouerũt quia patrem eis dicebat
deũ. Dixit ergo eis ieſus, Cũ exal-
taueritis filiũ hoĩs, tũc cognoſcetiꝭ
qꝛ ego ſum, ⁊ a me ipſo facio nihil,
ſed ſicut docuit me pat̃, hec loquor.
Et q̃ me miſit, mecũ eſt: et non reli-
quit me ſolũ, qꝛ ego q̃ placita ſũt ei,
facio ſemp̃. Off. Bñdicã dñm q̃ mi
hi tribuit intellectũ, prouidebã deũ in
cõſpectu meo ſemp̃: qm̃ a dextris eſt mi
hi, ne commouear. Secreta.
Hec hoſtia dñe placationis ⁊
laudis tua nos ꝓpitiatiõe dignos
efficiat, P. Cõmu. Dñe dñs noſter,
q̃ admirabile eſt nomẽ tuũ in vniuerſa
terra. Poſtcõmunio. oro.
Hec nos communio dñe pur-
get a crimine: ⁊ celeſtis remedij fa
ciat eſſe cõſortes, P. Sup populũ.

Adeſto ſupplicationibꝰ oro.
noſtris op̃s deus, et quibus
fiduciã ſperãde pietatis indulges,
conſuete miſericordie tribue beni-
gnus effectũ, P. do. Feria. iij. Int.
Tibi dixit cor meũ, queſi-
ui vultũ tuũ: vultũ tuum
dñe requirã: ne auertas
faciẽ tuã a me. ℣. Dñs il-
luminatio mea, et ſalus mea quem ti-
mebo. Gloria patri. Oratio.
Perfice in nobis, q̃s dñe, beni
gnus obſeruantie ſancte ſubſidiũ:
vt que, te autore, faciẽda cognoui-
mꝰ, te operãte impleamꝰ, P. Lctõ
In die- libri Reg. iij. xvij. b.
bꝰ illis, Factuꝰ eſt ſermo dñi
ad Heliam theſbitem, dicẽs, Sur-
ge ⁊ vade in Sareptha ſidoniorũ: ⁊
manebis ibi. Precepi enim ibi mu
lieri vidue vt paſcat te. Surrexit, ⁊
abijt in Sareptha. Cũq; veniſſet
ad portã ciuitatis, apparuit ei mu-
lier vidua colligẽs ligna, ⁊ vocauit
eã, dixitq; ei, Da mihi paululũ a-
que in vaſe, vt bibã. Cũq; illa per-
geret, vt afferret, clamauit poſt ter
gũ eius, dicẽs, Affer mihi, obſecro,
⁊ buccellam panis in manu tua.
Que reſpõdit, Viuit dñs deꝰ tuꝰ,
quia nõ habeo panẽ, niſi quãtũ pu-
gillus capere poteſt farine in hy-
dria: ⁊ paululũ olei in lecytho: En,
colligo duo ligna, vt ingrediar, ⁊ fa
ciã illud mihi ⁊ filio meo, vt come-
damꝰ, ⁊ moriamur. Ad quã helias
ait, Noli timere, ſed vade, fac ſicut

dixiſti: Veruntamē mihi pⁱmū fac
de ipſa farinula ſubcinericiū panē
paruulū, ⁊ affer ad me: tibi autē, ⁊ fi
lio tuo facies poſtea. Hec aūt dicit
dñs de⁹ iſrł, Hydria farine nō defi-
ciet: nec lecyth⁹ olei minuet̃ vſq; ad
diē ī qua dñs datur⁹ eſt pluuiā ſup
faciē terre. Que abijt, et fecit iuxta
verbū helie: ⁊ comedit ipſe, ⁊ illa, et
domus ei⁹: et ex illa die hydria fari
ne nō defecit, ⁊ lecythus olei nō eſt
imminutus, iuxta verbū dñi qđ lo-
cutus fuerat in manu helie. Grad.
Iacta cogitatū tuum in dño: ⁊ ipſe te
enutriet. ℣. Dū clamarē ad dñm, exau-
diuit vocē meā ab his, q̄ appropinquāt
mihi. Scđm Mattheum. xxiij. a.

IN illo tēpore, Locutus eſt ie
ſus ad turbas: ⁊ ad diſcipłos
ſuos, dicēs, Sup cathedrā moyſi ſe
derunt ſcribe et phariſei. Omīa er
go quecūq; dixerint vobis, ſeruate
⁊ facite: ſcđm opa vero eoꝝ nolite
facere. Dicūt enim, ⁊ nō faciūt. Al-
ligant aūt onera grauia ⁊ importa
bilia, ⁊ imponūt in humeros homi-
nū: digito aūt ſuo nolunt ea mouē-
re. Oia vero opera ſua faciūt vt vi
deātur ab hoībus. Dilatant enim
phylacteria ſua, ⁊ magnificāt fim-
brias. Amāt aūt primos recubitus
in cenis, ⁊ primas cathedras in ſy-
nagogis, ⁊ ſalutationes in foro, et
vocari ab hoībus rabbi. Vos aūt
nolite vocari rabbi: vnus eſt enim
magiſter veſter: oēs autē vos, fra-
tres eſtis: ⁊ patrē nolite vocare vo
bis ſup terrā: vn⁹ eſt enim pater ve
ſter qui in celis eſt. Nec vocemini
magiſtri: quia magiſter veſter, vn⁹
eſt chriſt⁹. Qui maior eſt veſtrum,
erit miniſter veſter. Qui aūt ſe ex-
altauerit, humiliabit̃: et q̄ ſe hūilia-
uerit, exaltabitur. Offert. Miſerere
mei dñe ſcđm magnā miſericordiam
tuā: dele iniquitatē meā. Secreta.

SAnctificationē tuā nobis do
mine his myſterijs placatus
operare: q̄ nos, ⁊ a terrenis purget
vitijs, ⁊ ad celeſtia dona perducat,
Per. Cōm. Narrabo oīa mirabilia
tua: letabor ⁊ exultabo in te, pſallā no-
mini tuo altiſſime. Poſtcomu. oro.

VT ſacris domine digni redda
mur muneribus, fac nos, q̄s,
tuis obedire mādatis, P. Sup po-
pulum. oro.

PRopitiare dñe
ſupplicationib⁹ nr̄is, ⁊ aīarū
nr̄arū medere lāguoribus, vt remiſ
ſione pcepta in tua ſemp bñdictiōe
letemur, Per. Feria. iiij. Introit.

NE derelinquas me dñe deus
meus, ne diſcedas a me: intē-
de in adiutoriū meū dñe vir-
tus ſaluti⁹ mee. ℣. Dñe ne in furore tuo
arguas me: neq; in ira tua corripias
me. Gloria patri. Oratio.

POpulū tuū dñe propitius re
ſpice: ⁊ quos ab eſcis carnalib⁹ pre
cipi⁹ abſtinere, a noxijs q̄q; vitijs ceſ
ſare cōcede, P. Lcō li. Eſter. xiij. c.

IN diebus illis, Orauit mar-
docheus ad dñm, dicēs, Dñe
dñe, rex omps (in ditione enim tua

cũcta ſunt poſita: ⁊ non eſt q̃ poſſit
tue reſiſtere volũtati) ſi decreueris
ſaluare iſrael. Tu feciſti celũ, ⁊ ter/
rã, et quicq̃d celi ambitu cõtinetur.
Dñs oim es, nec eſt q̃ reſiſtat ma/
ieſtati tue. Cũcta noſti, ⁊ ſcis quia
nõ ꝓ ſupbia ⁊ cõtumelia, et aliqua
glorie cupiditate fecerim hoc, vt nõ
adorarẽ hamán ſupbiſſimũ: libẽter
enim ꝓ ſalute iſrael, etiam veſtigia
pedũ ei⁹ deoſculari paratus eſſem:
ſed timui, ne honorẽ dei mei tranſ/
ferrẽ ad hoiem: et ne quenq̃ adora
rem, excepto deo meo. Et nunc dñe
rex, deus abrahám, miſerere populi
tui, q̄z volũt nos iimici nři perdere,
⁊ hereditatẽ tuã delere. Nec deſpi
cias partẽ tuã quam redemiſti tibi
de egypto. Exaudi deprecationem
meã, ⁊ propitius eſto ſorti ⁊ funicu
lo tuo, ⁊ conuerte luctũ noſtrum in
gaudiũ, vt viuentes laudemus no
men tuum dñe, ⁊ ne claudas ora te
canentiũ, dñe de⁹ noſter. Gra.
Saluũ fac populũ tuũ dñe, et benedic
hereditati tue. ℣. Ad te dñe clamaui,
deus meus ne ſileas a me: ⁊ ero ſimilis
deſcẽdẽtib⁹ in lacũ. Scdm Matth.
In illo tẽpore, Aſcen/ xx.c.
dens ieſus hieroſolymã, aſ/
ſumpſit duodecim diſcipulos ſuos
ſecreto, ⁊ ait illis, Ecce, aſcendimus
hieroſolymã, ⁊ filius hois tradetur
principibus ſacerdotum ⁊ ſcribis, ⁊
cõdemnabũt eũ morte. Et tradent
eũ gẽtibus ad illudendũ et flagellã
dum, ⁊ crucifigendũ, ⁊ tertia die re/
ſurget. Tũc acceſſit ad eum mater
filiorũ zebedei cũ filijs ſuis, adorãs,
⁊ petẽs aliquid ab eo. Qui dixit ei,
Quid vis? Ait illi, Dic vt ſedeant
hi duo filij mei, vn⁹ ad dexterã tuã,
⁊ vnus ad ſiniſtram in regno tuo.
Reſpondens autẽ ieſus, dixit, Ne/
ſcitis quid petatis. Poteſtis bibe/
re calicẽ quẽ ego bibitur⁹ ſum? Di
cunt ei, Poſſumus. Ait illis, Cali
cem quidẽ meũ bibetis: ſedere aũt
ad dexteram meã et ſiniſtram, non
eſt meũ dare vobis, ſed quibus pa/
ratũ eſt a patre meo. Et audientes
decẽ, indignati ſunt de duobus fra
tribus. Ieſus autẽ vocauit eos ad
ſe: ⁊ ait, Scitis quia principes gen/
tiũ dominantur eorũ: et qui maio/
res ſunt, poteſtatẽ exercent in eos.
Non ita erit inter vos: ſed qui/
cunq̃ voluerit inter vos maior fie/
ri, ſit veſter miniſter: et qui voluerit
inter vos primus eſſe, erit veſter ſer
uus: Sicut filius hominis nõ venit
miniſtrari, ſed miniſtrare, et dare
animam ſuam in redemptionẽ pro
multis. Offerto. Ad te dñe leuaui
animã meã, deus meus in te confido,
non erubeſcã: neq̃ irrideant me inimi
ci mei, etenim vniuerſi qui te expectãt,
non confundentur. Secreta.
Hoſtias tibi dñe, quas offeri
mus, propitius reſpice: et per hec
ſancta cõmercia vincula peccato/
rum noſtrorum abſolue, P. Cõm.
Iuſtus dñs et iuſtitias dilexit, equita
tẽ vidit vultus eius. Poſt cõ. Oro.

Sumptis dñe. ſacramẽtis ad redemptionis eterne,q̃s,proficiam⁹ augmẽtum, Per. Sup po. Deus innocẽtie reſtitutor et amator, dirige ad te tuorũ corda ſeruorũ: vt ſpũs tui feruore concepto,⁊ in fide inueniantur ſtabiles, et in opere efficaces, Per dñm nr̃m. ie. in vnitate eiuſdẽ ſpũſſcti de⁹. pulum.oro. Feria.v. Int.

Deus in adiutorũ meũ intende: dñe ad adiuuandũ me feſtina: cõfundantur ⁊ reuereãtur inimici mei, q̃ querunt animã meã. ℣. Auertantur retrorſum et erubeſcant, qui volunt mihi mala. Gloria patri. Oratio.

Preſta, q̃s dñe, nobi⁹ auxiliũ gratie tue: vt ieiunijs ⁊ orõnib⁹ cõueniẽter intẽti, liberemur ab hoſtibus mẽtis ⁊ corpis, P. Lcõ Hieremie pphete.xvij.b.

Hec dicit dñs deus, Maledictus homo qui confidit in hoĩe, ⁊ ponit carnẽ brachiũ ſuũ, et a dño recedit cor eius. Erit enim quaſi myrice in deſerto: ⁊ nõ videbit cũ venerit bonũ: ſed habitabit in ſiccitate in deſerto in terra ſalſuginis et inhabitabili. Benedictus vir q̃ cõfidit in dño, et erit dominus fiducia eius, et erit quaſi lignum quod tranſplãtatur ſup aquas, qd̃ ad humorẽ mittit radices ſuas: ⁊ nõ timebit cũ venerit eſtus. Et erit foliũ eius viride, ⁊ in tẽpore ſiccitatis nõ erit ſolicitum, nec aliquãdo deſinet facere fructũ, Prauũ eſt cor omniũ ⁊ inſcrutabile: quis cognoſcet illud? Ego dñs ſcrutãs cor, ⁊ probãs renes: qui do vnicuiq₃ iuxta viã ſuã, et iuxta fructũ adinuẽtionũ ſuarũ, Dicit dñs oĩpotẽs. Grad. Propitius eſto dñe pctis noſtris: ne quãdo dicant gentes, vbi eſt deus eorũ? ℣. Adiuua nos deus ſalutaris noſter: et ꝓpter honorẽ noĩs tui libera nos. Scdm Joannẽ.v.e.

In illo tẽpe, Dixit dñs ieſus turbis iudeorũ, Nõ poſſum ego a me ipſo facere quicq̃. Sicut audio iudico: ⁊ iudiciũ meũ, iuſtum eſt. Quia nõ quero volũtatẽ meã, ſed volũtatẽ ei⁹ q̃ miſit me. Si ego teſtimoniũ ꝑhibeo de meipſo, teſtimoniũ meũ nõ eſt verũ. Alius eſt q̃ teſtimonium perhibet de me: ⁊ ſcio quia verũ eſt teſtimoniũ ei⁹, qd̃ perhibet de me. Vos miſiſtis ad Joanẽ: ⁊ teſtimoniũ perhibuit veritati. Ego aũt, nõ ab hoĩe teſtimonium accipio: ſed hec dico, vt vos ſalui ſiti⁹. Ille erat lucerna ardẽs ⁊ lucẽs, vos autẽ voluiſtis ad horã exultare in luce eius. Ego autẽ habeo teſtimonium maius ioanne. Opera enim que dedit mihi pater vt perficiã: ea ipſa opera que ego facio, teſtimoniũ perhibet de me, quia pater miſit me. Et q̃ miſit me pater, ipſe teſtimonium perhibuit de me. Neq₃ vocẽ ei⁹ vnq̃ audiſtis, neq₃ ſpeciẽ eius vidiſtis. Et verbũ eius nõ habetis in vobis manens: quia quẽ miſit ille, huic vos nõ creditis,

Scrutamini ſcripturas: quia vos putatis in ipſis vitam eternā habere et ille ſunt que teſtimoniū perhibent de me: et nō vultis venire ad me vt vitā habeatis. Claritatē ab hominibus non accipio: ſed cognoui vos quia dilectionē dei nō habetis in vobis. Ego veni in noīe patris mei, ꝛ nō accepiſtis me. Si aliꝰ venerit in noīe ſuo, illū accipietis. Quomodo vos poteſtis credere, qui gloriam adinuicem accipitis: ꝛ gloriā que a ſolo deo eſt, nō queritis? Nolite putare quia ego accuſaturus ſum vos apud patrē: eſt q̄ accuſat voꝰ moyſes, in quo voꝰ ſperatis. Si enim crederetiꝰ moyſi, crederetis forſitā ꝛ mihi. De me enim ille ſcripſit. Si aūt illius literis nō creditiꝰ: quomodo verbis meis credetis. **Offert.** Precatus eſt moyſes in conſpectu dn̄i dei ſui et dixit, quare dn̄e iraſceris in populo tuo: parce ire animi tui: memēto abraham iſaac ꝛ iacob: quibꝰ iuraſti dare terrā fluentē lac et mel. Et placatꝰ factꝰ eſt dn̄s de malignitate quā dixit facere populo ſuo.

Accepta ſint tibi dn̄e, **Secre.** q̄s, nr̄a dōa ieiunij: q̄ ꝛ expiādo nos tua gr̄a dignos efficiant: ꝛ ad ſempiterna promiſſa perducāt, P. **Cōmu.** Qui māducat carnē meā et bibit ſanguinē meū: in me manet et ego in eo, dicit dn̄s. **Poſtcōmu. oro.**

Prebeant nobis dn̄e diuinū ſancta feruorē: quo eorū pariter et actu delectemur et fructu, Per. **Super populū oratio.**

Reſpice dn̄e, ꝓpitius plebem tuā: et tibi toto corde ſubiectā preſidijs inuicte pietatis attolle, Per.

**Feria ſexta. Introitus.**

Ego aūt cum iuſtitia apparebo in cōſpectu tuo: ſatiabor dū manifeſtabit̄ gl̄ia tua. ℣. Exaudi domine iuſtitiā meā: intende dep̄cationē meam. Gloria patri. **Oratio.**

Da, q̄s ops deus: vt ſacro noꝰ purificāte ieiunio ſynceriꝰ mētibuꝰ ad ſancta vētura faciaꝰ peruenire, P. **Lectio libri Geneſis. xxxvij. b.**

In diebus illis, Dixit ioſeph fratribꝰ ſuis, Audite ſomniū meū, quod vidi, Putabā nos ligare manipulos in agro: ꝛ quaſi conſurgere manipulū meū, ꝛ ſtare, veſtroſqꝫ manipuloꝰ circūſtātes adorare manipulū meū. Reſpōderunt fratreꝰ eiꝰ, Nunqd rex noſter eris? aut ſubijciemur ditioni tue? Hec ergo cauſa ſomniorū atqꝫ ſermonū, inuidie et odij fomitē miniſtrauit. Aliud quoqꝫ vidit ſomniū, qd narrans fratribꝰ, ait, Vidi per ſomniū quaſi ſolē, ꝛ lunā, ꝛ ſtellaꝰ vndecim adorare me. Qd cū patri ſuo, ꝛ fratribus retuliſſet, increpauit eū pater ſuus, ꝛ dixit, Quid ſibi vult hoc ſomnium qd vidiſti? Nū ego ꝛ mater tua, ꝛ fratres tui adorabimꝰ te ſup terrā? Inuidebāt ei igitur fratres ſui: pater vero rem tacitus cōſyderabat. Cumqꝫ fratres illius in paſcēdis gregibꝰ patris morarent̄

in sichen, dixit ad eum israel, Fra-
tres tui pascūt oues in sichimis: ve
ni, mittā te ad eos. Quo respōden-
te, presto sum: ait, Uade, et vide si
cūcta prospera sint erga fratres tu
os, ⁊ pecora, ⁊ renūcia mihi qd aga
tur. Missus de valle hebrō, venit
in sichen: inuenitqȝ eū vir errātē in
agro, ⁊ iterrogauit quid quereret.
At ille respōdit, Fratres meos que
ro, indica mihi vbi pascant greges.
Dixitqȝ ei vir, Recesserunt de loco
isto: Audiui aūt eos dicētes, eam⁹
in dothaim. Perrexit itaqȝ ioseph
post fratres suos: et inuenit eos in
dothain. Qui cum vidissent eū pro
cul, anteqȝ accederet ad eos, cogita
uerūt illū occidere, ⁊ mutuo loqbā-
tur, ecce somniator venit, venite, oc
cidamus eū, ⁊ mittam⁹ in cisternā
veterē: dicemusqȝ, fera pessima de-
uorauit eū: ⁊ tūc appebit quid illi p
sint somnia sua. Audiens autē hoc
ruben nitebat liberare eū de mani-
b⁹ eorū, ⁊ dicebat, Nō interficiam⁹
aiam ei⁹, nec effundam⁹ sanguinē:
sed proijcite eū in cisternā hāc, que
est in solitudine, manusqȝ vr̄as ser-
uate innoxias. Hoc aūt dicebat, vo
lens eripere eū de manib⁹ eorū, et
reddere patri suo. Gra. Ad dñm cū
tribularer, clamaui: ⁊ exaudiuit me. V.
Dñe libera aīam meā a labijs iniqs et
a lingua dolosa. Scdm Matth. xxj. c.

In illo tēpe, Dixit dñs iesus
discipulis suis ⁊ turbis iudeo
rū, Homo erat paterfamilias qui
plātauit vineā, et sepē circūdedit
ei, ⁊ fodit in ea torcular, ⁊ edificauit
turrim, ⁊ locauit eā agricolis: ⁊ pe-
regre profect⁹ est. Cum aūt tēpus
fructuū appropinquasset, misit ser-
uos suos ad agricolas vt acciperēt
fruct⁹ ei⁹. Et agricole apprehensis
seruis ei⁹, aliū ceciderūt, aliū occide
rūt, aliū vero lapidauerunt. Iterū
misit alios seruos plures priorib⁹:
⁊ fecerūt illis similiter. Nouissime
aūt misit ad eos filiū suū, dicēs, Ve
rebūtur filiū meū. Agricole aūt vi-
dētes filiū dixerunt intra se, Hic est
heres, Uenite occidam⁹ eū, ⁊ habe
bimus hereditatē ei⁹. Et apprehē-
sum eū eiecerūt extra vineā: et occi-
derūt. Cū ergo venerit dñs vinee,
quid faciet agricolis illis? Aiūt illi,
Malos male perdet: et vineā suā
locabit alijs agricolis, q reddent ei
fructū tēporibus suis. Dicit illis ie
sus, Nūqȝ legistis in scripturis, La
pidē quē reprobauerūt edificātes,
hic fact⁹ est in caput anguli, a dño
factū est istud: ⁊ est mirabile in ocu
lis nostris? Ideo dico vobis: quia
auferetur a vobis regnū dei: et da-
bitur gēti facienti fructus ei⁹. Et
qui ceciderit sup lapidē istū, cōfrin-
getur: sup quē vero ceciderit: cōte
ret eū. Et cū audissent principes sa
cerdotū et pharisei parabolas ei⁹:
cognouerunt qȝ de ipsis diceret, ⁊
querētes eū tenere, timuerunt tur-
bas: qm̄ sicut prophetā eum habe-
bant. Offerto. Dñe in auxiliū meū

reſpice: cõfundantur ⁊ reuereant̃, q̃ que
runt aīam meã, vt auferãt eã. Secre.

HEc in nobis ſacrificia deus,
⁊ actione permaneãt: et ope
ratione firmentur, P. Cõmu. Tu
dñe ſeruabis nos: ⁊ cuſtodies nos a ge
neratiõe hac in eternũ. Poſtcõ. orõ.

FAc nos dñe, q̃s, accepto pi
gnore ſalutis eterne ſic tẽde
re cõgruẽter: vt ad eam peruenire
poſſimus, P. Super populũ orõ.

DA, queſum⁹ dñe, populo tuo
ſalutẽ mentis et corporis: vt
bonis opib⁹ inherendo, tue ſemper
virtutis mereatur protectione de
fendi, Per. Sabbato. Introitus.

LEx dñi irreprehẽſibilis, cõ
uertens aīas, teſtimoniũ
dei fidele, ſapiẽtiã preſtãs
paruulis. ℣. Celi enarrãt
gloriã dei: ⁊ opera manuũ ei⁹ annũciat
firmamentũ. Gloria patri. Oratio.

DA, q̃s dñe, nr̃is effectum ieiu
nijs ſalutarem: vt caſtigatio
carnis aſſumpta, ad nr̃arũ vegeta
tionẽ trãſeat aīarũ, P. Lcõ li. Ge

IN diebus illis, neſ. xxvij. a.
Dixit rebecca filio ſuo iacob,
Audiui patrẽ tuũ loquentẽ cũ eſau
fratre tuo, et dicentẽ ei, Affer mihi
de venatione tua, ⁊ fac cibos vt cõ
medã, ⁊ benedicã tibi corã dño an
teq̃ moriar. Nunc ergo fili mi ac
quieſce cõſilijs meis: ⁊ pergens ad
gregẽ, affer mihi duos hedos opti
mos, vt faciam ex eis eſcas pr̃i tuo,
quib⁹ libẽter veſcitur: quas cũ intu
leris ⁊ comederit: benedicat tibi pri
uſq̃ moriatur. Cui ille reſpõdit, No
ſti q̃ eſau frater meus homo pilo
ſus ſit, et ego leuis: ſi attrectauerit
me pater meus, ⁊ ſenſerit, timeo ne
putet me ſibi voluiſſe illudere: ⁊ in
ducat ſup me maledictionẽ pro be
nedictione. Ad quẽ mater, In me
ſit, ait, iſta maledictio fili mi: tantũ
audi vocẽ meã, et pergẽs affer que
dixi. Abijt, et attulit, deditq̃ matri.
Parauit illa cibos ſicut velle nõ
uerat patrẽ illi⁹, ⁊ veſtib⁹ eſau val
de bonis (quas apud ſe habebat do
mi) induit eum: pelliculaſq̃ hedorũ
circũdedit manib⁹: ⁊ colli nuda p
texit. Deditq̃ pulmẽtum: ⁊ panes
quos coxerat trãdidit. Quib⁹ illa
tis dixit, Pater mi? At ille reſpon
dit, Audio, Quis es tu fili mi? Di
xitq̃ iacob, Ego ſum primogenit⁹
tuus eſau: feci ſicut precepiſti mihi:
Surge, ſede, ⁊ comede de venatiõe
mea, vt bñdicat mihi aīa tua. Rur
ſumq̃ iſaac ad filiũ ſuum, Quomo
do inq̃t tã cito inuenire potuiſti fili
mi? Qui reſpõdit, Voluntas dei fuit:
vt cito occurreret mihi quod vole
bam. Dixitq̃ iſaac, Accede huc et
tangã te fili mi, et probẽ vtrũ tu ſis
filius meus eſau, an non. Acceſſit
ille ad patrem: et palpato eo, dixit
iſaac, Vox quidem, vox iacob eſt:
ſed manus, manus Eſau ſunt. Et
nõ cognouit eũ, quia piloſe manus
ſimilitudinẽ maioris expreſſerant.
Bñdicẽs ergo illi, ait, Tu es filius

meus eſau? Reſpōdit, ego ſum. At
ille, Affer mihi inquit cibos de ve-
natione tua fili mi, vt bn̄dicat tibi
aīa mea. Quos cū oblatos come-
diſſet, obtulit ei etiā vinum. Quo
hauſto, dixit ad eū, Accede ad me:
⁊ da mihi oſculū fili mi. Acceſſit, et
oſculat⁹ eſt eū. Statimq; vt ſenſit
veſtimentorū illius fragrantiā, bn̄
dicēs illi, ait, Ecce odor filij mei, ſi-
cut odor agri, cui bn̄dixit dn̄s. Det
tibi de⁹ de rore celi, ⁊ de pinguedine
terre abūdantiā frumenti, ⁊ vini. et
ſeruiāt tibi populi, ⁊ adorent te tri-
bus: Eſto dn̄s fratrū tuorum, ⁊ in-
curuent ante te filij m̄ris tue. Qui
maledixerit tibi, ſit ille maledictus:
Et q̄ bn̄dixerit tibi, bn̄dictionib⁹ re
pleatur. Vix iſaac ſermonē imple-
uerat: et egreſſo iacob foras, venit
eſau. Coctoſq; de vēatiōe cibos in
tulit patri, dicēs, Surge pater mi, ⁊
comede de venatione filij tui: vt be
nedicat mihi aīa tua. Dixitq; illi
iſaac, Quis enim es tu? Qui reſpō
dit, Ego ſum filius tu⁹ primogeni-
tus eſau. Expauit iſaac ſtupore ve
hementi: ⁊ vltra q̄ credi poteſt ad-
mirās, ait, Quis igitur ille eſt q̄ du
dū captā venationē attulit mihi, et
comedi ex oib⁹, priuſq̄ tu venires?
Benedixiq; ei, ⁊ erit benedict⁹. Au
ditis eſau ſermonib⁹ patris irrugiit
clamore magno: ⁊ conſternat⁹ ait,
Bn̄dic etiā et mihi, pater mi. Qui
ait, Venit german⁹ tu⁹ fraudulen
ter, et accepit benedictionē tuā. At
ille ſubiūxit, Juſte vocatum eſt no
mē ei⁹ iacob: ſupplātauit enim me
en altera vice. Primogenita mea
ante tulit, ⁊ nūc ſcd̄o ſurripuit bn̄di
ctionē meam. Rurſumq; ad patrē,
Nunq̄d non reſeruaſti, ait, et mihi
bn̄dictionē? Reſpōdit iſaac, Dn̄m
tuū illū cōſtitui: ⁊ oēs fratres eius
ſeruituti illius ſubiugaui: frumēto,
⁊ vino ſtabiliui eū. Et tibi poſt hec
fili mi, vltra quid faciā? Cui eſau,
Num vnā, inquit, tm̄ benedictionē
habes pater? Mihi quoq; obſecro
vt bn̄dicas. Cumq; eiulatu magno
fleret: motus iſaac dixit ad eū, In
pinguedine terre ⁊ in rore celi, deſu
per erit benedictio tua. Gra. Bonū
eſt cōfiteri dn̄o: ⁊ pſallere noī tuo altiſ-
ſime. ℣. Ad annunciandū mane miam
tuā ⁊ veritatē tuā p noctē. Scd̄m Lu
cā. xv. c.

In illo tēpe, Dixit
dn̄s ieſus diſcipulis ſuis, Ho
mo quidā habuit duos filios: et di-
xit adoleſcentior ex illis patri, Pa
ter, da mihi portionē ſubſtātie que
me cōtingit. Et diuiſit illis ſubſtā-
tiā. Et poſt nō multos dies cōgre-
gatis oibus adoleſcētior fili⁹ pere-
gre pfectus eſt in regionē longin-
quā: et ibi diſſipauit ſubſtantiā ſuā
viuēdo luxurioſe. Et poſtq̄ oia cō
ſumpſiſſet, facta eſt fames valida
in regione illa, ⁊ ipe cepit egere. Et
abiit, et adheſit vni ciuiū regionis
illius, et miſit illū in villā ſuā vt pa
ſceret porcos. Et cupiebat implere
vētrē ſuū de ſiliquis quas porci mā

ducabāt: et nemo illi dabat. In ſe aūt reuerſus dixit, Quāti mercenarij in domo pr̄is mei abundāt panibꝰ: ego aūt hic fame pereo. Surgā, et ibo ad patrē meū, ⁊ dicā ei, Pater, peccaui in celū et corā te: iā non ſum dignꝰ vocari filiꝰ tuus: fac me ſicut vnū de mercenarijs tuis. Et ſurgēs, venit ad patrē ſuū. Cū aūt adhuc lōge eſſet, vidit illum pater ipſiꝰ, ⁊ miſericordia motꝰ eſt. Et accurrēs cecidit ſup collū eiꝰ, ⁊ oſculatus eſt eū. Dixitq; ei filiꝰ, Pater, peccaui in celū ⁊ corā te, iā nō ſum dignꝰ vocari filiꝰ tuus. Dixit aūt pater ad ſeruos ſuos, Cito pferte ſtolā primā: ⁊ induite illum, ⁊ date anulū in manū eiꝰ, ⁊ calceamēta in pedes eiꝰ: Et adducite vitulū ſaginatū, ⁊ occidite, ⁊ māducēmꝰ ⁊ epulemur, qꝛ hic filiꝰ meꝰ mortuꝰ erat ⁊ reuixit, perierat ⁊ inuētus eſt. Et ceperūt epulari. Erat autē filiꝰ eiꝰ ſenior in agro: et cum veniret et appropinquaret domui, audiuit ſymphoniā et chorū: et vocauit vnum de ſeruis, et interrogauit quid hec eſſent. Iſq; dixit illi, Frater tuus venit: ⁊ occidit pater tuus vitulum ſaginatum, quia ſaluū illū recepit. Indignatus eſt autē: ⁊ nolebat introire. Pater ergo illius egreſſus cepit rogare illum. At ille reſpondēs dixit patri ſuo, Ecce tot annis ſeruio tibi: ⁊ nunq̄ mandatum tuū preterivi: et nunq̄ dediſti mihi hedum vt cum amicis meis epularer: ſed poſtq̄ filius tuus hic qui deuorauit ſubſtantiam ſuam cum meretricibꝰ, venit, occidiſti illi vitulum ſaginatum. At ipſe dixit illi, Fili, tu ſemper mecū es, et omnia mea tua ſunt. Epulari aūt ⁊ gaudere oportebat, quia frater tuus hic mortuꝰ erat et reuixit, perierat ⁊ inuentus eſt. Offerto. Illumina oculos meos ne vnq̄ obdormiam in morte: nequando dicat inimicus meus preualui aduerſus eū. Secre.

HIs ſacrificijs dn̄e concede placatꝰ: vt qui ꝑprijs oramꝰ abſolui delictis: nō grauemur externis, Per. Cōmu.

Oportet te fili gaudere: qꝛ frater tuꝰ mortuus fuerat et reuixit: perierat et inuentus eſt. Poſtcōm. or̄o.

SAcramēti tui dn̄e diuina libatio penetralia noſtri cordis infundat: ⁊ ſui participes potēter efficiat, Per. Super populum or̄o.

FAmiliā tuā, q̄s dn̄e, cōtinua pietate cuſtodi: vt q̄ in ſola ſpe gr̄e celeſtiꝰ innitit̄: celeſti etiā ptectiōe muniat̄, Per. Dn̄ica. iij. In.

OCuli mei ſemper ad dn̄m: quia ipſe euellet de laq̄o pedes meoꝝ: reſpice in me et miſerere mei: qm̄ vnicus ⁊ pauper ſum ego. V. Ad te dn̄e leuaui aīam meā: deus meus in te confido, nō erubeſcam. Gl̄ia patri. Or̄o.

QUeſumus oīps deꝰ vota humiliū reſpice: atq; ad defenſionē nr̄am dexterā tue maieſtatis extēde, Per. Ad Epheſios. v. a.

FRatres, Eſtote imitatores dei,ſicut filij chariſſimi: ⁊ ambulate in dilectione,ſicut ⁊ chriſtꝰ dilexit nos, ⁊ tradidit ſemetipm̃ pro nobis oblationem ⁊ oſtiam deo in odorẽ ſuauitatis. Fornicatio aũt ⁊ oīs immũditia,aut auaricia nec nominet̃ in vobis,ſicut decet ſanctos: aut turpitudo,aut ſtultiloquiũ,aut ſcurrilitas q̃ ad rẽ nõ ꝑtinet:ſed magis grãrũ actio. Hoc enim ſcitote intelligentes, q̃ oīs fornicator,aut immũdus, aut auarꝰ (quod eſt idolorũ ſeruitꝰ)nõ habet hereditatem in regno chriſti ⁊ dei. Nemo vos ſeducat inanibꝰ verbis, ꝓpter hec enĩ venit ira dei in filios diffidẽtie. Nolite ergo effici participes eorũ. Eratis enĩ aliquãdo tenebre: nunc aũt lux in dño. Ut filij lucis ambulate. Fructꝰ enĩ lucis,eſt in omni bonitate, ⁊ iuſtitia, ⁊ veritate. Gra. Exurge dñe,nõ preualeat homo:iudicent̃ gẽtes in conſpectu tuo. ℣. In cõuertendo inimicũ meũ retrorſum, infirmabunt̃: et pereãt a facie tua. Tract. Ad te leuaui oculos meos,q̃ habitas in celis. ℣. Ecce,ſicut oculi ſeruorũ in manibꝰ dñorum ſuorũ, ℣. Et ſicut oculi ancille in manibꝰ dñe ſue, ℣. Ita oculi nr̃i ad dñm deum nr̃m:donec miſereat̃ nr̃i. ℣. Miſerere nobis dñe,miſerere nobis.

IN illo tẽ- Secdm Lucã.xi.b. pore, Erat dñs ieſus eijciens demoniũ: ⁊ illud erat mutũ,et cum eieciſſet demoniũ,locutꝰ eſt mutꝰ: ⁊ admirate ſunt turbe. Quidã autẽ ex eis dixerũt, In beelzebul principe demoniorũ eijcit demonia. Et alij tẽtantes,ſignũ de celo q̃rebant ab eo. Ipſe aũt vt vidit cogitatiões eorũ dixit eis, Omne regnũ in ſe ipſum diuiſum deſolabit̃: ⁊ domꝰ ſupra domũ cadet. Si aũt ⁊ ſatanas in ſeipm̃ diuiſus eſt:quomodo ſtabit regnũ eiꝰ,quia dicitis in beelzebul me eijcere demonia? Si autem ego in beelzebul eijcio demonia: filij vr̃i in quo eijciũt? Ideo ipſi iudices veſtri erunt. Porro ſi in digito dei eijcio demonia:profecto ꝑuenit in vos regnũ dei. Cũ fortis armatꝰ cuſtodit atriũ ſuũ:in pace ſunt ea q̃ poſſidet. Si aũt fortior illo ſuperueniẽs vicerit eũ:vniuerſa arma eius auferet in quibꝰ cõfidebat, ⁊ ſpolia eiꝰ diſtribuet. Qui nõ eſt mecũ, cõtra me eſt: ⁊ qui nõ colligit mecum, diſpergit. Cũ immundus ſpũs exierit ab hoīe,ambulat ꝑ loca inaquoſa,querẽs requiẽ: ⁊ nõ inueniẽs dicit, Reuertar in domum meã vnde exiui. Et cũ venerit,inuenit eã ſcopis mũdatã ⁊ ornatã. Tũc vadit, ⁊ aſſumit ſeptẽ alios ſpũs ſecum nequiores ſe: ⁊ ingreſſi habitãt ibi. Et fiunt nouiſſima hoīs illius peiora prioribꝰ. Factũ eſt aũt: cũ hec diceret,extollẽs vocẽ quedã mulier de turba dixit illi, Beatꝰ vẽter qui te portauit: ⁊ vbera q̃ ſuxiſti. At ille dixit, Quinimo bt̃i qui audiũt verbũ dei, ⁊ cuſtodiũt illud. Offer. Iuſtitie dñi recte letificãtes corda: ⁊ dulcio-

ra ſup mel ꝛ fauũ,nã ꝛ ſeru⁹ tuu⁹ cuſto

Hec hoſtia, Secret. diet ea. dñe q̃s,emũdet nr̃a delicta: ꝛ ad ſacrificiũ celebrãdũ ſubditorũ tibi corpora mẽteſq; ſanctificet, P.

Cõ. Paſſer inuenit ſibi domũ: ꝛ turtur nidũ vbi reponat pullos ſuos: altaria tua dñe virtutũ rex me⁹ ꝛ de⁹ me⁹: beati qui habitãt in domo tua in ſeculũ ſeculi laudabũt te. Poſtcõ. orõ.

A Cunctis nos dñe reatibus ꝛ periculis propitiatus abſolue: quos tanti myſterij tribuis eſſe participes, P. Feria.ij. Introitus.

IN deo laudabo verbũ: in dño laudabo ſermonem: in deo ſperaui, non timebo q̃d faciat mihi homo. ℣. Miſerere mei de⁹, q̃m conculcauit me homo: tota die impugnãs tribulauit me. Gloria patri. Oratio.

COrdibus nr̃is, q̃s dñe, ſpũm ſanctũ benign⁹ infunde: vt ſicut ab eſcis corpalibus abſtinem⁹: ita ſenſus quoq; nr̃os a noxijs retraham⁹ exceſſibus, Per dñm. in vnit. eiuſ. Lc̃to libri.iiij. Regũ.v.a.

IN dieb⁹ illis, Naamã princeps militie regis Syrie erat vir magn⁹ apud dñm ſuũ,et honoratus: Per illũ em̃ dedit dñs ſalutẽ Syrie: Erat autẽ vir fortis ꝛ diues,ſed leproſus. Porro de Syria egreſſi fuerãt latrũculi,ꝛ captiuam duxerant de terra iſrael puellã paruulã,q̃ erat in obſequio vxoris naamã, Que ait ad dñam ſuã, Utinã fuiſſet dñs me⁹ ad ꝑphetã qui eſt in ſamaria: ꝑfecto curaſſet eũ a lepra quã habet. Ingreſſus eſt itaq; Naaman ad dñm ſuũ,ꝛ nunciauit ei, dicẽs, Sic et ſic locuta eſt puella de t̃ra iſrl̃. Dixitq; ei rex ſyrie, Uade,ꝛ mittam literas ad regẽ iſrael. Qui cũ profectus eſſet,ꝛ tuliſſet ſecũ decẽ talẽta argẽti,et ſex milia aureos,ꝛ decẽ mutatoria veſtimentorũ: detulit literas ad regẽ iſrael, in hec verba, Cũ acceperi⁹ epiſtolam hãc,ſcito ꝙ miſerim ad te naaman ſeruũ meũ,vt cures eũ a lepra ſua. Cumq; legiſſet rex iſrael litera⁹, ſcidit veſtimẽta ſua,et ait, Nunquid deus ego ſum,vt occidere poſſim,ꝛ viuificare: quia iſte miſit ad me,vt curẽ hominẽ a lepra ſua? Animaduertite,ꝛ videte ꝙ occaſiones querat aduerſum me. Quod cum audiſſet Eliſeus vir dei, ſcidiſſe videlicet regẽ iſrael veſtimẽta ſua,miſit ad eum,dicẽs, Quare ſcidiſti veſtimenta tua? Ueniat ad me,et ſciat eſſe prophetã in iſrael. Uenit ergo Naaman cũ equis ꝛ curribu⁹,ꝛ ſtetit ad oſtium domus Eliſei: Miſitq; ad eum eliſeus nunciũ dicens, Uade,ꝛ lauare ſepties in iordane, et recipiet ſanitatem caro tua,atq; mundaberis. Iratus naaman recedebat, dicens, Putabã ꝙ egrederetur ad me,ꝛ ſtãs inuocaret nomẽ dñi dei ſui: ꝛ tangeret manu ſua locũ lepre,ꝛ curaret me. Nunquid non meliores ſunt Amana et pharphar fluuij damaſci om̃ibus aquis

iſrael, vt lauer in eis et munder?
Cūq3 ergo auertiſſet ſe τ abiret in
dignās,acceſſerūt ad eū ſerui ſui,τ
locuti ſunt ei. Pater,ſi rem grādē
dixiſſet tibi propheta,certe facere
debueras:quāto magis q2 nunc di
xit tibi, lauare:τ mūdaberis. De/
ſcendit,et lauit in iordane ſepties
iuxta ſermonē viri dei:et reſtituta
eſt caro eius,ſicut caro pueri par/
uuli,τ mundatus eſt. Reuerſuſq3
ad virum dei cū vniuerſo comitatu
ſuo venit,τ ſtetit corā eo,τ ait,Ue/
re ſcio q2 nō ſit deus in vniuerſa ter
ra, niſi tantū in iſrael. Gra. Deus,
vitam meam annunciaui tibi: poſui la
chrymas meas in conſpectu tuo. ỽ.
Miſerere mihi dñe, qm̄ cōculcauit me
homo,tota die bellans tribulauit me.
In illo Scdm Lucā.iiij.d.
tēpe,Dixerūt phariſei ad ie/
ſum, Quāta audiuim9 facta in ca
pharnaum,fac et hic in patria tua.
Ait autē,Amen dico vobis: q2 ne/
mo propheta accept9 eſt in patria
3.reg ſua. In veritate dico vobis: multe
17.b vidue erāt in diebus elie in iſrł quā
do clauſū eſt celū annis trib9 τ mē
ſib9 ſex,cū facta eſſet fame9 magna
in oī terra:τ ad nullā illarū miſſus
eſt elias,niſi in ſarephtha ſidonis
4.re. ad mulierē viduā. Et multi leproſi
4.d. erāt in iſrł ſub eliſeo propheta:τ ne
mo eorū mūdat9 eſt niſi naamā ſy/
rus. Et repleti ſunt oēs in ſynago/
ga ira,hec audiētes. Et ſurrexerūt,
τ eiecerūt illū extra ciuitatē:τ duxe
rūt illū vſq3 ad ſupcilium montis,ſup
quē ciuitas illorū erat edificata,vt
precipitarēt eū. Ipſe aūt tranſiēs p
mediū illorū,ibat. Offert. Exaudi
de9 orationē meā τ ne deſpexeris depre
cationē meā:intēde mihi τ exaudi me.
Munus, qđ tibi dñe Secret.
noſtre ſeruitutis offerimus,
tu ſalutare nobis perfice ſacramē/
tum, Per. Cōmu. Quis dabit ex
ſion ſalutare iſrael? dum auerterit dñs
captiuitatem plebis ſue, exultabit ia/
cob et letabitur iſrael. Poſtcō.oro.
Preſta nobis,qs oīs et miſe
ricors deus:vt que ore conti/
gimus:pura mēte capiamus, Per.
Subueniat Supp pplm oro.
nobis dñe miſericordia tua:
vt ab imminētib9 pctorū nr̄orū pe/
riculis te mereamur ꝓtegēte eripi,
te liberāte ſaluari, P. Fer.iiij. Int.
Ego clamaui,qm̄ exaudi/
ſti me deus: inclina aurē
tuā et exaudi verba mea:
cuſtodi me dñe, vt pupillā
oculi:ſub vmbra alarū tuarū protege
me. ỽ. Exaudi dñe iuſtitiā meā: intēde
deprecationē meā. Gl'ia patri. Oro.
Exaudi nos oīs τ miſericors
deus:τ continentie ſalutaris
propitius nobis dona concede, P.
Lectio libri Regum.iiij. ca.iiij.a.
In diebus illis, Mulier que
dam de vxoribus propheta/
rū clamauit ad eliſeum,dicēs,Ser
uus tu9 vir me9 mortuus eſt,et tu
noſti q2 ſeru9 tuus fuit,timēs dñm.

Et ecce creditoꝛ venit: vt tollat du
os filios meos ad ſeruiendum ſibi.
Cui dixit Eliſeus, Quid vis vt fa-
ciã tibi? Dic mihi, q̃d habes in do-
mo tua? At illa reſpõdit, Non ha-
beo ancilla tua q̃cq̃ in domo mea,
niſi parũ olei quo vngar. Cui ait,
Vade, pete mutuo ab oĩbus vici-
nis tuis vaſa vacua nõ pauca, et in
gredere, et claude oſtiũ tuũ, cum in
trinſecus fueris tu et filij tui: ⁊ mit-
te inde in oĩa vaſa hec: ⁊ cum plena
fuerint, tolles. Fuit itaq̃ mulier, et
clauſit oſtium ſup ſe ⁊ ſuper filios
ſuos: Illi offerebant vaſa, ⁊ illa in
fundebat. Cũq̃ plena fuiſſent va-
ſa, dixit ad filium ſuum, Affer mihi
adhuc vas. Et ille reſpondit: Non
habeo. Stetitq̃ oleũ. Venit autẽ
illa, ⁊ indicauit homini dei. Et ille,
Vade, inquit, vende oleum, et red-
de creditoꝛi tuo. Tu autem, et filij
tui viuite de reliquo. Gradua. Ab
occultis meis munda me dñe: ⁊ ab alie
nis parce ſeruo tuo. ℣ Si mei non fue
rint dñati, tunc immaculatus ero: et
emundaboꝛ a delicto maximo. Scd̃m
Matthẽũ.xviij.b.
In illo tẽpoꝛe, Reſpiciẽs ieſus in di
ſcipulos ſuos dixit Simoni petro,
Si peccauerit in te frater tuus, va-
de, ⁊ coꝛripe eũ inter te et ip̃m ſolũ.
Si te audierit: lucratus eris fratrẽ
tuũ. Si autẽ te nõ audierit: adhibe
tecũ adhuc vnũ vel duos, vt in oꝛe
duoꝛũ vel triũ teſtiũ ſtet omne ver
bũ. Q̃d ſi nõ audierit eos: dic eccle-
ſie. Si aũt eccleſiã nõ audierit: ſit ti
bi ſicut ethnic⁹ ⁊ publican⁹. Amen
dico vobis, quecumq̃ alligaueri-
tis ſup terrã, erunt ligata ⁊ in celo:
⁊ quecũq̃ ſolueritis ſup terrã, erũt
ſoluta et in celo. Iterũ dico vobis,
q2 ſi duo ex vobis cõſenſerint ſuper
terrã, de om̃i re quacũq̃ petierint,
fiet illis a p̃re meo qui in celis eſt.
Ubi enĩ ſunt duo vel tres cõgrega
ti in noĩe meo, ibi ſum in medio eo-
rũ. Tũc accedẽs petru⁹ ad eũ, dixit,
Dñe, quotie⁹ peccabit in me frater
meus, ⁊ dimittã ei? vſq̃ ſepties? Di
cit illi Ieſus, Non dico tibi vſq̃ ſe
pties: ſed vſq̃ ſeptuagies ſepties.
Offer. Dextera dñi fecit virtutẽ: dex
tera dñi exaltauit me. Non moꝛiar ſed
viuã ⁊ narrabo opera dñi. Secreta.
Per hec veniat, q̃s dñe, ſacra-
menta noſtre redemptionis
effect⁹: qui nos ⁊ ab humanis retra
hat ſemper exceſſibus: ⁊ ad ſaluta-
ria cuncta perducat, Per. Cõmu.
Dñe quis habitabit in tabernaculo
tuo: aut qui⁹ requieſcet in mõte ſancto
tuo? qui ingreditur ſine macula et ope
ratur iuſtitiam. Poſtcõmu. oꝛatio.
Sacris domine myſterijs ex-
piati, et veniã conſequamur
et gratiã, Per. Sup populũ. orõ.
Tua nos dñe protectione de-
fende: ⁊ ab om̃i ſemp iniq̃ta-
te cuſtodi, P. Feria.iiij. Introit⁹.
Ego autẽ in dño ſperaui, exul-
tabo et letaboꝛ in tua miſeri-
coꝛdia, quia reſpexiſti humili-

tatē meā.℣. In te dn̄e ſperaui, non con
fundar in eternū:in iuſtitia tua libera
me.Gloria patri. Oratio.
PReſta,q̄s dn̄e,vt ſalutarib⁹
ieiunijs eruditi a noxijs q̄ꝫ vitijs ab
ſtinētes,ꝓpitiationē tuā facili⁹ im
petrem⁹.P.Lcō libri Exodi.xx.b.
HEc dicit dn̄s deus,Honora
patrē tuū et matrē tuā:vt ſis
longeuus ſup terrā,quā dn̄s deus
tuus dabit tibi. Nō occides. Non
mechaberis.Nō furtū facies. Nō
loqueris contra ꝓximū tuū falſum
teſtimoniū. Nō cōcupiſces domū
ꝓximi tui. Nec deſiderabis vxorē
eius,nō ſeruū,nō ancillā,nō bouē,
nō aſinū,nec oīa q̄ illius ſunt. Cun
ctus aūt populus videbat voces ⁊
lampades,⁊ ſonitum buccine:mon
tēq; fumātē:⁊ perterriti ac pauore
concuſſi,ſteterunt procul,dicentes
moyſi,Loquere tu nobis,⁊ audie-
mus: Nō loquatur nobis dn̄s,ne
forte moriamur.Et ait moyſes ad
populum,Nolite timere:Ut enim
probaret vos venit deus,et vt ter-
ror illius eſſet in vobis,⁊ nō pecca-
retis. Stetitq; populus de longe.
Moyſes aūt acceſſit ad caliginē,
in qua erat deus.Dixitq; preterea
dn̄s ad moyſen,Hec dices filijs iſrl',
Uos vidiſtis quod de celo locutu⁹
ſim vobis. Nō facietis mecū deos
argenteos,nec deos aureos facie-
tis vobis. Altare de terra facietis
mihi,et offeretis ſuper eo holocau-
ſta et pacifica veſtra,oues veſtras
⁊ boues in omni loco in quo memo
ria fuerit nominis mei.Grad.Mi-
ſerere mei dn̄e,q̄m infirmus ſum,ſana
me dn̄e.℣. Conturbata ſunt oīa oſſa
mea: et anima mea turbata eſt valde
IN illo Scd̄m Matth.xv.a.
tēpe,Acceſſerūt ad ieſum ab
hieroſolymis ſcribe ⁊ phariſei dicē
tes,Quare diſcipuli tui trāſgrediū
tur traditionē ſeniorum? Nō em̄ la
uāt man⁹ ſuas cū panē manducāt.
Ipſe aūt reſpōdens,ait illis,Qua
re ⁊ vos trāſgredimini mādatū dei
ꝓpter traditionē vr̄am? Nā de⁹ di
xit,Honora patrē ⁊ matrē. Et,qui Exo.
maledixerit patri,vel matri,morte 20.b.
moriat'. Uos aūt dicitis,Quicūq; Deu tero.
dixerit patri,vel matri,munus qd̄- 5.b.
cunq; eſt ex me,tibi proderit: et nō
honorificabit patrē ſuū, aut matrē
ſuā:et irritū feciſtis mādatum dei
propter traditionē veſtram.Hypo
crite, bene prophetauit de vobis
eſaias,dicens, Popul⁹ hic, labijs 29.d.
me honorat: cor aūt eorū longe eſt
a me.Sine cauſa aūt colunt me,do
cētes doctrinas ⁊ mandata hoīm.
Et cōuocatis ad ſe turbis,dixit ei⁹,
Audite ⁊ intelligite,Non quod in-
trat in os,coinquinat hominē: ſed
quod ꝓcedit ex ore,hoc coinquinat
hoīem. Tunc accedentes diſcipuli
eius dixerūt ei, Scis quia phariſei
audito verbo hoc ſcādalizati ſunt?
At ille reſpōdens,ait,Omnis plan-
tatio quā nō plantauit pater meus
celeſtis eradicabitur. Sinite illos:

ceci ſunt, ꝛ duces cecoꝝ. Cecus autẽ ſi ceco ducatum preſtet, ambo in foueã cadũt. Reſpõdẽs aũt petr⁹, dixit ei, Ediſſere nobi⁹ parabolam iſtã. At ille dixit, Adhuc ꝛ vos ſine intellectu eſtis? Nõ intelligitis q̃a omne qđ in os intrat, in ventrẽ vadit, ꝛ in ſeceſſum emittit? Que aũt procedũt de ore, de corde exeũt, ꝛ ea coinquinant hoiem. De corde em̃ exeunt cogitationes male, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falſa teſtimonia, blaſphemie. Hec ſunt que coinquinant hoiem. Non lotis autem manibus manducare, non coinquinat hominẽ. Offerto.

Dñe fac mecũ miſericordiã tuam propter nomen tuum: quia ſuauis eſt miſericordia tua. ℣. Deus laudem meam ne tacueris, q: os peccatoris ꝛ doloſi ſuper me apertum eſt. Secreta.

Suſcipe, q̃s dñe, preces populi tui cũ oblationib⁹ hoſtiarũ: ꝛ tua myſteria celebrãtes ab oĩbus nos defende periculis, P. Cõm. Notas mihi feciſti vias vite, adimplebis me letitia cũ vultu tuo dñe. Poſtcõ. orõ.

Sanctificet nos dñe, q̃s, qua paſti ſumus, menſa celeſtis: et a cunctis erroribus expiatos ſupernis promiſſionibus reddat acceptos, Per. Super populũ. orõ.

Concede, queſumus oṗs de⁹: vt qui protectionis tue gratiã querimus: liberati a malis omnibus ſecura tibi mente ſeruiam⁹, Per. Feria quinta. Introitus.

Salus populi ego ſum, dicit dñs: de quacũq; tribulatione clamauerint ad me exaudiã eos: et ero illoꝝ dñs in perpetuũ. ℣ Attendite popule meus legẽ meã: inclinate aurẽ veſtrã in verba oris mei. Glia pri. Orõ.

Magnificet te dñe ſanctorum tuorum Coſme et Damiani beata ſolennitas: qui et illis gloriam ſempiternam, ꝛ opem nobis ineffabili prouidẽtia contuliſti, P.

Lectio Hieremie prophete. vij. a.

In diebus illis, Fact⁹ eſt ſermo dñi ad me, dicẽs, Sta in porta domus dñi, ꝛ predica ibi verbũ iſtud, ꝛ dic, Audite verbum dñi om̃is iudã, q̃ ingredimini ꝑ portas has vt adoretis dñm. Hec dicit domin⁹ de⁹ exercituũ deus iſrael. Bonas facite vias vr̃as, ꝛ ſtudia vr̃a: ꝛ habitabo vobiſcũ ĩ loco iſto. Nolite cõfidere in verbis mẽdacij, dicẽtes, Templũ dñi, templũ dñi, templum dñi eſt. Qm̃ ſi benedixeritis vias veſtras et ſtudia veſtra: et ſi feceritis iudiciũ inter virum et proximum eius, aduene ꝛ pupillo ꝛ vidue nõ feceritis calumniã, nec ſanguinẽ innocentẽ effuderitis in loco iſto, ꝛ poſt deos alienos nõ ambulaueritis in malũ vobiſmetipis: habitabo vobiſcũ in loco iſto, in terra quã dedi p̄rib⁹ vr̄is a ſclo ꝛ vſq; in ſclm, dicit dñs oṗs. Gra. Oculi hoim in te ſperant dñe: et tu das illis eſcam in tempore opportuno. ℣. Aperis tu



59

manũ tuã, et imples omne animal be/
nedictione. Scd̃m Joannem.vj.d.

IN illo tẽpore, Dixit dñs Je
ſus turbis iudeorũ, Opera/
mini non cibũ qui perit, ſed qui per
manet in vitã eternã, quẽ filius ho
minis dabit vobis. Hunc enim pa
ter ſignauit de⁹. Dixerunt ergo ad
eũ, Quid faciem⁹ vt operemur ope
ra dei? Reſpondit ieſus, ⁊ dixit eis,
Hoc eſt opus dei, vt credatis in eũ
quem miſit ille. Dixerunt ergo ei,
Quod ergo tu faci⁹ ſignũ, vt videa
mu⁹ ⁊ credam⁹ tibi? quid operaris?
pſal. Patre⁹ noſtri mãducauerũt man
77. na in deſerto, ſicut ſcriptũ eſt, Pa/
ſap. nẽ de celo dedit eis mãducare. Di/
16. xit ergo eis ieſus. Amen amẽ dico
vobis, non moyſes dedit vobis pa
nẽ de celo, ſed pater me⁹ dat vobis
panẽ de celo verũ. Panis enim ve
rus eſt qui de celo deſcẽdit, ⁊ dat vi
tã mũdo. Dixerũt ergo ad eũ, Do
mine, ſemp̄ da nobis panẽ hũc. Di
xit aũt eis ieſus, Ego ſum panis vi
te. Qui venit ad me, nõ eſuriet. Et
qui credit in me, nõ ſitiet in eternũ.

Offer. Si ambulauero in medio tribulationis, viuificabis me dñe: ⁊ ſuper irã inimicorũ meorũ extẽdiſti manum tuã, ⁊ ſaluũ me fecit dextera tua. Sec.

IN tuorũ dñe precioſa morte iuſtorũ ſacrificiũ illud offerimus: de quo martyriũ ſumpſit omne principiũ, P. Co. Tu mandaſti, mãdata tua cuſtodiri nimis: vtinã dirigãtur vie mee ad cuſtodiẽdas iuſtificationes tuas. Poſtcõmunio. Oro.

SIt nobis dñe ſacramenti tui certa ſaluatio: que cũ beatorũ tuorũ coſme et damiani meritis imploratur, P. Sup populũ orõ.

SUbiectũ tibi populũ, q̃s dñe, propitiatio celeſtis amplificet: et tuis ſemp̄ faciat ſeruire mandatis, Per. Feria.vj. Introitus.

FAc mecũ dñe ſignũ in bonũ, vt videant qui me oderũt et cõfundãtur: qm̃ tu dñe adiuuiſti me ⁊ conſolatus es me. V. Inclina dñe aurẽ tuã ⁊ exaudi me: qm̃ inops ⁊ paup̄ ſum ego.

IEiunia nr̃a, Oro. Gl'ia pa. q̃s dñe, benigno fauore proſequere: vt ſicut ab alimentis abſtinemus in corpe: ita a vitijs ieiunem⁹ in mẽte, P. Lcõ lib. Nũe. xx. a.

IN diebus illis, Venerunt filij iſrael ad moyſen ⁊ aaron: ⁊ verſi in ſeditionẽ, dixerũt, Utinã periſſemus inter fratres noſtros corã dño. Cur eduxiſtis eccleſiam dñi in ſolitudinẽ, vt ⁊ nos ⁊ noſtra iumẽta moriamur? Quare nos feciſtis aſcendere de egypto, ⁊ eduxiſtis in locũ iſtũ peſſimũ, qui ſeri nõ poteſt, q̃ nec ficũ gignit, nec vineas, nec malogranata, inſup ⁊ aquã nõ habet ad bibendum? Ingreſſuſq; moyſes ⁊ aaron dimiſſa multitudine in tabernaculum federis, corruerunt proni in terrã, clamaueruntq; ad dñm, atq; dixerũt, Dñe deus audi clamorẽ populi hui⁹, ⁊ aperi eis

theſaurũ tuũ fontẽ aque viue, vt ſa tiati ceſſet murmuratio eorum. Et apparuit gloria dñi ſup eos. Locutuſq; eſt dñs ad moyſen, dicẽs, Tolle virgã, ⁊ cõgrega populum tu ⁊ aaron frater tuus, et loquimini ad petrã corã eis, et illa dabit aquas. Cũq; eduxeris aquam de petra, bibet oĩs multitudo ⁊ iumenta eius. Tulit igit moyſes virgã, que erat in cõſpectu dñi, ſicut preceperat ei, cõgregata mltitudine ante petrã, dixit eis, Audite rebelles ⁊ incredu li, Num de petra hac vobis aquã poterimus eiicere? Cũq; eleuaſſet moyſes manũ, percutiẽs virga bis ſilicẽ, egreſſe ſunt aque largiſſime, ita vt popul⁹ biberet et iumẽta. Dixitq; dñs ad moyſen et aarõ, Quia nõ crediditis mihi, vt ſanctificare tis me corã filijs iſrael, nõ introducetis hos populos in terrã quã dabo eis. Hec eſt aqua contradictionis, vbi iurgati ſunt filij iſrael cõtra dñm, et ſanctificat⁹ eſt in eis. Gra.

In deo ſperauit cor meum ⁊ adiutus ſum ⁊ refloruit caro mea: ⁊ ex volũtate mea cõfitebor illi. ℣. Ad te dñe clamaui deus meus: ne ſileas, ne diſcedas a me. Secundũ Joannẽ. iiij.a.

In illo tẽpore, Venit dñs ieſus in ciuitatẽ ſamarie que dicitur Sychar: iuxta prediũ qđ dedit Jacob, Joſeph filio ſuo. Erat aũt ibi fons iacob. Jeſus aũt fatigatus ex itinere, ſedebat ſic ſuper fontẽ. Hora aũt erat quaſi ſexta. Venit autẽ mulier de ſamaria haurire aquã. Dicit ei ieſus, Da mihi bibere. Diſcipuli enim eius abierãt in ciuitatem vt cibos emerẽt. Dicit ergo ei mulier illa ſamaritana, Quomodo tu iudeus cũ ſis, bibere a me poſcis, que ſum mulier ſamaritana? Nõ enim coutuntur iudei ſamaritanis. Reſpõdit ieſus, ⁊ dixit ei, Si ſcires donũ dei, ⁊ quis eſt q̃ dicit tibi, da mihi bibere: tu forſitan petiſſes ab eo, ⁊ dediſſet tibi aquã viuã. Dicit ei mulier, Dñe, neq; in quo haurias habes, ⁊ puteus altus eſt: vnde ergo habes aquã viuã? Nunquid tu maior es p̃re nr̃o iacob, qui dedit nobis puteũ, ⁊ ipſe ex eo bibit, ⁊ filij ei⁹, ⁊ pecora ei⁹? Rñdit ieſus, ⁊ dixit ei, Omnis qui bibit ex aqua hac, ſitiet iterum: qui aũt biberit ex aqua quã ego dabo ei, non ſitiet in eternũ: ſed aqua quã ego dabo ei, fiet in eo fons aque ſaliẽtis in vitã eternã. Dicit ad eũ mulier, Dñe, da mihi hãc aquã: vt nõ ſitiã, neq; veniã huc haurire. Dicit ei ieſus, Vade, voca virũ tuum, ⁊ veni huc. Reſpõdit mulier, ⁊ dixit, Non habeo virũ. Dicit ei ieſus, Bene dixiſti, quia nõ habeo virum. Quinq; enim viros habuiſti: ⁊ nũc quẽ habes nõ eſt tuus vir. Hoc vere dixiſti. Dicit ei mulier, Dñe, video q̃a propheta es tu, Patres noſtri in mõte hoc adorauerũt: ⁊ vos dicitis quia hieroſolymis eſt loc⁹ vbi adorare oportet. Dicit ei Jeſus, Mu

60

lier, crede mihi qꝛ venit hora quan-
do neqꝫ in monte hoc, neqꝫ in hiero
ſolymis adorabitis patrē. Vos a-
doratis qđ neſcitis: nos adoramuꝰ
quod ſcimꝰ, quia ſalꝰ ex iudeis eſt.
Sed venit hora et nunc eſt, quādo
veri adoratores adorabūt patrē in
ſpū et veritate. Nam ⁊ pater tales
querit, q̄ adorēt eū. Spūs eſt deus:
⁊ eos q̄ adorāt eū, in ſpū et veritate
oportet adorare. Dicit ei mulier,
Scio qꝛ meſſiaſ venit, q̄ dicit̃ chri-
ſtꝰ. Cū ergo venerit, ille annuncia
bit nobis oīa. Dicit ei ieſus, Ego
ſum qui loquor tecū. Et cōtinuo ve
nerūt diſcipuli eius: ⁊ mirabantur
quia cū muliere loquebat̃. Nemo
tamē dixit, quid queris, aut quid lo
queris cū ea? Reliquit ergo hydriā
ſuā mulier: et abijt in ciuitatē, et di
cit hominibꝰ illis, Venite, ⁊ videte
hominē qui dixit mihi omnia que-
cunqꝫ feci. Nūquid ipſe eſt chriſtꝰ?
Exierunt ergo de ciuitate, et venie
bant ad eū. Interea rogabant eū
diſcipuli dicentes, Rabbi, mandu
ca. Ille autē dixit eis, Ego cibum
habeo manducare quem vos neſci
tis. Dicebant ergo diſcipuli adin-
uicem. Nunquid aliquis attulit ei
manducare? Dicit eis ieſus, Meꝰ
cibus eſt vt faciam voluntatē eius
qui miſit me: vt perficiā opus eius.
Nōne vos dicitis ꝙ adhuc quatu-
or menſes ſunt, ⁊ meſſis venit? Ec
ce, dico vobis, leuate oculos vr̄os,
et videte regiōes, quia albe ſunt iā
ad meſſem. Et qui metit, mercedē
accipit, et congregat fructū in vitā
eternā: vt ⁊ qui ſeminat, ſimul gau
deat et qui metit. In hoc enim eſt
verbū verū: quia alius eſt qui ſemi
nat, ⁊ aliꝰ qui metit. Ego miſi vos
metere quod vos non laboraſtis.
Alij laborauerunt: et vos in labo-
res eorū introiſtis. Ex ciuitate au-
tē illa multi crediderunt in eum ſa-
maritanorū, propter verbū mulie-
ris teſtimoniū perhibentis, quia di
xit mihi oīa quecūqꝫ feci. Cū ve-
niſſent ergo ad illū ſamaritani, ro-
gauerūt eū vt ibi maneret. Et mā-
ſit ibi duos dies. Et multo plures
crediderunt in eū propter ſermonē
eius. Et mulieri dicebāt, quia iam
non propter tuam loquelam credi
mus, ipſi enim audiuimuſ, ⁊ ſcimꝰ,
quia hic eſt vere ſaluator mundi.

Offert. Intende voci orationis mee
rex meus ⁊ deus meus, qm̄ ad te orabo
dn̄e. ℣. Verba mea auribꝰ percipe dn̄e,
intellige clamorē meum et exaudi me.

REſpice dn̄e ꝓpitiꝰ Secret.
ad munera que ſacramuſ: vt
et tibi grata ſint: ⁊ nobis ſalutaria
ſemper exiſtant. Per. Cōm. Qui
biberit aquā, quā ego dabo, dicit dn̄s
ſamaritane, fiet in eo fons aque ſalien
tis in vitam eternam. Poſtcōmu.

HUius nos dn̄e perceptio ſa-
cramenti mūdet a crimine: ⁊
ad celeſtia regna perducat. Per.

PReſta, q̄s Sup ppl'm orō.
ops deus, vt qui in tua prote

ctione confidimus, cũcta nobis aduerſantia te adiuuante vincamus, Per.

## Sabbato. Introitus.

Verba mea auribus percipe domine: intellige clamorem meum, intende voci orationis mee. ℣. Quoniam ad te orabo domine: mane exaudies vocem meam. Gloria patri et filio, et ſpiritui ſancto. Sicut erat ĩ principio et nunc et ſemper. ⁊c.

## Oratio.

Preſta, queſumus omnipotens deus, vt qui ſe affligendo, carnem ab alimentis abſtinẽt, ſectando iuſtitiam a culpa ieiunẽt, Per dñm noſtrum ieſum chriſtũ.

## Lectio Danielis prophete. xiii.a.

In diebus illis, Erat vir in Babylõne, et nomẽ eius ioacim: Et accepit vxorem nomine ſuſannam filiam helcie, pulchram nimis, et timẽtem deum. Parentes enim illius cum eſſent iuſti, erudierunt filiam ſuam ſecundum legem Moyſi. Erat autem Joacim diues valde, et erat ei pomarium vicinum domui ſue: et ad ipſum cõfluebant iudei, eo ꝙ eſſet honorabilior omnium. Et conſtituti ſunt duo ſenes iudices in illo anno, de quibus locutus eſt domin⁹, Quia egreſſa eſt iniquitas de Babylone a ſenioribus iudicibus, qui videbantur regere populum. Jſti frequentabãt domum Joacim, et veniebant ad eos omnes qui habebant iudicia. Cum autem populus reuertiſſet per meridiẽ, ingrediebatur Suſanna, et deambulabat in pomario viri ſui. Et videbant eam ſenes quotidie ingredientem et deambulantem, et exarſerunt in concupiſcentiam eius. Et euerterunt ſenſum ſuum, et declinauerũt oculos ſuos vt non viderent celum, neqꝫ recordarẽtur iudiciorũ iuſtorum. Erãt ergo ambo vulnerati amore eius, nec indicauerunt viciſſim ſibi dolorem ſuum: erubeſcebant enim indicare ſibi cõcupiſcentiam ſuam, volentes concumbere cum ea. Et obſeruabant quotidie ſolicitius videre eam. Dixitqꝫ alter ad alterum, Eamus domum, quia hora prandij eſt. Et egreſſi receſſerunt a ſe. Cumqꝫ reuertiſſent venerunt in vnum: Et ſciſcitantes adinuicem cauſam, confeſſi ſunt concupiſcentiam ſuam: Et tũc in communi ſtatuerunt tempus quando eam poſſent inuenire ſolã. Factum eſt autem cum obſeruarẽt diem aptum, ingreſſa eſt aliquando ſicut heri et nudiuſtertius, cum duabus ſolis puellis, voluitqꝫ lauari in pomario. Eſtus quippe erat: ⁊ non erat ibi quiſq̃, preter duos ſenes abſcõditos et contemplantes eam. Dixit ergo puellis, Afferte mihi oleũ, et ſmigmata, et oſtia pomarij claudite, vt lauer. Et fecerũt ſicut p̃ceperat: Clauſerũtqꝫ oſtia pomarij: ⁊ egreſſe ſunt ꝑ poſticũ vt afferrẽt q̃ iuſſerat. Neſciebatqꝫ ſenes intus

eſſe abſcōditos. Cum autē egreſſe
eſſent puelle, ſurrexerūt duo ſenes,
⁊ accurrerūt ad eā, et dixerūt, Ecce
oſtia pomarij clauſa ſunt, et nemo
nos videt, ⁊ nos in cōcupiſcētia tui
ſum⁹: quā ob rē aſſentire nobis, et
comiſcere nobiſcū. Quod ſi nolue-
ris, dicemus cōtra te teſtimoniū ꝙ
fuerit tecum iuuenis, ⁊ ob hāc cau-
ſam emiſeris puellas a te. Inge-
muit ſuſanna, ⁊ ait, Anguſtie mihi
ſūt vndiqꝫ. Si enī hoc egero, mors
mihi eſt: ſi aūt nō egero, nō effugiā
manus vr̃as. Sed melius eſt mihi
abſqꝫ ope incidere in manus vr̃as,
ꝙ̃ peccare in cōſpectu dñi. Et excla
mauit voce magna ſuſanna: excla-
mauerūt aūt ⁊ ſenes aduerſus eā.
Et cucurrit vn⁹ ad oſtia pomarij,
⁊ aperuit. Cū ergo audiſſēt clamo
rē famuli domus in pomario, irrue
rūt ꝑ poſticū, vt viderēt quidnam
eſſet. Poſtꝙ̃ aūt ſenes locuti ſunt,
erubuerunt ſerui vehemēter: quia
nunꝙ̃ dictus fuerat ſermo huiuſcē
modi de ſuſanna. Et facta eſt dies
craſtina. Cūqꝫ veniſſet popul⁹ ad
Joacim virū eius, venerunt ⁊ duo
preſbyteri pleni iniqua cogitatiōe
aduerſus ſuſannā, vt interficerent
eā. Et dixerūt corā populo. Mitti
te ad ſuſannā filiā helcie vxorē ioa
cim. Et ſtatim miſerunt. Et venit
cū parentibus, et filijs, ⁊ vniuerſis
cognatis ſuis. Porro ſuſanna erat
delicata nimis, ⁊ pulchra ſpecie. At
iniqui illi iuſſerūt vt diſcooperiret
(Erat enim cooperta) vt, vel ſic, ſa
tiarētur decore ei⁹. Flebāt igit̃ ſui
et om̄es qui nouerāt eā. Cōſurgen
tes aūt duo preſbyteri in medio po
puli, poſuerūt manus ſuas ſuꝑ ca-
put ei⁹. Que flens, ſuſpexit ad celū
(Erat enī cor ei⁹ fiduciā habens in
dño) Et dixerūt preſbyteri, Cū de
ambularemus in pomario ſoli, in-
greſſa eſt hec cū duabus puellis: et
clauſit oſtia pomarij, ⁊ dimiſit a ſe
puellas. Venitqꝫ ad eā adoleſcēs
qui erat abſcōditus, ⁊ concubuit cū
ea. Porro nos cū eſſem⁹ in angu-
lo pomarij, videntes iniquitatē cu-
currim⁹ ad eos: ⁊ vidim⁹ eos pari-
ter cōmiſceri. Et illū quidē nō qui-
uimus cōprehendere quia fortior
nobis erat, et aperto oſtio exiliuit:
hanc aūt cū apprehendiſſemus, in
terrogauim⁹, quiſnam eſſet adole-
ſcēs, et noluit indicare nobis. Hui⁹
rei teſtes ſum⁹. Credidit eis multi
tudo quaſi ſenibus ⁊ iudicib⁹ popu
li, et cōdemnauerūt eam ad mortē.
Exclamauit autē voce magna ſu-
ſanna, ⁊ dixit, Deus eterne, qui ab
ſcōditorū es cognitor, qui noſti om
nia anteꝙ̃ fiant, tu ſcis qm̄ falſum
teſtimoniū tulerūt cōtra me. Et ec
ce morior, cū nihil horū fecerim que
iſti malicioſe cōpoſuerūt aduerſū
me. Exaudiuit aūt dñs vocē eius.
Cūqꝫ duceretur ad mortē, ſuſcita-
uit dñs ſpūm ſanctū pueri iunioris,
cui nomen daniel: Et exclamauit
voce magna, Mūd⁹ ego ſum a ſā-

guine huius. Et conuerſus oīs populus ad eū, dixit, Quis eſt ſermo iſte quē tu locutus es? Qui cū ſtaret in medio eorū, ait, Sic fatui filij iſrael, nō iudicantes, neqꝫ quod verū eſt cognoſcētes, cōdemnaſtis filiā iſrael? Reuertimini ad iudiciū, qꝛ falſum teſtimoniū locuti ſūt aduerſus eam. Reuerſus eſt ergo populus cū feſtinatione, et dixerūt ei ſenes, Ueni, ⁊ ſede in medio nr̄m, ⁊ indica nobis: qꝛ tibi deus dedit honorē ſenectutis. Et dixit ad eos daniel, Separate illoꝰ adinuicē pcul, ⁊ dijudicabo eos. Dum ergo diuiſi eſſēt alter ab altero, vocauit vnū de eiꝰ, ⁊ dixit ad eū, Inueterate dierū malorū, nūc venerūt pcta tua q̄ opabarisꝰ priꝰ, iudicās iudicia iniuſta, innocētes opprimēs ⁊ dimittēs
Exo. noxios, dicēte dn̄o, innocētē ⁊ iuſtū
25.a. nō interficies. Nunc ergo ſi vidiſti eā: dic ſub qua arbore videris eos colloquētes ſibi? Qui ait, Sub ſchino. Dixit aūt daniel, Recte mētitꝰ es in caput tuū: ecce enim angelus dei accepta ſententia ab eo, ſcindet te mediū. Et amoto eo iuſſit venire aliū, ⁊ dixit ei, Semē chanaan, ⁊ nō iuda, ſpecies decepit te: et concupiſcentia ſubuertit cor tuū: ſic faciebatis filiabus iſrael, ⁊ ille timētes loquebātur vobiꝰ: ſed filia iuda nō ſuſtinuit iniquitatē veſtrā. Nūc ergo dic mihi ſub qua arbore cōprehenderis eos loqntes ſibi? Qui ait, Sub p̄no. Dixit aūt ei daniel, Recte mētitꝰ es et tu in caput tuū: manet enim angelus dn̄i gladium habēs, vt ſecet te mediū, et interficiat vos. Exclamauit itaqꝫ om̄is cetus voce magna, ⁊ benedixerunt deum qui ſaluat ſperantes in ſe. Et conſurrexerunt aduerſus duos preſbyteros (conuicerat enim eos daniel ex ore ſuo falſum dixiſſe teſtimoniū) Fecerūtqꝫ eis ſicut male egerant aduerſuꝰ proximā, vt facerent ſcd̄m legem moyſi: et interfecerunt eos, ⁊ ſaluatus eſt ſanguis innoxiꝰ in die illa. Gra. Si ambulem in medio vmbre mortis, non timebo mala: quoniam tu mecum es dn̄e. ℣. Uirga tua et baculus tuus ipſa me conſolata ſunt. Secūdum Joannem. viij. a.

In illo tempore, Perrexit ieſuꝰ in montē oliueti: ⁊ diluculo iterum venit in templū, et oīs populus venit ad eum, ⁊ ſedens docebat eos. Adducūt aūt ſcribe et phariſei mulierē in adulterio deprehenſam: ⁊ ſtatuerunt eā in medio, et dicunt ei, Magiſter, hec mulier modo deprehēſa eſt in adulterio. In lege autē, moyſes mandauit nobiꝰ huiuſmodi lapidare. Tu ergo qd dicis? Hec aūt dicebant tentantes eū: vt poſſent accuſare eum. Jeſus aūt inclinās ſe deorſum, digito ſcribebat in terrā. Cū ergo perſeuerarent interrogātes eū: erexit ſe, et dixit eiꝰ, Qui ſine peccato eſt veſtrū, primꝰ in illā lapidē mittat. Et iterū ſe inclinās ſcribebat in terram,

Audiẽtes autẽ hec, vnus poſt vnũ
exibant, incipientes a ſenioribus: et
remãſit ſolus ieſus, ꝛ mulier in me-
dio ſtans. Erigẽs aũt ſe ieſus, dixit
ei, Mulier vbi ſunt q̃ te accuſabãt,
Nemo te cõdemnauit? Que dixit,
Nemo dñe. Dixit autẽ ieſus, Nec
ego te condemnabo. Uade, et iam
amplius noli peccare. Offertoriũ.
Greſſus meos dirige ſcd̃m eloquiũ tuũ,
vt nõ dñetur mei oĩs iniuſtitia dñe.
Concede, q̃s ops de⁹: Secre.
vt hui⁹ ſacrificij mun⁹ obla
tum fragilitatem noſtrã ab omni
malo purget ſemper ꝛ muniat, P.
Cõmu. Nemo te condemnauit mu-
lier? nemo dñe. Nec ego te condẽnabo:
iam amplius noli peccare. Poſtcõ.
Queſumus ops deus, vt inter
eius mẽbra numeremur, cui⁹
corpori communicamus et ſangui-
ni, Qui tecũ. Sup populũ oratio.
Pretende dñe fidelibus tuis
dexterã celeſtis auxilij: vt te
toto corde perquirant: ꝛ que digne
poſtulant, conſequi mereantur, P.
Dñica. iiij. Quadrageſime. Int.
L Etare hieruſalẽ et conuẽ-
tũ facite oẽs qui diligitis
dñm: gaudete cũ letitia q̃
in triſtitia fuiſtis: vt exul
tetis ꝛ ſatiemini ab vberibus cõſolatio
nis vr̃e. ℣. Letatus ſum in his q̃ dicta
ſunt mihi: in domũ dñi ibim⁹. Gloria.
Concede, q̃s ops de⁹, Orõ.
vt qui ex merito noſtre actio
nis affligimur: tue gratie cõſolatio
ne reſpiremus, P. Lcĉo epl̃e beati
Pauli apl̃i ad Galathas. iiij. c.
F Ratres, Scriptũ eſt quoniã
abrahãm duos filios habuit:
vnum de ancilla, ꝛ vnum de libera.
Sed qui de ancilla: ſcd̃m carnẽ na-
tus eſt. Qui autẽ de libera: per re-
promiſſionẽ: q̃ ſunt per allegoriam
dicta. Hec enim ſunt duo teſtamen
ta. Unũ quidẽ in mõte Siná, in ſer
uitutẽ generans: que eſt agar (Si-
ná enim, mons eſt in Arabia: q̃ con
iunctus eſt ei, que nunc eſt hieruſa
lẽm) et ſeruit cũ filijs ſuis. Illa aũt
que ſurſum eſt hieruſalẽ, libera eſt:
que eſt mater noſtra. Scriptũ eſt
enim, Letare ſterilis, q̃ non paris:
erumpe ꝛ clama que non parturis:
qꝛ multi filij deſerte, magis q̃ eius
que habet virũ. Nos autẽ fratres
ſcd̃m iſaac promiſſionis filij ſum⁹.
Sed queadmodũ tunc is qui ſcd̃m
carnẽ natus fuerat, perſequebatur
eũ qui ſcd̃m ſpũm: ita ꝛ nunc. Sed
quid dicit ſcriptura? Eijce ancillã gen.
ꝛ filium eius. Non enim heres erit 21. a.
filius ancille cũ filio libere. Itaqꝫ
fratres, non ſumus ancille filij, ſed
libere: qua libertate chriſtus nos li
berauit. Grad. Letatus ſum in his
que dicta ſunt mihi, in domum dñi ibi
mus. ℣. Fiat pax in virtute tua ꝛ abun
dantia in turribus tuis. Tract. Qui
confidunt in dño, ſicut mons ſion non
commouebitur in eternũ, qui habitat
in hieruſalẽ. ℣. Mõtes in circuitu ei⁹,
ꝛ dñs in circuitu populi ſui ex hoc nũc

⁊ vſq; in ſcl'm. Scḋm Joannē .vj. a.

IN illo tempore, Abijt Jeſuꝰ trans mare galilee, quod eſt tiberiadis: et ſequebatur eū multitudo magna: qꝛ videbāt ſigna q̄ faciebat ſuper his qui infirmabātur. Subijt ergo in montē ieſus: ⁊ ibi ſedebat cū diſcipulis ſuis. Erat autē proximū paſcha, dies feſtus iudeorū. Cū ſubleuaſſet ergo oculos ieſus, ⁊ vidiſſet quia multitudo maxima venit ad eū, dicit ad philippū, Undeememꝰ panes vt manducēt hi? Hoc autē dicebat tentanſ eum. Ipſe enim ſciebat quid eſſet facturus. Reſpōdit ei philippus, Ducētorū denariorū panes nō ſufficiunt eis, vt vnuſquiſq; modicū quid accipiat. Dicit ei vnus ex diſcipulis eiꝰ andreas, frater ſimonis petri, Eſt puer vnus hic, qui habet quinq; panes hordeaceoſ ⁊ duos piſceſ: Sed hec quid ſunt inter tātos? Dicit ergo ieſus, Facite hoīes diſcumbere. Erat aūt fenū multū i loco. Diſcubuerūt ergo viri nūero quaſi quinq; milia. Accepit ergo ieſus panes: ⁊ cū grās egiſſet, diſtribuit diſcūbentibus. Similiter ⁊ ex piſcibus quātū volebāt. Ut aūt impleti ſunt, dicit diſcipulis ſuis, Colligite que ſuperauerunt fragmēta, ne pereant. Collegerunt ergo, et impleuerunt duodecim cophinos fragmentorū ex quinq; panibus hordeaceis que ſuperfuerunt his qui manducauerāt. Illi ergo homines cū vidiſſent quod ieſus fecerat ſignū, dicebant, Quia hic eſt vere propheta qui vēturus eſt in mūdū. Credo.

Offer. Laudate dñm, quia benignꝰ eſt: pſallite nomini eius, qm̄ ſuauis eſt: omnia quecūq; voluit fecit in celo et in terra.

Sec. Sacrificijs p̄ſentibꝰ dñe, q̄s, intēde placatus, vt ⁊ deuotioni nr̄e proficiant et ſaluti, P.

Cōm. Hieruſalē que edificatꝛ vt ciuitas, cuiꝰ participatio eius in idipſum. Illuc enim aſcēderūt tribus tribꝰ dñi ad cōfitendū noī tuo dñe.

Poſtcōm. Da nobiſ, q̄s miſericorſ deꝰ, vt ſcta tua, qbꝰ inceſſanter iplemur: tractemꝰ ſyncēris obſequijs, ⁊ fideli mente ſemper ſumamus, P.

Feria .iij. Int. Deus in noie tuo ſaluū me fac, et in virtute tua iudica me: deus exaudi orōnem meā. ℣. Qm̄ alieni iſurrexerūt aduerſum me, ⁊ fortes queſierūt aīam meā: ⁊ nō propoſuerūt deū ante cōſpectū ſuū. Glia.

Oro. Preſta, q̄ſ ops deꝰ, vt obſeruatiões ſacras annua deuotione recolētes ⁊ corpore tibi placeamus ⁊ mēte, P.

Lcō lib. iij. Reg. iij. c. IN diebꝰ illis, Uenerūt due mulieres meretrices ad regē ſalomōnē: ſteteruntq; corā eo, quarū vna ait, Obſecro mi dñe, ego ⁊ mulier hec habitabamus in domo vna, et peperi apud eam in cubiculo. Tertia aūt die poſtq̄ ego peperi: peperit ⁊ hec. Et erāmus ſimul, nulluſq; aliꝰ nobiſcum in domo, exceptiꝰ no

bis duabus. Mortuus eſt autē filius mulieris huiꝰ nocte, dormiens quippe oppreſſit eū. Et cōſurgens in tēpeſte noctis ſilentio, tulit filiū meū de latere meo ancille tue dormiētis, ⁊ collocauit in ſinu ſuo: ſuū autē filiū, qui erat mortuus, poſuit in ſinu meo. Cūq; ſurrexiſſem mane, vt darē lac filio meo, apparuit mortuꝰ: quē diligētius intuens clara luce, deprehēdi nō eſſe meū quē genuerā. Reſponditq; altera mulier, Nō eſt ita vt dicis, ſed filiꝰ tuꝰ mortuꝰ eſt, meus aūt viuit. E contrario illa dicebat, Mētiris: filius quippe meꝰ viuit, ⁊ filius tuus mortuus eſt. Atq; in hunc modū cōtendebant corā rege. Tūc rex ait, Hec dicit, filius meus viuit, et filius tuꝰ mortuus eſt: Et iſta reſpōdit, Nō, ſed filius tuus mortuꝰ eſt, meꝰ autē viuit. Dixit ergo rex, Afferte mihi gladiū. Cūq; attuliſſent gladiū corā rege, Diuidite, inq̄t, infantē viuum in duas partes, ⁊ date dimidiā partē vni, ⁊ dimidiā partē alteri. Dixit aūt mulier cuius filiꝰ erat viuꝰ ad regē (cōmota ſunt quippe viſcera eius ſup̄ filio ſuo) Obſecro dñe, date illi infantē viuū, et nolite interficere eū. E contrario illa dicebat, Nec mihi, nec tibi ſit, ſed diuidatur. Reſpondit rex, et ait, Date huic infantē viuum, ⁊ non occidat: hec eſt enim mater eius. Audiuit itaq; omīs iſrael iudiciū qđ iudicaſſet rex, ⁊ timuerūt regem, videntes ſapientiā dei eſſe in eo ad faciendū iudiciū. Gra. Eſto mihi in deū protectorē et in domū refugij: vt ſaluū me facias. ℣. Deꝰ in te ſperaui dñe nō cōfundar ineternū. Scđm Joannē.ij.c.

In illo tēpe, Prope erat paſcha iudeorū, et aſcēdit ieſus hieroſolymā: ⁊ inuenit in tēplo vēdentes oues ⁊ boues ⁊ colūbas, et numularios ſedētes. Et cū feciſſet quaſi flagellū de funiculis, oēs eiecit de tēplo, oues q̄z et boues, et numulariorū effudit es, ⁊ mēſas ſubuertit. Et his qui columbas vendebāt, dixit, Auferte iſta hinc: ⁊ nolite facere domū patriꝰ mei, domum negotiatiōis. Recordati vero ſunt diſcipuli eiꝰ, quia ſcriptū eſt, Zelus domus tue comedit me. Reſpōderūt ergo iudei, ⁊ dixerunt ei, Qđ ſignū oſtēdis nobis quia hec facis? Reſpōdit ieſus, ⁊ dixit eis, Soluite tēplū hoc, ⁊ in tribus diebus excitabo illud. Dixerūt ergo iudei, Quadraginta et ſex annis edificatū eſt templū hoc: ⁊ tu in tribus diebꝰ excitabis illud? Ille autē dicebat de tēplo corporis ſui. Cū ergo reſurrexiſſet a mortuis, recordati ſunt diſcipuli eius quia hoc dicebat, et crediderūt ſcripture, ⁊ ſermoni quē dixit ieſus. Cū aūt eſſet hieroſolymiꝰ in paſcha in die feſto, multi credidērunt in nomine eius, vidētes ſigna eius que faciebat. Ipſe autē ieſus nō credebat ſemetipm̄ eis: eo q̄ ipſe noſſet oīes, et quia opus ei non

erat: vt quis teſtimoniū perhiberet
de homie. Ipſe eñ ſciebat quid eſ-
ſet in homine. Offert. Iubilate deo
omnis terra, ſeruite dño in letitia, In
troite in cōſpectu eius in exultatione,
Scitote qm̄ dñs ipſe eſt deus. Secre.
OBlatū tibi dñe ſacrificiū viui
ficet nos ſemp̄ ⁊ muniat, P.
Cō. Ab occultis meis mūda me dñe
⁊ ab alienis parce ſeruo tuo. Poſtcō.
SUmptis dñe ſalutaribus ſa
cramētis ad redēptiōis eter
ne, qs, proficiamus augmentū, P.
DEprecatio- Sup ppl'm orō.
nē noſtrā, qs dñe, benignus
exaudi: ⁊ quibus ſupplicādi preſtas
affectum, tribue defenſionis auxi-
lium, Per. Feria tertia. Introit.
EXaudi deus orationē meā,
et ne deſpexeris depreca-
tionē meā: intēde in me
⁊ exaudi me. ℣. Contriſta
tus ſum in exercitatione mea: ⁊ cōtur-
batus ſum a voce inimici et a tribula-
tione peccatoris. Gloria patri. Orō.
SAcre nobis, qs dñe, obſerua
tionis ieiunia ⁊ pie conuerſa
tionis augmentū ⁊ tue propitiatio
nis cōtinuū preſtent auxilium, P.
Lectio libri Exodi. xxxij. b.
IN diebus illis, Locutus eſt
dñs ad moyſen, dicēs, Uade, deſcē
de, peccauit populus tuus quē edu
xiſti de terra egypti: receſſerūt cito
de via, quā oſtendiſti eis: fecerūtqꝫ
ſibi vitulū conflatilē, ⁊ adorauerūt,
atqꝫ immolantes hoſtias ei, dixe-
runt, Iſti ſunt dij tui iſrael, qui te
eduxerunt de terra egypti. Rur-
ſumqꝫ ait dñs ad moyſen, Cerno
qꝫ populus iſte, dure ceruicis ſit: di
mitte me, vt iraſcatur furor meus
cōtra eos, et deleā eos, faciamqꝫ te
in gentē magnam. Moyſes autē
orabat dñm deū ſuū, dicēs, Cur do
mine iraſcitur furor tuus cōtra po-
pulū tuū, quē eduxiſti de terra egy-
pti, in fortitudine magna, et in ma-
nu robuſta? Ne queſo dicant egy-
ptij, Callide eduxit eos, vt interfice
ret in montibus, et deleret e terra:
quieſcat ira tua, et eſto placabilis
ſup̄ nequitia populi tui. Recorda-
re abraham, iſaac, et iſrael ſeruorū
tuorum, quibus iuraſti per temet-
ipſum, dicens, Multiplicabo ſemē
veſtrum ſicut ſtellas celi: ⁊ vniuer-
ſam terram hanc, de qua locutus
ſum, dabo ſemini veſtro, et poſſide-
bitis eā ſemp̄. Placatuſqꝫ eſt dñs
ne faceret malū: quod locutus fue-
rat aduerſus populū ſuum. Grad.
Surge dñe, fer opē nobis ⁊ libera nos
propter nomen tuū. ℣. Deus auribus
noſtris audiuimus, patres noſtri an-
nunciauerunt nobis, opus quod ope-
ratus es in diebus eorum et in diebus
antiquis. Scđm Joannem. vij. b.
IN illo tēpe, Iā aūt die feſto
mediāte aſcēdit ieſus in tem
plū, ⁊ docebat. Et mirabant̄ iudei,
dicētes, Quomodo hic literas ſcit:
cū nō didicerit? Reſpōdit eis ieſus,
et dixit, Mea doctrina nō eſt mea,

ſed ei⁹ qui miſit me. Si quis voluerit voluntatē ei⁹ facere: cognoſcet de doctrina, vtrū ex deo ſit, an ego a me ipſo loquar. Qui a ſemetipſo loquit̄, gloriā ꝓpriā querit. Qui autē querit gloriā ei⁹ q̄ miſit eū: hic verax eſt, ⁊ iniuſtitia in illo nō eſt. Nōne moyſes dedit vobis legem: ⁊ nemo ex vobis facit legem? Quid me queritis interficere? Reſpōdit turba, et dixit, Demoniū habes: quis te querit interficere? Reſpondit ieſus, et dixit eis, Unum opus feci: et oēs miramini. Propterea moyſes dedit vobis circūciſionē: non q₂ ex moyſe eſt, ſed ex patrib⁹. Et in ſabbato circūciditis hominē. Si circunciſionē accipit homo in ſabbato vt nō ſoluat̄ lex moyſi: mihi indignamini quia totū hominē ſanū feci in ſabbato? Nolite iudicare ſcd'm faciē: ſed iuſtū iudiciū iudicate. Dicebāt ergo quidam ex hieroſolymis, Nonne hic eſt quē querūt interficere? Ecce, palā loquitur, et nihil ei dicunt. Nunquid vere cognouerunt principes q₂ hic eſt chriſtus? Sed hūc ſcim⁹ vnde ſit: chriſtu⁹ aūt cum venerit, nemo ſcit vnde ſit. Clamabat ergo Jeſus in templo docens, et dicens, Et me ſcitis, et vnde ſim ſcitis: et a me ipſo non veni: ſed eſt verus qui miſit me quem vos neſcitis. Ego ſcio eū: et ſi dixero quia neſcio eum, ero ſimilis vobis mendax. Sed ſcio eū: quia ab ipſo ſum, et ipſe me miſit. Querebant ergo eum apprehendere: et nemo miſit in illū manus: quia nondum venerat hora eius. De turba aūt multi crediderunt in eū. **Offer.** Expectās expectaui dñm et reſpexit me: et exaudiuit deprecationem meam: ⁊ immiſit in os meū canticū nouū, hymnū deo noſtro.

Hec hoſtia, q̄s dñe, **Secreta.** emūdet noſtra delicta: et ad ſacrificiū celebrandū ſubditorum tibi corpora menteſq₃ ſanctificet, P.

**Cōmu.** Letabimur in ſalutari tuo ⁊ in nomie dñi dei nr̄i magnificabimur.

Huius nos **Poſtcōmu. orō.** dñe ꝑceptio ſacramenti mūdet a crimine, et ad celeſtia regna perducat, Per. **Super pplm orō.**

Miſerere dñe populo tuo: et a cōtinuis tribulationibus laborantē propiti⁹ reſpirare cōcede, Per.

## Feria quarta. Introitus.

Dum ſanctificatu⁹ fuero in vobis, congregabo vos de vniuerſis terris: et effundā ſup vos aquā mundā ⁊ mūdabimini ab oibus inquinamētis veſtris: et dabo vobis ſpūm nouum. V. Benedicā dñm in omni tēpore: ſemꝑ laus eius in ore meo. Gloria. Hic dr Orem⁹ ſine Dñs vobiſcū, et poſtea dr Flectamus genua. **Oratio.**

Deus, qui ⁊ iuſti⁹ premia meritorū, et pctoribus per ieiuniū veniā prebes: miſerere ſupplicibus tuis: vt reat⁹ nr̄i cōfeſſio indulgentiā valeat percipere delictorū, P. **Lcō Ezechielis pphe. xxxvi. c.**

H Ec dicit dñs deus, Sanctificabo nomẽ meũ magnũ, qđ pollutũ eſt inter gẽtes: qđ polluiſtis in medio earũ, vt ſciant gẽtes quia ego dñs, ait dñs exercituum, cum ſanctificatus fuero in vobis coram eis. Tollã quippe vos de gẽtibus, et cõgregabo vos de vniuerſis terris, ⁊ adducam vos in terrã veſtrã. Et effundam ſuper vos aquã mũdam, et mundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris, ⁊ ab vniuerſis idolis veſtris mũdabo vos. Et dabo vobis cor nouum, et ſpiritum nouum ponam in medio veſtri: et auferam cor lapideum de carne veſtra, ⁊ dabo vobis cor carneũ, et ſpiritũ meũ ponam in medio veſtri: et faciam vt in preceptis meis ambuletis, et iudicia mea cuſtodiatis et operemini. Et habitabitis in terra quam dedi patribus veſtris: et eritis mihi in populum, et ego ero vobis in deũ, Dicit dñs omnipotens.

Grad. Venite filij, audite me: timorẽ domini docebo vos. ℣. Accedite ad eũ et illuminamini, et facies vr̃e nõ cõfundentur. Hic dicit Dñs vobiſcũ. ſine Flectamus genua. Oratio.

P Reſta, queſumus omnipotẽs deus, vt, quos ieiunia votiua caſtigant: ipſa quoqꝫ deuotio ſancta letificet: vt, terrenis affectibus mitigatis, facilius celeſtia capiamus, Per dñm noſtrũ ieſum chriſtum.

Lectio Eſaie prophete. j.c.

H Ec dicit dñs deus, Lauamini, mundi eſtote, auferte malum cogitationum veſtrarum ab oculis meis. Quieſcite agere peruerſe, diſcite benefacere, querite iudicium, ſubuenite oppreſſo, iudicate pupillo, defendite viduam, et venite ⁊ arguite me, dicit dñs. Si fuerint peccata veſtra vt coccinũ: quaſi nix dealbabũtur. Et ſi fuerint rubra quaſi vermiculus: velut lana, alba erũt. Si volueritis, et audieritis me, bona terre comedetis, Ait dñs ops.

Grad. Beata gens, cuius eſt dominus deus eorũ: beatus populus, quẽ elegit dñs in hereditatẽ ſibi. ℣. Verbo dñi celi firmati ſunt: et ſpiritu oris eius omnis virtus eorũ. Scdm Joãnẽ.ix.a.

I N illo tẽpore, Preteriens ieſus vidit hoiem cecũ a natiuitate: et interrogauerũt eũ diſcipuli eius, Rabbi, quis peccauit, hic, aut parẽtes eius, vt cecus naſceretur? Reſpondit ieſus, Neqꝫ hic peccauit, neqꝫ parẽtes eius: ſed vt manifeſtentur opera dei in illo. Me oportet operari opera eius qui miſit me, donec dies eſt, Venit nox, quando nemo poteſt operari. Quãdiu ſum in mũdo, lux ſum mundi. Hoc cum dixiſſet, expuit in terram: et fecit lutum ex ſputo, et liniuit lutum ſuper oculos eius, et dixit ei, Vade, laua in natatoria Siloe, quod interpretatur, miſſus. Abijt ergo ⁊ lauit: et venit videns. Itaqꝫ vicini et qui viderant eũ prius qꝫ mendicus erat, dicebãt, Nõnne hic eſt qui ſedebat

τ mēdicabat? Alij dicebāt, quia hic
eſt. Alij aūt, nequaq̄, ſed ſimilis eſt
ei. Ille vero dicebat, quia ego ſum.
Dicebāt ergo ei, Quomodo aper-
ti ſunt tibi oculi? Reſpondit, Ille
homo qui dicitur ieſus, lutum fecit,
et vnxit oculos meos, et dixit mihi,
Uade ad natatoriā Siloe: τ laua.
Et abij, et laui, et video. Dixerunt
ei, Ubi eſt ille? Ait, Neſcio. Addu-
cunt ad phariſeos eū qui dudum ce
cus fuerat. Erat aūt ſabbatū quā-
do lutū fecit ieſus, τ aperuit oculos
eius. Iterū ergo interrogabāt eū
phariſei quomodo vidiſſet. Ille au
tē dixit eis, Lutū mihi poſuit ſuper
oculos, τ laui: τ video. Dicebāt er-
go ex phariſeis quidā, Non eſt hic
homo a deo, qui ſabbatum non cu-
ſtodit. Alij autē dicebāt, Quomo-
do poteſt homo peccator hec ſigna
facere? Et ſchiſma erat inter eos.
Dicunt ergo ceco iterum, Tu quid
dicis de illo qui aperuit oculos tu-
os? Ille autē dixit, Quia prophe-
ta eſt. Non crediderunt ergo iudei
de illo quia cecus fuiſſet τ vidiſſet:
donec vocauerunt parentes eius,
qui viderat, et interrogauerūt eos,
dicentes, Hic eſt filius veſter, quem
vos dicitis quia cecus natus eſt?
Quomodo ergo nunc videt? Re-
ſponderunt eis parentes eius, τ di
xerunt, Scimus quia hic eſt filius
noſter, et quia cecus natus eſt: quo
modo autem nunc videat, neſcimus,
aut quis eius aperuit oculos nos

neſcimus, ipſum interrogate: etatē
habet, ipſe de ſe loquatur. Hec dixe
runt parētes eius, qm̄ timebant iu
deos. Iam enim cōſpirauerant iu
dei, vt ſi quis eū cōfiteretur eſſe chri
ſtū, extra ſynagogam fieret. Pro-
pterea parētes eius dixerūt, quia eta
tē habet, ipſum interrogate. Uoca
uerūt ergo rurſum hoīem q̄ fuerat
cecus, τ dixerunt ei, Da gl̄iam deo.
Nos ſcimus q̄a hic homo peccator
eſt. Dixit ergo eis ille, Si peccator
eſt, neſcio: Unū ſcio, quia cecus cum
eſſem, modo video. Dixerunt ergo
illi, Quid fecit tibi? Quomodo ape
ruit tibi oculos? Reſpōdit eis, Di-
xi vobis iā, τ audiſtis: Quid iterum
vultis audire? Nunquid τ vos vul
tis diſcipuli eius fieri? Maledixerūt
ergo ei: et dixerunt, Tu diſcipulus
illius ſis: nos autē moyſi diſcipuli
ſumus. Nos ſcimus quia moyſi lo
cutus eſt deus: hunc autē neſcimus
vnde ſit. Reſpondit ille homo, τ di
xit eis, In hoc enim mirabile eſt:
quia vos neſcitis vnde ſit, et ape-
ruit meos oculos. Scimus autem
quia peccatores deus nō audit: ſed
ſi quis dei cultor eſt, et voluntatem
eius facit, hūc exaudit. A ſeculo nō
eſt auditum quia quis aperuit ocu
los ceci nati. Niſi eſſet hic a deo, nō
poterat facere quicq̄. Reſponde-
runt, et dixerunt ei, In peccatis na
tus es totus: τ tu doces nos? Et eie-
cerūt eū foras. Audiuit ieſus quia
eiecerūt eū foras: et cum inueniſſet

eum, dixit ei, Tu credis in filiũ dei?
Reſpõdit ille, et dixit, quis eſt dñe,
vt credã in eũ? Et dixit ei ieſus, Et
vidiſti eũ: ꝛ q̃ loquitur tecũ, ipſe eſt.
At ille ait, Credo dñe. Et pꝛocidẽs
adoꝛauit eũ. Offer. Benedicite gẽ-
tes dñm deũ noſtrũ: ꝛ obaudite vocem
laudis eius, q̃ poſuit aĩam meã ad vitã
et non dedit cõmoueri pedes meos. be
nedict⁹ dñs qui nõ amouit depꝛecatio
nẽ meã ꝛ miſericoꝛdiã ſuã a me. Secr.

SUpplices dñe te rogam⁹, vt
his ſacrificijs pc̄ta nr̄a mun-
dẽtur, q꞉ tunc verã nobis tribuis ꝛ
mẽtis ꝛ coꝛpoꝛis ſanitatem, Per.
Cõm. Lutũ ex ſputo dñs fecit, et li-
niuit oculos meos: et abij, et laui, et vi-
di, et credidi deo. Poſtcõm. oꝛatio.

SAcramẽta q̃ ſumpſimu⁹ dñe
deus noſter, ꝛ ſpũalibus nos
repleãt alimẽtis, ꝛ coꝛpalib⁹ tuean
tur auxilijs, P. Super pplm oꝛo.

PAteãt aures miſericoꝛdie tue
dñe pꝛecibus ſupplicantiũ: ꝛ
vt petẽtibus deſiderata concedas,
fac eos, q̃ tibi ſunt placita, poſtula-
re, Per. Feria.v. Introitus.

LEtetur coꝛ q̃rentiũ dñm:
querite dñm ꝛ cõfirmami
ni: querite faciẽ eius ſem-
per. V. Confitemini dño
ꝛ inuocate nomẽ eius: annũciate inter
gẽtes opera eius, Glia patri. Oro.

PReſta, q̃s ops̃ deus, vt quos
ieiunia votiua caſtigant: ipſa
q̃z deuotio ſancta letificet: vt terre-
nis affectib⁹ mitigatis facilius ce-
leſtia capiamus, P. Lectio libri.iiij.

IN dieb⁹ illis, Regũ.iiij.c.
Uenit mulier Sulamitis ad
Eliſeum pphetã in montẽ carme-
li: Cũq꞉ vidiſſet eã vir dei econtra,
ait ad Giezi puerũ ſuũ, Ecce Sula
mitis illa. Uade ergo in occurſum
ei⁹, ꝛ dic ei, Recte ne agitur circa te,
ꝛ circa virũ tuũ, et circa filiũ tuum?
Que reſpõdit, Recte. Cũq꞉ veniſ-
ſet ad virũ dei in montẽ, appꝛehen-
dit pedes eius, et acceſſit Giezi vt
amoueret eã. Et ait homo dei, Di-
mitte illã: anima eius in amaritudi
ne eſt, ꝛ dñs celauit a me: ꝛ nõ indi-
cauit mihi. Que dixit illi, Nũquid
petiui filium a dño meo? Nunquid
non dixi tibi, ne illudas me? Et ille
ait ad Giezi, Accinge lũbos tuos, ꝛ
tolle baculũ meum in manu tua, ꝛ
vade. Si occurrerit tibi homo, non
ſalutes eum: ꝛ ſi ſalutauerit te quiſ-
piam: nõ reſpõdeas illi. Et pones
baculũ meũ ſup faciẽ pueri. Poꝛ-
ro mater pueri ait, Uiuit dñs, ꝛ vi-
uit anima tua, non dimittã te. Sur
rexit ergo, ꝛ ſecutus eſt eã. Giezi au
tẽ pꝛeceſſerat eos, ꝛ poſuerat bacu
lũ ſup faciẽ pueri: ꝛ non erat ei vox,
neq꞉ ſenſus: Reuerſuſq꞉ eſt i occur
ſum eius, ꝛ nũciauit ei, dicẽs, Non
ſurrexit puer. Ingreſſus eſt ergo
Eliſeus domũ, ꝛ ecce, puer moꝛtu⁹
iacebat in lectulo ei⁹: Ingreſſuſq꞉
clauſit oſtiũ ſuper ſe, ꝛ ſup puerũ: ꝛ
oꝛauit ad dñm: et aſcendit, et incu-
buit ſuper puerũ: poſuitq꞉ os ſuum

ſup os eius,ꝛ oculos ſuos ſup ocu/
los eius,ꝛ manus ſuas ſup manu⁹
eius:ꝛ incuruauit ſe ſuper eũ,ꝛ cale
facta eſt caro pueri. At ille reuer/
ſu⁹,deambulauit ĩ domo ſemel huc
atq; illuc:et aſcẽdit, et incubuit ſup
eum:et oſcitauit puer ſepties, ape/
ruitq; oculos. Et ille vocauit giezi,
et dixit ei, Uoca ſulamitidem hãc.
Que vocata, ingreſſa eſt ad eum.
Qui ait, Tolle filiũ tuum. Uenit il
la,ꝛ corruit ad pedes eius:ꝛ adora
uit ſuper terrã:tulitq; filiũ ſuum,et
egreſſa eſt,ꝛ eliſeus reuerſus eſt in
galgala. Grad. Reſpice dñe in teſta
mẽtum tuũ:et aĩas pauperũ tuorũ ne
obliuiſcaris in finem. ℣. Exurge dñe,
ꝛ iudica cauſam tuã,memor eſto oppro
brij ſeruorũ tuorũ. Scdm Joã.v.c.

In illo tẽpore, Dixit dñs ie/
ſus turbi⁹ iudeorum, Pater
meus vſq; modo operatur:et ego
operor. Propterea ergo magis que
rebant eũ iudei interficere quia nõ
ſolũ ſoluebat ſabbatũ,ſed et patrẽ
ſuũ dicebat deũ,equalem ſe faciẽs
deo. Reſpondit itaq; ieſus,et dixit
eis, Amen amen dico vobis;nõ po
teſt filius a ſe facere quicq̃, niſi qd
viderit patrẽ facientẽ. Quecunq;
enim ille facit,hec et filius ſimiliter
facit. Pater enim diligit filium,et
omnia demõſtrat ei que ipſe facit,
et maiora his demonſtrabit ei ope
ra,vt vos miremini. Sicut enim pa
ter ſuſcitat mortuos et viuificat,ſic
et filius quos vult viuificat. Neq;
enim pater iudicat quemq̃:ſed om
ne iudiciũ dedit filio,vt omnes ho/
norificent filium,ſicut honorificant
patrẽ. Qui non honorificat filium,
nõ honorificat patrẽ qui miſit illũ.
Amen amẽ dico vobi⁹ quia qui ver
bum meũ audit ꝛ credit ei qui miſit
me,habet vitam eternã:et in iudi/
ciũ non veniet:ſed tranſijt a morte
in vitã. Amẽ amẽ dico vobis quia
venit hora ꝛ nunc eſt,quando mor
tui audiẽt vocem filij dei:et qui au/
dierint,viuẽt. Sicut enim pater ha
bet vitam in ſemetipſo:ſic dedit ꝛ fi
lio vitã habere in ſemetipſo. Et po
teſtatẽ dedit ei iudiciũ facere,quia
filius hominis eſt. Nolite mirari
hoc:quia venit hora in qua omnes
qui in monumẽtis ſunt,audiẽt vo/
cẽ filij dei,ꝛ procedent qui bona fe/
cerunt,in reſurrectionẽ vite:qui ve
ro mala egerũt,in reſurrectionem
iudicij. Offert. Domine ad adiuuã/
dum me feſtina:confundantur omnes
qui cogitant ſeruis tuis mala. Secre.

Purifica nos miſericors de⁹:
vt eccleſie tue preces,que ti/
bi grate ſunt,pia munera deferen/
tes fiant expiatis mentibus gratio
res,P. Cõ. Dñe memorabor iuſtitie
tue ſolius:deus docuiſti me. a iuuentu
te mea et vſq; in ſenectã et ſeniũ de⁹ ne
derelinquas me. Poſtcõ.orõ.

Celeſtia dona capiẽtibus,q̃s
dñe,nõ ad iudiciũ prouenire patia/
ris:que fidelibus tuis ad remediũ
prouidiſti,P. Sup populum.orõ.

Populi tui deus inſtitutoꝛ et rectoꝛ peccata, quibus impugnatur, expelle: vt ſemper tibi placitus tuo munimine ſit ſecurus, P.

Feria ſexta. Introitus.

Meditatio cordiꝰ mei in cõſpectu tuo ſemper: domine adiutoꝛ meus ꝛ redemptoꝛ meus. ℣. Celi enarrant gloꝛiam dei: ꝛ opera manuũ eius annunciat firmamentũ. Gloꝛia patri.

Deus q̄ ineffabilibus Oꝛo. mundũ renouas ſacramẽtiꝰ, pꝛeſta q̄s, vt eccleſia tua et eternis ꝓficiat inſtitutis: ꝛ tẽpoꝛalibus foueat auxilijs, P. Lcõ libri. iij. Regum. xvij. c.

In diebus illis, Egrotauit filiꝰ mulieris matriſfamilias, et erat languoꝛ eiꝰ foꝛtiſſimus, ita vt nõ remaneret in eo halituꝰ. Dixit ergo ad Eliã, Quid mihi et tibi vir dei? Ingreſſus es ad me, vt rememoꝛarẽtur iniquitates mee, ꝛ interficeres filiũ meum? Et ait ad eam Elias, Da mihi filium tuũ. Tulitqꝫ eum de ſinu eiꝰ, ꝛ poꝛtauit in cenaculũ vbi ipſe manebat, ꝛ poſuit ſuꝑ lectulũ ſuum, et clamauit ad dñm, ꝛ dixit, Dñe deꝰ meus, etiã ne viduam apud quam ego vtcunqꝫ ſuſtentoꝛ, afflixiſti, vt interficeres filiũ eius? Et expandit ſe, atqꝫ mẽſus eſt ſuper puerum tribꝰ vicibꝰ, ꝛ clamauit ad dñm, ꝛ ait, Dñe deus meus reuertatur obſecro anima pueri huiꝰ in viſcera eiꝰ. Et exaudiuit dñs vocẽ Elie: et reuerſa eſt anima pueri intra eum, et reuixit. Tulitqꝫ Elias puerum, et depoſuit eũ de cenaculo in inferiorẽ domum, ꝛ tradidit matri ſue. Et ait illi, En, viuit filius tuꝰ. Dixitqꝫ mulier ad Eliam, Nunc in iſto cognoui qm̄ vir dei es tu, ꝛ verbũ dñi in oꝛe tuo verũ eſt. Grad. Bonũ eſt cõfidere in dño q̄ confidere in hoĩe. ℣. Bonũ eſt ſperare in dño q̄ ſperare in pꝛincipibus. Scdm Joannem. xj. a.

In illo tẽpoꝛe, Erat quidã lãguẽs lazarus a bethania de caſtello marie ꝛ marthe ſoꝛoꝛũ eiꝰ. Maria autẽ erat q̄ vnxit dñm vnguẽto, ꝛ extérſit pedes eiꝰ capillis ſuis: cuius frater lazarus infirmabatur. Miſerũt ergo ſoꝛoꝛes eius ad eũ dicẽtes, Dñe, ecce, quẽ amas infirmatur. Audiens autẽ ieſus dixit eis, Infirmitas hec non eſt ad moꝛtem, ſed pꝛo gloꝛia dei: vt gloꝛificetur filius dei per eam. Diligebat autem ieſus marthã ꝛ ſoꝛoꝛem eius mariam, ꝛ lazarum. Ut ergo audiuit quia infirmabatur, tũc quidem manſit in eodem loco duobus diebus. Deinde poſt hec dicit diſcipulis ſuis, Eamus in iudeam iterum. Dicunt ei diſcipuli, Rabbi, nunc querebant te iudei lapidare: et iterum vadis illuc? Reſpondit ieſuꝰ, Nonne duodecĩ ſunt hoꝛe diei? Si q̄s ambulauerit in die, nõ offendit: quia lucem huius mundi videt. Si autẽ ambulauerit in nocte, offendit: quia lux nõ eſt in eo. Hec ait: et

poſt hec dicit eis, Lazarus amicuꝰ noſter dormit: ſed vado vt a ſomno excitē eū. Dixerūt ergo diſcipuli eius, Dn̄e, ſi dormit, ſaluꝰ erit. Dixerat autē ieſus de morte eius: illi aūt putauerūt quia de dormitione ſomni diceret. Tūc ergo dixit eis ieſus manifeſte, Lazarus mortuus eſt: ⁊ gaudeo ꝓpter vos vt credatis, quoniā nō erā ibi, ſed eamuꝰ ad eū. Dixit ergo thomas, qui dicitur Didymus, ad condiſcipulos, Eamus ⁊ nos, ⁊ moriamur cū eo. Venit itaqꝫ ieſuꝰ: ⁊ inuēnit eū quatuor dies iam in monumēto habentem. Erat aūt bethania iuxta hieroſolymā quaſi ſtadijs quindecim. Multi aūt ex iudeis vēnerāt ad marthā ⁊ mariā, vt cōſolarent̄ eaꝰ de fratre ſuo. Martha ergo vt audiuit quia ieſus venit, occurrit illi. Maria autem domi ſedebat. Dixit ergo martha ad ieſum, Dn̄e, ſi fuiſſes hic, frater meus nō fuiſſet mortuus. Sed ⁊ nūc ſcio, qꝛ quecūqꝫ popōſceris a deo, dabit tibi deus. Dicit illi ieſus, Reſurget frater tuꝰ. Dicit ei martha, Scio quia reſurget in reſurrectione in nouiſſimo die. Dicit ei ieſus, Ego ſum reſurrectio et vita. Qui credit in me: etiam ſi mortuus fuerit, viuet: et oīs qui viuit ⁊ credit in me: nō morietur in eternum. Credis hoc? Ait illi, Utiqꝫ dn̄e. Ego credidi, qꝛ tu es chriſtꝰ filius dei viui, qui in hunc mundū veniſti. Et cū hec dixiſſet, abijt et vocauit mariā ſororē ſuā ſilētio, dicēs, Magiſter adeſt, ⁊ vocat te. Illa, vt audiuit, ſurgit cito, ⁊ venit ad eū. Nōdū enim vēnerat ieſus in caſtellū: ſed erat adhuc in illo loco vbi occurrerat ei martha. Iudei ergo q̄ erāt cū ea in domo, ⁊ cōſolabant̄ eā, cū vidiſſent mariā quia cito ſurrexit, ⁊ exijt, ſecuti ſunt eā, dicētes, qꝛ vadit ad monumentū vt ploret ibi. Maria ergo cū veniſſet vbi erat ieſus, vidēs eum, cecidit ad pedes eius, et dicit ei, Dn̄e, ſi fuiſſes hic, non eſſet mortuus frater meus. Ieſus ergo vt vidit eā plorantē, ⁊ iudeos q̄ venerāt cū ea plorātes: infremuit ſpiritu, et turbauit ſeipm̄, et dixit, Ubi poſuiſtis eū? Dicunt ei, Dn̄e, veni ⁊ vide. Et lachrymatꝰ eſt ieſuꝰ. Dixerunt ergo iudei, Ecce, quomodo amabat eū. Quidā aūt ex ipis dixerunt, Non poterat hic qui aperuit oculos ceci nati, facere vt ⁊ hic non moreretur? Ieſus ergo rurſum fremens in ſemetipſo venit ad monumentū. Erat aūt ſpelunca: ⁊ lapis ſuppoſitus erat ei. Ait ieſus, Tollite lapidē. Dixit ei martha ſoror eiꝰ qui mortuꝰ fuerat, Dn̄e, iam fetet, quatriduanus eſt enim. Dicit ei ieſus, Nōne dixi tibi qm̄ ſi credideris, videbis gloriā dei? Tulerunt ergo lapidē. Ieſus aūt eleuatis ſurſum oculis dixit, Pater, gratias ago tibi qm̄ audiſti me. Ego autē ſciebā quia ſemper me audis, ſed propter populum qui circunſtat, dixi: vt cre

dant quia tu me miſiſti. Hec cũ dixiſſet, voce magna clamauit, Lazare, veni foras. Et ſtatim prodijt qui fuerat mortuus, ligatus manus et pedes inſtitis, et facies illius ſudario erat ligata. Dicit eis ieſus, Soluite eũ, et ſinite abire. Multi ergo ex iudeis qui venerãt ad marthã et mariã, ⁊ viderãt que fecit ieſus crediderunt in eũ. Offer. Populũ humilẽ ſaluum facies dñe: ⁊ oculos ſuperborum humiliabis: quoniam quis deus preter te domine. Secreta.

MUnera nos, dñe q̃s, oblata purificẽt: ⁊ te nobis iugiter faciant eſſe placatũ, Per. Cõmu. Uidẽs dñs ieſus flẽtes ſorores lazari ad monumentũ, lachrymatus eſt corã iudeis: ⁊ clamabat, Lazare veni foras: et ꝓdijt ligatus manus ⁊ pedes, qui fuerat quatriduanꝰ mortuꝰ. Poſtcõmu. orõ.

HEc nos, q̃s dñe, participatio ſacramẽti ⁊ a ꝓprijs reatibꝰ indeſinẽter expediat: et ab omnibꝰ tueat̃ aduerſis, P. Sup pplm orõ.

DA nobis, q̃s oĩps deus, vt qui infirmitatis nr̃e cõſcij de tua virtute cõfidimꝰ: ſub tua ſemꝑ pietate gaudeamꝰ, P. Sabbato. In.

SItiẽtes venite ad aquas, dicit dñs: ⁊ q̃ nõ habetis preciũ, venite, bibite cũ letitia. ℣ Attendite popule meus legẽ meã: inclinate aurẽ veſtrã in verba oris mei, Glia patri. Orõ.

FIat, q̃s dñe, ꝑ grãm tuã fructuoſus nr̃e deuotionis affectus: qꝛ tũc nobis proderũt noſtra ieiunia: ſi tue ſint placita pietati. Per. Lectio Eſaie ꝓphete. lv. a.

HEc dicit dñs, Oẽs ſitientes venite ad aquas: et qui non habetis argentũ, properate, emite ⁊ comedite: Uenite, emite abſq; argẽto, ⁊ abſq; vlla cõmutatiõe vinũ ⁊ lac. Quare appenditis argentũ nõ in panibus, ⁊ laborẽ veſtrũ non in ſaturitate? Audite audiẽtes me, et comedite bonum, ⁊ delectabitur in craſſitudine aĩa veſtra. Inclinate aurẽ vr̃am, ⁊ venite ad me: audite et viuet anima veſtra, et feriã vobiſcũ pactũ ſempiternũ, miſericordias Dauid fideles. Ecce, teſtẽ populis dedi eũ, ducẽ ac preceptorem gẽtibꝰ. Ecce, gentẽ quã neſciebas, vocabis: et gẽtes que te nõ cognouerũt, ad te currẽt ꝓpter dñm deũ tuũ, et ſanctũ iſrael: qꝛ glorificabit te. Querite dñm, dum inueniri poteſt, inuocate eũ dũ prope eſt. Derelinquat impius viã ſuã, ⁊ vir iniquꝰ cogitationes ſuas, ⁊ reuertatur ad dñm, ⁊ miſerebitur eius, ⁊ ad deum noſtrũ, qm̃ multus eſt ad ignoſcendũ. Nõ enim cogitationes mee cogitationes vr̃e: neq; vie veſtre, vie mee, dicit dñs. Quia ſicut exaltant̃ celi a terra, ſic exaltate ſunt vie mee a vijs veſtris, et cogitationes mee a cogitationibꝰ vr̃is. Et quomodo deſcẽdit imber, ⁊ nix de celo, et illuc vltra nõ reuertitur, ſed inebriat terrã ⁊ infundit eã, et germinare eam

facit,et dat ſemen ſerenti,⁊ panem
comedenti:ſic erit verbũ meum qđ
egredietur de oꝛe meo: non reuerte
tur ad me vacuum,ſed faciet que/
cũqꝫ volui,et pꝛoſperabitur in his
ad que miſi illud.Dicit dñs omps.
Gra. Tibi dñe derelictus eſt pauper:
pupillo tu eris adiutoꝛ.℣.Ut qđ dñe
receſſiſti lõge, deſpicis in opoꝛtunitati
bus in tribulatiõe:dũ ſuperbit impi⁹,
incẽdit pauper. Scđm Joan.viij.b.

IN illo tẽpoꝛe,Dicebat dñs
ieſus turbis iudeoꝛum,Ego
ſum lux mũdi.Qui ſequitur me,nõ
ambulat in tenebꝛis,ſed habebit lu
men vite. Dixerũt ergo ei phariſei,
Tu de te ipſo teſtimoniũ perhibes:
teſtimoniũ tuũ nõ eſt verũ. Reſpõ
dit ieſus,et dixit eis,Et ſi ego teſti/
moniũ perhibeo de meipſo,verum
eſt teſtimonium meũ:quia ſcio vn/
de veni,⁊ quo vado: vos aũt neſci/
tis vnde venio,aut quo vado,Uos
ſecundũ carnẽ iudicatis:ego nõ iu/
dico quemq̃.Et ſi iudico ego,iudi/
cium meũ verũ eſt:quia ſolus non
ſum,ſed ego et qui miſit me,pater.
Deu Et in lege veſtra ſcriptũ eſt,Quia
tero. duoꝛum hoĩm teſtimoniũ verũ eſt.
7.b. Ego ſum qui teſtimoniũ perhibeo
de meipſo:⁊ teſtimonium perhibet
de me qui miſit me,pater. Dicebãt
ergo ei,Ubi eſt pater tuus: Reſpõ
dit ieſus,Neqꝫ me ſcitis,neqꝫ pa/
trẽ meũ, Si me ſciretis: foꝛſitan et
patrẽ meũ ſciretis. Hec verba locu
tus eſt ieſus in gazophylatio,do/
cens in tẽplo:et nemo appꝛehendit
eũ,quia nec dum venerat hoꝛa ei⁹.
Offerto. Factus eſt dñs firmamen
tum meũ, et refugiũ meũ,et liberatoꝛ
meus:ſperabo in eũ.℣.Perſequar ini/
micos meos,⁊ cõpꝛehendã illos:⁊ non
cõuertar,donec deficiant. Secreta.

OBlationib⁹,q̃s dñe,placare
ſuſceptis:⁊ ad te etiã noſtras
rebelles cõpelle pꝛopitius volunta
tes,Per. Cõmu. Dñs regit me,et
nihil mihi deerit, in loco paſcue ibi me
collocauit:ſuper aquã refectionis edu/
cauit me. Poſtcõmu.oꝛatio.

TUa nos dñe,q̃s, ſancta puri
ficẽt:⁊ operatione ſua nos tibi red/
dant acceptos,P. Sup pplm oro.

DEus qui ſperãtibus in te,mi/
ſereri potius eligis q̃ iraſci:
da nobis digne flere mala que feci/
mus:vt tue cõſolationis gratiã in/
uenire mereamur,P. A dñica paſ/
ſionis dñi incluſiue vſqꝫ ad dñicam
in albis nõ celebꝛantur feſta.Sed
poſt oct.paſche collocant ſuo oꝛdi/
ne cũ locus fuerit.niſi qñ feſta ſan/
cti Braulij,aut Annũciatiõis vir/
ginis marie venerint vſqꝫ ad feriã
quartã tenebꝛarũ incluſiue: de qui/
bus videbitur in feſtis eoꝛum.

Dñica de paſſione. Introitus.

IUdica me de⁹ et diſcerne
cauſam meã:de gẽte non
ſancta,ab homie iniquo
⁊ doloſo eripe me:quia tu
es deus me⁹ ⁊ foꝛtitudo mea.℣.Emit
te lucẽ tuã ⁊ veritatẽ tuã:ipſa me dedu

xerũt et adduxerũt in montẽ ſanctum tuũ ⁊ in tabernacula tua. ℣. Et introi bo ad altare dei: ad deum qui letificat iuuentutẽ meã, Gloria patri, non dr in introitu miſſe dieb⁹ dñicis ⁊ feria lib⁹ vſq ad paſcha. Sed in dñicis, loco ei⁹ dicimus ſcdm verſum: ⁊ de inde iterat introitus vſq ad primũ verſum. In ferialib⁹ aũt finito. ℣. reincipit idẽ introit⁹ vſq ad verſum. In feſtis vero ſancti brauliĳ et an nunciationis virginis marie, quãdo occurrerint celebrãba, vſq ad feriã quartã tenebrarũ incluſiue dicitur Gloria patri ⁊ filio. Oratio.

Quęſumu⁹ oñs deus, familiã tuã ꝓpitius reſpice: vt te largiente regat in corpore, ⁊ te ſeruãte cuſto diat in mẽte, P. Ad hebreos. ix. c.

Fratres, Chriſt⁹ aſſiſtẽs põ tifex futurorũ bonorũ, peram plius ⁊ ꝑfecti⁹ tabernaculũ nõ ma nu factũ, id eſt, nõ huius creationis, neq ꝑ ſanguinẽ hircorũ aut vitulo rũ, ſed ꝑ ꝓpriũ ſanguinẽ itroiuit ſe mel in ſcta, eterna redẽptione inuẽ ta. Si em̃ ſanguis hircorũ ⁊ tauro rũ ⁊ cinis vitule aſperſus inqnatos ſanctificat ad emũdationẽ carnis: quãto magis ſanguis chriſti qui ꝑ ſpũm ſcm ſemetipm obtulit imma culãtũ deo, emũdabit cõſcientiã no ſtrã ab operib⁹ mortuis ad ſeruien dũ deo viuenti. Et ideo noui teſta menti mediator eſt: vt morte inter cedẽte, in redẽptionẽ earũ preuari cationũ q̃ erãt ſub priori teſtamen to, repromiſſionẽ accipiãt qui voca ti ſunt eterne hereditatis, In chri ſto ieſu dño nro, Gra. ꝺ Eripe me dñe de inimicis meis: doce me facere voluntatẽ tuã. ℣. Liberator meus dñe de gẽtibus iracũdis ab inſurgẽtibus in me exaltabis me: a viro iniquo eripies me. Tract. Sepe expugnauerũt me a iuuẽtute mea. ℣. Dicat nũc iſrael, Se pe expugnauerũt me a iuuẽtute mea. ℣. Etenim nõ potuerũt mihi. Supra dorſum meũ fabricauerunt pctores. ℣. Prolõgauerũt iniqtatẽ ſibi: dñs iuſt⁹ cõcidet ceruices pctorũ. Scdm Joã.

In illo tẽpe, Dicebat viĳ. f. dñs ieſus turbis iudeorum ⁊ principibus ſacerdotũ, Quis ex vo bis arguet me de pcto? Si veritatẽ dico: quare vos non creditis mihi? Qui ex deo eſt, vba dei audit. Pro pterea vos nõ auditis, qr ex deo nõ eſtis. Reſpõderũt ergo iudei, ⁊ dixe rũt ei, Nonne bene dicim⁹ nos qa ſamaritanus es tu, ⁊ demoniũ ha bes? Reſpondit ieſus, Ego demo niũ nõ habeo: ſed honorifico patrẽ meũ, et vos inhonoraſtis me. Ego aũt nõ quero gliam meã: eſt q̃ que rat ⁊ iudicet. Amen amen dico vo bis, ſi qs ſermonẽ meũ ſeruauerit, mortẽ nõ videbit in etnũ. Dixerũt ergo ei iudei, Nũc cognouimus qr demoniũ habes, Abraham mortu⁹ eſt et prophete: ⁊ tu dicis, ſi quis ſer monẽ meũ ſeruauerit, nõ guſtabit mortẽ in eternũ. Nunqd tu maior es patre noſtro abraham, qui mor

tuus eſt et prophete mortui ſunt:
Quẽ teipm̃ facis? Reſpondit Je-
ſus, Si ego glorifico meipſum, glo-
ria mea nihil eſt. Eſt pater meus
qui glorificat me, quẽ vos dicitis,
quia deus noſter eſt: ⁊ nõ cognoui
ſtis eũ. Ego aũt noui eũ. Et ſi dixe
ro quia non ſcio eũ: ero ſimilis vo-
bis mẽdax. Sed ſcio eũ, et ſermonẽ
eius ſeruo. Abrahã pater veſter
exultauit vt videret diẽ meum: ⁊ vi
dit ⁊ gauiſus eſt. Dixerunt ergo iu
dei ad eum, Quinquaginta annoꝫ
nondũ habes, ⁊ abrahã vidiſti? Di
xit eis ieſus, Amẽ amen dico vo-
bis, anteꝗ̃ abrahã fieret, ego ſum.
Tulerũt ergo lapides vt iacerẽt in
eũ: Jeſus autẽ abſcõdit ſe, ⁊ exiuit
de tẽplo. Credo. Offer. Cõfitebor
tibi dñe in toto corde meo, retribue ſer
uo tuo: viuã ⁊ cuſtodiã ſermoneꝭ tuoꝭ.
viuifica me ſcd̃m verbũ tuũ dñe. Sec.

HEc munera, dñe q̃s, ⁊ vincu-
la nr̃e prauitatis abſoluãt, ⁊
tue nobis miſericordie dona conci-
lient, P. Cõ. Hoc corpus qd̃ pro vo
bis tradetur: hic calix noui teſtamenti
eſt in meo ſanguine, dicit dñs: hoc faci
te quotieſcũꝗ ſumitis in meã comme
moratione. Poſtcõmu. orõ.

Adeſto nobis, q̃s dñe deꝰ no-
ſter, et quos tuis myſterijs recrea-
ſti, perpetuis defende ſubſidijs, P.

Feria ſecũda. Introitus.

MIſerere mihi dñe, qm̃ concul
cauit me homo, tota die bel-
lans tribulauit me. ℣. Cõculcauerunt
me inimici mei tota die, qm̃ multi bel-
lantes aduerſum me. Oratio.

SAnctifica, q̃s dñe noſtra ieiu
nia: ⁊ cunctarũ nobis propitius in-
dulgentiam largire culparũ, Per.

Lectio Jone pphete. iij.a.

IN diebus illis, Factũ eſt ver
bũ dñi ad Jonam pphetã ſecũdo,
dicẽs, Surge, et vade in niniuen ci-
uitatẽ magnã, et predica in ea pre-
dicationẽ quã ego loquor ad te. Et
ſurrexit ionas: ⁊ abijt in niniuẽ iux-
ta verbum dñi: Et niniue erat ciui-
tas magna: itinere triũ dierum. Et
cepit ionaꝭ introire ciuitatẽ itinere,
diei vnius: et clamauit, ⁊ dixit, Ad-
huc quadraginta dies, ⁊ niniue ſub
uertetur. Et crediderũt viri niniui-
te in dño: ⁊ predicauerũt ieiunium,
⁊ veſtiti ſunt ſaccis a maiore vſꝗ
ad minorẽ. Et peruenit verbũ ad
regẽ niniue: ⁊ ſurrexit de ſolio ſuo, ⁊
abiecit veſtimentũ ſuũ a ſe: ⁊ indu-
tus eſt ſacco, ⁊ ſedit in cinere, ⁊ cla-
mauit, ⁊ dixit in niniue ex ore regis
⁊ principũ eius, dicens, Hoĩes, ⁊ iu-
mẽta, ⁊ boues, ⁊ pecora nõ guſtent
quicꝗ̃: nec paſcant̃, ⁊ aquã non bi-
bãt, ⁊ operiantur ſaccis hoĩes ⁊ iu-
mẽta, ⁊ clamẽt ad deũ in fortitudi-
ne: ⁊ cõuertatur vir a via ſua mala
⁊ ab iniquitate que eſt in manibus
eorum. Quis ſcit ſi conuertatur, et
ignoſcat deus: ⁊ reuertatur a furo-
re ire ſue, ⁊ nõ peribimus? Et vidit
deus opera eorũ quia cõuerſi ſunt
de via ſua mala: ⁊ miſertus eſt po-

pulo ſuo dñs deus noſter. Grad.
D eus exaudi oronē meā, auribus per
cipe verba oris mei. ℣. Deus in nomine
tuo ſaluū me fac: et in virtute tua iudi-
ca me. Sequēs tract⁹ dicit̄ tot⁹ hac
die. Alijs vero diebus vſq͂ ad feriā
quartā tenebrarū niſi ꝓprius aſſi-
gnetur dicitur tantū vnu⁹ v̄ſus ſcili
cet feria.ij.z.v.℣. Per ſignum cruci⁹.
Feria.iij.et.vj.℣. Per ipſum nobis.
Fer.iiij.z ſabba.℣. Defende nos dñe
Tract. P er ſignū crucis de inimicis
nr̄is libera nos de⁹ noſter. ℣. Per ipm
nobis dimitte delicta nr̄a, per quē rede
miſti mundum cruore fuſo. ℣. Defende
nos dñe cōtra ſeua iacula inimicorum
nr̄orū die ac nocte. Scdm Joā.vij.c.
I N illo tēpe, Miſerūt princi-
pes et phariſei miniſtros vt
apprehēnderent ieſum. Dixit ergo
eis ieſus, Adhuc modicū tēpus vo-
biſcū ſum: z vado ad eū q̄ me miſit.
Queretis me, z nō inuenietis: z vbi
ego ſum vos non poteſtis venire.
Dixerūt ergo iudei ad ſemetipſos,
Quo hic itur⁹ eſt, quia nō inuenie-
mus eū? Nunq̄d in diſperſionē gē-
tiū itur⁹ eſt, z doctur⁹ gētes? Quis
eſt hic ſermo quē dixit, queretis me
et nō inuenietis: z vbi ego ſum vos
nō poteſtis venire? In nouiſſimo
autē die magno feſtiuitatis ſtabat
ieſus: z clamabat, dicēs, Si quis ſi-
tit: veniat ad me, et bibat. Qui cre-
Joā. 4.c dit in me, ſicut dicit ſcriptura: flumi
na de vētre eius fluent aque viue.
Hoc aūt dixit de ſpū quē accepturi
erāt credentes in eū. Offert. Dñe
cōuertere z eripe aīam meam, ſaluū me
fac ꝓpter miſericordiā tuam. Secret.
C Oncede nobis dñe deus nr̄:
vt hec hoſtia ſalutaris et no
ſtrorū fiat purgatio delictorū: z tue
ꝓpitiatio maieſtatis. P. Cō. Dñs
virtutū ipſe eſt rex glie. Poſtcō. oro.
S Acramēti tui, q̄s dñe partici-
patio ſalutaris z purificatio
nē nobis tribuat z medelam. Per.
O A, q̄s dñe, Sup ppl'm. oro.
populo tuo ſalutē mentis et
corporis: vt bonis operib⁹ inherē-
do, tua ſemꝑ mereat̄ ꝓtectione de-
fendi. Per. Feria.iiij. Introitus.
E Xpecta dnm, viriliter age, et
cōfortetur cor tuum, z ſuſtine
dnm. ℣. Dñs illumiatio mea,
et ſalus mea, quem timebo. Oratio.
N Oſtra tibi, dñe q̄s, ſint acce-
pta ieiunia: q̄ nos z expian-
do gratie tue dignos efficiant: z ad
remedia perducant eterna. Per.
Lectio Danielis prophete. xiiij.c.
I N diebus illis, Congregati
ſunt Babylonij aduerſus re
gē z dixerūt ei, Trade nobis daniē-
lē, qui bel deſtruxit, z draconē inter
fecit, alioquin interficiem⁹ te, et do-
mū tuā. Vidit ergo rex q̄ irruerēt
in eū vehemēter: z neceſſitate com-
pulſus tradidit eis Danielē. Qui
miſerunt eū in lacū leonū, z erat ibi
diebus ſex. Porro in lacu erāt leo-
nes ſeptē, z dabant̄ eis duo corpo-
ra quotidie, z due oues: z tunc non

data ſunt eis, vt deuorarent danielē. Erat aūt habacuc propheta,in iudea,⁊ ipſe coxerat pulmentū,⁊ intriuerat panes in alueolo:⁊ ibat in campum vt ferret meſſoribus. Dixitq; angelus dñi ad habacuc, Fer prādiū,qđ habes,in babylonem danieli, qui eſt in lacu leonū. Et dixit habacuc,Dñe babylonem non vidi,⁊ lacum neſcio. Et apprehendit eum angelus domini in vertice ei⁹, et portauit eū capillo capitis ſui,poſuitq; eum in babilonē ſuper lacū in impetu ſpiritus ſui. Et clamauit habacuc,dicens,Daniel ſerue dei, tolle prandiū quod miſit tibi deus. Et ait daniel, Recordatus es mei deus,et non dereliquiſti diligentes te. Surgēſq; daniel comedit. Porro angelus domini reſtituit habacuc confeſtim in loco ſuo. Venit ergo rex die ſeptimo vt lugeret danielem:et venit ad lacum,et introſpexit,et ecce Daniel ſedens in medio leonum. Et exclamauit voce magna rex,dicens,Magnus es domine deus Danielis. Et extraxit eum de lacu leonum. Porro illos qui perditionis eius cauſa fuerant, intromiſit in lacū,et deuorati ſunt in momento corā eo. Tunc rex ait, Paueant habitantes vniuerſam terram deum danielis:quia ipſe eſt liberator et ſaluator faciens ſigna et mirabilia in celo et in terra:qui liberauit danielem de lacu leonum.

Grad. Diſcerne cauſam meā dñe:ab homine iniquo et doloſo eripe me. V. Emitte lucē tuā et veritatē tuam,ipſa me deduxerūt ⁊ adduxerunt in montē ſanctū tuū.

Scđm Joannem.vij.a.

In illo tēpore, Ambulabat ieſus in galileam:nō enim volebat in iudea ambulare: q2 querebant eū iudei interficere. Erat aūt in proximo dies feſtus iudeorū,ſcenophegia. Dixerunt aūt ad eū fratres eius,Tranſi hinc,⁊ vade in iudeā,vt et diſcipuli tui videāt opera tua que facis. Nemo quippe in occulto quid facit,et querit ipſe in palam eſſe. Si hec facis,manifeſta te ipſum mundo. Neq; enim fratres eius credebāt in eū. Dicit ergo eis ieſus, Tempus meū nondū aduenit:tempus autē veſtrū ſemper eſt paratū. Non poteſt mūdus odiſſe vos,me aūt odit:quia ego teſtimonium perhibeo de illo,quod opera eius mala ſunt. Vos aſcendite ad diem feſtum hunc. Ego enim non aſcēdam ad diem feſtum iſtū: quia meū tēpus nondū impletū eſt. Hec cū dixiſſet,ipſe māſit in galilea. Vt aūt aſcenderūt fratres eius,tunc ⁊ ipſe aſcēdit ad diē feſtū,nō manifeſte,ſed quaſi in occulto. Judei ergo querebant eū in die feſto,⁊ dicebāt, Ubi eſt ille? Et murmur multū erat in turba de eo. Quidā enim dicebant,quia bonus eſt,alij aūt dicebant,nō,ſed ſeducit turbas. Nemo tamē palā loquebatur de illo, ꝓpter metū iudeorū. Offert. Spe

rẽt in te oẽs qui nouerũt nomen tuum
dñe: qm̃ nõ derelinqs querẽtes te. pſal
lite dño qui habitat in ſion, qm̃ nõ eſt
oblitus orõnes pauperũ. ℣. Pſallite.
Hoſtias tibi dñe deferi- Sec.
m⁹ immolãdas: q̃ tpali cõſo
latiõe nos letificẽt: vt promiſſa cer
ti⁹ ſperem⁹ eterna, P. Cõ. Redime
me de⁹ iſrael ex om̃ib⁹ anguſtijs meis.
Da, q̃s ops Poſtcõmu. orõ.
deu⁹, vt, que diuina ſunt, iugi
ter exequẽtes donis mereamur ce-
leſtib⁹ ꝓpiquare, Per. Sup ppl'm
Da nobis, q̃s dñe, perſe- orõ.
uerantẽ in tua voluntate fa-
mulatũ: vt in dieb⁹ noſtris et meri-
to ꝛ numero ppl's tibi ſeruiens au-
geatur, P. Feria. iiij. Introitus.
Liberator me⁹ de gẽtibus
iracũdis ab inſurgẽtibu⁹
in me exaltabi⁹ me: a viro
iniquo eripies me dñe. ℣.
Diligam te dñe virtus mea, dñs firma
mentũ meũ ꝛ refugiũ meũ et liberator
Sanctificato hoc Orõ. me⁹.
ieiunio de⁹ tuorũ corda fide-
liũ miſerator illuſtra: et quibus de-
uotionis preſtas affectũ: tribue ſup
plicantibus piũ benignus auditũ,
Per. Lectio libri Leuitici. xix. b.
In diebus illis, Locutus eſt
dñs ad moyſẽn, dicẽs, Loq̃-
re ad oẽm cetũ filiorũ iſraẽl, ꝛ dices
ad eos, Ego dñs de⁹ veſter. Nõ fa
cietis furtũ. Nõ mẽtiẽmini, nec de-
cipiet vnuſquiſqꝫ ꝓximũ ſuũ. Non
periurabis in noĩe meo, nec polllues

nomẽ dei tui. Ego dñs. Nõ facies
calumniã ꝓximo tuo, nec vi oppri-
mes eũ. Nõ morabit' op⁹ mercena
rij tui apud te vſqꝫ mane. Nõ male
dices ſurdo, nec coram ceco pones
offendiculũ, ſed timebi⁹ dñm deum
tuũ, qꝛ ego ſum dñs. Nõ facies qd̃
iniquum eſt, nec iniuſte iudicabis.
Nõ cõſideres pſonã pauperis, nec
honores vultũ potẽtis. Iuſte iudi
ca ꝓximo tuo. Nõ eris criminator,
nec ſuſurro in populo. Non ſtabis
cõtra ſanguinem proximi tui. Ego
dñs. Nõ oderis fratrẽ tuũ in corde
tuo, ſed publice argue eũ, ne habe-
as ſup illo peccatũ. Nõ queres vl-
tionẽ, nec memor eris iniurie ciuiũ
tuorũ. Diliges amicũ tuum, ſicut te
ipſum. Ego dñs. Leges meas cu-
ſtodite, Ego em̃ ſum dñs deus vr̃.
Grad. Exaltabo te dñe qm̃ ſuſcepiſti
me, nec delectaſti inimicos meos ſuper
me. ℣. Dñe de⁹ me⁹ clamaui ad te et ſa-
naſti me: dñe abſtraxiſti ab iferis aiam
meã, ſaluaſti me a deſcẽdẽtib⁹ in lacũ.
In illo tẽ- Scdm Ioãnẽ. x. d.
pore, Facta ſunt aũt encẽnia
in hieroſolymis: ꝛ hyems erat. Et
ambulabat ieſus in tẽplo, in porti-
cu ſalomonis. Circũdederũt ergo
eũ iudei, ꝛ dicebãt ei, Quouſqꝫ ani-
mã nr̃am tollis? Si tu es chriſt⁹, dic
nobis palã. Reſpõdit eis ieſu⁹, Lo
quor vobis: ꝛ non creditis. Opera
q̃ ego facio in noĩe patris mei, hec
teſtimonium perhibent de me: ſed
vos nõ creditis, q̃a non eſtis ex oui

bus meis. Oues mee vocē meā audiunt: ⁊ ego cognoſco eas, et ſequūtur me. Et ego vitā eternā do eis: ⁊ non peribunt in eternū, ⁊ nō rapiet eas quiſq̄ de manu mea. Pater meus quod dedit mihi, maius omnibus eſt: ⁊ nemo poteſt rapere de manu patris mei. Ego et pater vnū ſumus. Suſtulerunt ergo lapides iudei, vt lapidarēt eū. Reſpondit eis ieſus, Multa opera bona oſtendi vobis ex patre meo: ꝓpter qđ eorū opus me lapidatis? Reſpōderūt ei iudei, De bono opere non lapidamus te, ſed de blaſphemia, et quia tu homo cū ſis, facis te ipſum deū. Reſpōdit eis ieſus, Nonne ſcriptū
ps. 81. eſt in lege veſtra, Ego dixi dij eſtis?
Si illos dixit deos ad quos ſermo dei factus eſt, ⁊ nō poteſt ſolui ſcriptura: quē pater ſanctificauit ⁊ miſit in mundū, vos dicitis, quia blaſphemas, q2 dixi Filius dei ſum? Si non facio opera patris mei: nolite credere mihi. Si aūt facio: ⁊ ſi mihi nō vultis credere, operibus credite, vt cognoſcatis et credatis quia pater in me eſt, ⁊ ego in patre. Offer.

Eripe me de inimicis meis deus meus: ⁊ ab inſurgentibus in me libera me dñe.

Annue miſericors deus: Secr. vt hoſtias placationis ⁊ laudis ſyncero tibi deferamus obſeq̄o, P. Cōmu. Lauabo inter innocētes manus meas, ⁊ circūdabo altare tuū dñe, vt audiā vocē laudis tue: vt enarrē vniuerſa mirabilia tua. Poſtč. orō.

Celeſtis doni benedictiōe percepta ſupplices te deus oṗs deprecamur: vt hoc idem nobis et ſacramēti cauſa ſit ⁊ ſalutis, Per.

Super populum. Oratio.

Adeſto ſupplicationibus noſtris oṗs deus: et quibus fiduciā ſperāde pietatis indulges, cōſuete miſericordie tribue benignus effectū, Per.

Feria quinta. Introitus.

Omnia que feciſti nobis dñe, i vero iudicio feciſti: quia peccauimus tibi et mandatis tuis nō obediuimus: ſed da gloriā nomini tuo, et fac nobiſcū ſcḋm multitudinē mīe tue. ℣. Magnus dñs ⁊ laudabilis nimis in ciuitate dei nr̄i, in mōte ſcto eius. Orō.

Preſta, q̄s oṗs deus, vt dignitas cōditionis humane ꝑ immoderantiā ſauciata medicinalis parſimonie ſtudio reformetur, P.

Lectio Danielis prophete. iij.c.

In diebus illis, Orauit azarias ad dñm dicēs, Dñe deus noſter ne tradas nos in perpetuū propter nomē tuū, et ne diſſipes teſtamentū tuū, neq̄ auferas miſericordiā tuā a nobis propter abrahā dilectū tuum, ⁊ iſaac ſeruū tuū, ⁊ iſrl̄ ſanctū tuū: quibus locutus es, pollicens q̄ multiplicares ſemen eorū ſicut ſtellas celi, ⁊ ſicut arenā que eſt in littore maris: quia dñe imminuti ſumus pluſq̄ omnes gentes, ſumuſq̄ hūiles in vniuerſa terra hodie ꝓpter peccata nr̄a. Et nō eſt in

tēpe hoc princeps, ꝛ ꝓpheta, ꝛ dux,
neqꝫ holocauſtū, neqꝫ ſacrificium,
neqꝫ oblatio, neqꝫ incēſum, neqꝫ lo-
cus primitiarū corā te, vt poſſimus
inuenire miſericordiā tuā: ſed in ani
ma cōtrita, et ſpū humilitatis ſuſci-
piamur. Sicut in holocauſto arie-
tū ꝛ taurorū, ꝛ ſicut in milib⁹ agno-
rū pinguiū: ſic fiat ſacrificiū nr̄m in
cōſpectu tuo hodie, vt placeat tibi:
qm̄ nō eſt cōfuſio confidētib⁹ in te.
Et nūc ſequimur te in toto corde, ꝛ
timem⁹ te, ꝛ querim⁹ faciē tuā. Ne
cōfundas nos: Sed fac nobiſcū iux
ta manſuetudinē tuā, ꝛ ſcd̄m multi
tudinē mie tue. Et erue nos in mira
bilib⁹ tuis, et da gloriā nomini tuo
dn̄e: Et cōfundātur q̄ oſtēdunt ſer-
uis tuis mala, cōfundātur in omni
potētia, ꝛ robur eorū conteratur: et
ſciant qꝛ tu es dn̄s de⁹ ſolus, ꝛ glo-
rioſus ſup orbē terrarū, dn̄s de⁹ nr̄.
Grad. Tollite hoſtias, et introite in
atria ei⁹: adorate dn̄m in aula ſcta ei⁹.
℣. Reuelauit dn̄s cōdenſa, et in templo
ei⁹ oēs dicēt gloriā. Scd̄m Joannē.
In illo tēpore, Cū au- vij. f.
diſſent quidā de turba ſermo
nes ieſu, dicebāt, Hic eſt vere ꝓphe
ta. Alij dicebāt, hic eſt chriſt⁹. Qui
dam aūt dicebant, Nūquid a gali-
lea venit chriſtus? Nōne ſcriptu-
mich ſa. ra dicit: quia ex ſemine Dauid de
Bethlehē caſtello vbi erat dauid,
venit chriſt⁹? Diſſenſio itaqꝫ facta
eſt in turba propter eū. Quidā aūt
ex ipſis volebant apprehendere eū:
ſed nemo miſit ſup eū manus. Ve-
nerūt ergo miniſtri ad pontifices et
phariſeos, ꝛ dixerūt eis illi, Quare
nō adduxiſtis illū? Reſpōderūt mi-
niſtri, Nunq̄ ſic locutus eſt homo,
ſicut hic homo. Reſponderūt ergo
eis phariſei, Nunquid et vos ſedu-
cti eſtis? Nunquid ex principibus
aliquis credidit in eū, aut ex phari-
ſeis? Sed turba hec que nō nouit le
gem, maledicti ſunt. Dixit nichode
mus ad eos, ille q̄ venerat ad eū no
cte, q̄ vnus erat ex ipſis, Nunq̄d lex
nr̄a iudicat hoiem, niſi prius audie-
rit ab ipſo et cognouerit q̄d faciat?
Reſpōderunt, ꝛ dixerūt ei, Nunq̄d
ꝛ tu galileus es? Scrutare ſcriptu-
ras, et vide, quia a galilea propheta
nō ſurgit. Et reuerſi ſunt vnuſq̄ſqꝫ
in domū ſuā. Offert. Sup flumina
babylonis illic ſedimus et fleuimus, dū
recordaremur tui ſiōn. Secret.
Domine de⁹ noſter, qui in his
potius creaturis, quas ad fragili-
tatis noſtre ſubſidiū condidiſti: tuo
quoqꝫ nomini munera iuſſiſti dicā-
da conſtituī: tribue q̄s: vt et vite no
bis preſentis auxiliū, et eternitatis
efficiat ſacramentū, Per. Cōmu.
Memento verbi tui ſeruo tuo dn̄e, in
quo mihi ſpē dediſti: hec me conſolata
eſt in humilitate mea. Poſtcō. orō.
Quod ore ſumpſimus dn̄e, pu
ra mēte capiamus: et de mu-
nere tēporali fiat nobis remedium
ſempiternū, P. Super ppl'm
Eſto dn̄e, q̄s, ꝓpiti⁹ ple- orō.

bi tue:et que tibi nõ placent reſpuẽtes:tuorũ potius repleãtur delectationibus mandatorũ, P. Feria.vj.

M Iſerere mihi Introit⁹. dñe qm̃ tribulor, libera me ⁊ eripe me de manib⁹ inimicorũ meorũ: ⁊ a pſequẽtibus me dñe non cõfundar,qm̃ inuocaui te. ℣. In te dñe ſperaui, nõ confũdar i eternũ,i iuſtitia tua libera me.

C Ordib⁹ nr̃is,q̃s dñe, Oro. ſpũm ſanctũ benignus infunde:vt pct̃a nr̃a caſtigatione voluntaria cohibẽtes tẽporaliter potius maceremur: q̃ ſupplicijs deputemur eternis, Per in vni. eiuſdem.

Lectio Hieremie prophete. xvij.c.

I N diebus illis,Dixit Hieremias, Dñe oẽs q̇ te derelinquũt,cõfundent:recedentes a te,in terra ſcribent:qm̃ dereliquerũt venã aquarũ viuẽtiũ dñm. Sana me dñe,⁊ ſanabor:ſaluũ me fac,⁊ ſalu⁹ ero:qm̃ laus mea tu es. Ecce, ipſi dicunt ad me, Ubi eſt verbũ dñi: Ueniat. Et ego non ſum turbatus,te paſtorẽ ſequẽs:et diem hominis nõ deſideraui,tu ſcis. Quod egreſſum eſt de labijs meis,rectũ in cõſpectu tuo fuit. Non ſis tu mihi formidini:ſpes mea tu in die afflictiõis. Cõfundantur qui me perſequuntur,et non confundar ego:paueant illi,et nõ paueam ego. Induc ſuper eos diem afflictionis, et duplici contritione contere eos,dñe deus noſter.

Gradua. P acifice loquebãtur mihi inimici mei,et in ira moleſti erant mihi. ℣. Uidiſti domine,ne ſileas, ne diſcedas a me.

Secundum Joannẽ.xj.f.

I N illo tpe,Collegerũt pontifices et phariſei conciliũ,⁊ dicebãt, Quid facim⁹: Quia hic homo multa ſigna facit. Si dimittimus eũ ſic,oẽs credent in eũ: et veniẽt romani,⁊ tollẽt nr̃m locũ ⁊ gẽtẽ. Unus aũt ex ipſis caipha⁹ noie, cũ eſſet põtifex anni illius,dixit eis, Uos neſcitis quicq̃ nec cogitatis: quia expedit nobis vt vnu⁹ moriat homo pro populo,⁊ nõ tota gẽs pereat. Hoc aũt a ſemetipſo nõ dixit: ſed cũ eſſet põtifex anni illi⁹, pphetauit quod ieſus moritur⁹ erat pro gente:⁊ non tantum pro gente,ſed vt filios dei qui erant diſperſi,congregaret in vnum. Ab illo ergo die cogitauerũt vt interficerent eum. Jeſus ergo iã non in palã ambulabat apud iudeos,ſed abijt in regionẽ iuxta deſertũ in ciuitatẽ que dicitur Ephrem,⁊ ibi morabatur cũ diſcipulis ſuis.

Offert. B ñdictus es dñe,doce me iuſtificatiões tuas: ⁊ non tradas calumniãtibus me ſuperbis,et reſpõdebo exprobrãtibus mihi verbũ.

P Reſta nobis miſeri Secre. cors de⁹:vt digne tui⁹ ſeruire ſemp altaribus mereamur: et eorũ perpetua participatiõe ſaluari, P.

Cõmu. N e tradideris me dñe in animas perſequentiũ me: quia inſurrexerũt in me teſtes iniqui, et mentita eſt iniquitas ſibi. Poſtcõmunio oro.

SUmpti ſacrificij dñe perpetua nos tuitio non derelinquat: ⁊ noxia ſemꝑ a nobis cuncta depellat, P. Super populum oro.

COncede, q̄s oĩps deus, vt, qui protectionis tue gratiã querimꝰ: liberati a malis omĩbꝰ ſecura tibi mẽte ſeruiamꝰ; Per. Sabbato.

MIſerere mihi dñe, Int. quõ tribulor, libera me, et eripe me de manibꝰ inimicorũ meorũ: ⁊ a pſequentibus me dñe nõ cõfundar, qm̃ inuocaui te. ℣. In te dñe ſperaui, nõ cõfundar in eternũ: in iuſtitia tua libera me. Oro.

PRoficiat, q̄s dñe, plebs tibi dicata pie deuotiõis affectu: vt ſacris actionibus erudita, quanto maieſtati tue ſit gratior: tanto donis potioribus augeatur. Per.

Lectio Hieremie prophete. xviij. c.

IN diebus illis, Dixerunt impij ad inuicẽ, Venite, et cogitemus cõtra iuſtum cogitationes: non enim peribit lex a ſacerdote, neq; cõſiliũ a ſapiente, nec ſermo a ꝓpheta. Venite, ⁊ percutiamꝰ eũ lingua, ⁊ nõ attendamꝰ ad vniuerſos ſermones eiꝰ. Attende dñe ad me, ⁊ audi vocẽ aduerſariorũ meorũ. Nũquid reddetur pro bono malũ, quia foderũt foueã aĩe mee? Recordare ꝙ ſteterim in cõſpectu tuo vt loquerer ꝓ eis bonũ, et auerterẽ indignationem tuam ab eis. Propterea da filios eorũ in famẽ, et deduc eos in manus gladij: fiant vxores eorũ abſq; liberis, ⁊ vidue: ⁊ viri earũ interficiãtur morte: Iuuenes eorũ cõfodiant gladio i prelio. Audiat clamor de domibꝰ eorũ: adduces eñ ſup eos latronẽ repẽte: q2 foderũt foueã, vt caperẽt me, ⁊ laq̃os abſcõderũt pedibus meis. Tu aũt dñe ſcis oĩe cõſiliũ eorũ aduerſum me in mortẽ: ne propitieris iniq̃tati eorũ, ⁊ pctm eorũ a facie tua nõ deleat: fiãt corruẽtes i cõſpectu tuo in tpe furoris tui, Dñe deꝰ meꝰ. Gra.

Pacifice loq̃bant mihi inimici mei, ⁊ in ira moleſti erãt mihi. ℣. Vidiſti dñe, ne ſileas, ne diſcedas a me. Scdm Ioã.

IN illo tpe, Dixit dñs ieſus diſcipl'is ſuis, vi. f. Amen amẽ dico vobis, niſi mãducaueritis carnẽ filij hoĩs, ⁊ biberitis eiꝰ ſanguinẽ, nõ habebitis vitã in vobis. Qui mãducat meã carnẽ, ⁊ bibit meũ ſãguinẽ, habet vitã eternã: ⁊ ego reſuſcitabo eũ in nouiſſimo die. Caro eñ mea, vere eſt cibꝰ: ⁊ ſanguis meꝰ, vere eſt potꝰ. Qui mãducat meã carnẽ ⁊ bibit meũ ſanguinẽ, in me manet, ⁊ ego in illo. Sic miſit me viuẽs pater, ⁊ ego viuo ꝓpter prẽm: ⁊ q̃ manducat me, ⁊ ipſe viuet ꝓpter me. Hic eſt panis q̃ de celo deſcẽdit. Nõ ſic mãducauerũt pres vri manna: ⁊ mortui ſũt. Qui mãducat hũc panẽ, viuet i etnũ. Hec dixit i ſynagoga docẽs i capharnaũ. Multi ergo audiẽtes ex diſcipl'is eiꝰ dixerũt, Durꝰ eſt hic ſermo, et quis poteſt eũ audire? Sciẽs aũt ieſus apud ſemetipſum

quia murmurarent de hoc diſcipu/
li eiꝰ, dixit eis, Hoc vos ſcādalizat?
Si ergo videritis filiū hominis aſcē
dentē vbi erat priꝰ? Spiritꝰ eſt qui
viuificat: caro non prodeſt quicꝙ̄.
Verba que ego locutꝰ ſum vobis,
ſpiritꝰ et vita ſunt. Sed ſunt quidā
ex vobis qui non credunt. Sciebat
enī ab initio ieſus qui eſſent creden
tes, et quis traditurus eſſet eū. Et
dicebat, Propterea dixi vobis qa
nemo poteſt venire ad me, niſi fue/
rit ei datū a patre meo. Ex hoc mul
ti diſcipulorū eius abierunt retro: ꝛ
iam nō cū illo ambulabant. Dixit
ergo ieſus ad duodecim, Nunquid
et vos vultis abire? Reſpōdit ergo
ei ſimō petrꝰ, Dñe ad quē ibimus?
Verba vite eterne habes. Et nos
credimus et cognouimus quia tu
es chriſtus filius dei. Reſpondit ei
ieſus, Nonne ego vos duodecim
elegi: ꝛ vnus ex vobis diabolꝰ eſt?
Dicebat autē de iuda ſimonis iſca
riote: Hic enim erat traditurus
eum, cum eſſet vnus ex duodecim.
Offerto. Benedictus es domine: do
ce me iuſtificationes tuas: et non tra/
das calumniantibus me ſuperbis: ꝛ re
ſpondebo exprobrātibus mihi verbū.
A Cunctis nos, dñe Secreta.
queſumus, reatibus ꝛ pericu
lis propitiatus abſolue: quos tan/
ti myſterij tribuis eſſe cōſortes, P.
Cōmunio. Ne tradideris me in ani/
mas perſequentium me: quia inſurre/
xerunt in me teſtes iniqui: et mentita
eſt iniquitas ſibi. Poſtcommunio.
Diuini muneris largitate ſa/
tiati, queſumus dñe deus no
ſter, vt huiꝰ ſemper participatione
viuamus, P. Sup populū oratio.
Tueatur, queſumus domine,
dextera tua populū deprecā
tem: et purificatum dignanter eru/
diat: vt conſolatione preſenti ad fu
tura bona proficiat, P. Dñica de
ramis palmarum nō dicitur miſſa
matutinalis, nec fit pceſſio per clau
ſtrum: vt omnes, tam clerus, ꝙ po
pulus, ad generalem proceſſionem
et miſſam conueniant. Aqua vero
in eccleſia benedicitur, vt moris eſt.
Et cum fuerit hora, cantetur ter/
tia: qua finita, ſacerdos procedat in
dutus ſine caſula cum miniſtris in
dutis: ꝛ ſtatim incipit cātor añam.
Aſperges me domine. et aſpergatur
aqua benedicta more ſolito: et non
dicitur Gloria patri, nec aña Signū
ſalutis. Sed oratio. Exaudi nos do
mine ſancte pater. qua dicta, itur
ad proceſſionem, vbi rami ſunt be/
nedicendi: et cātor exeundo de cho/
ro incipit. R. Concluſit vias me/
as inimicus: inſidiator factus eſt mi/
hi ſicut leo in abſcondito: repleuit et
inebriauit me amaritudine, dedux e/
runt in lacum mortis vitam meam:
et poſuerunt lapidem contra me. Vi/
de domine iniquitatem illorum et iu/
dica cauſam anime mee defenſor vite
mee. V. Factus ſum in deriſum omni
populo meo: canticum eorum tota

die. Vide dñe. Poſtea dicit. ℟. Di-
xerunt impij nõ recte iudicãtes, circũ-
ueniamus iuſtũ, qm̃ cõtrarius eſt ope-
ribus noſtris: promittit ſe ſciẽtiã dei
habere: filiũ dei ſe nominat. Et gloria-
tur patrem ſe habere deũ, videamus ſi
ſermones illius veri ſint; ⁊ ſi eſt ver⁹ fi-
lius dei, liberet illũ de manib⁹ noſtris:
morte turpiſſima cõdemnemus eũ.
Tanq̃ nugaces eſtimati ſum⁹ ab illo,
et abſtinet ſe a vijs noſtris tanq̃ ab im
mundicijs: et profert nouiſſima iuſto-
rũ. Et gloriatur. Deinde dicitur. ℟.
Viri impij dixerunt, opprimam⁹ virũ
iuſtũ iniuſte, deglutiam⁹ eũ tanq̃ infe
ri viuũ: auferamus memoriã illius de

terra: ⁊ de ſpolijs eius ſortẽ mittamus
inter nos: ipſi enim homicide theſauri-
zauerũt ſibi malũ. Inſipientes ⁊ mali-
gni oderũt ſapiẽtiã: et rei facti ſunt in
cogitationib⁹ ſuis. ℣. Hec cogitauerũt
⁊ errauerũt, excecauit enim illos mali-
tia eorũ. Et rei. Et cum peruenerint
ad locum vbi rami debent benedi-
ci finito. ℟. ſtatim dicit tertia mi
nor de beata Maria vt cõſuetum
eſt. Qua finita, diaconus, ſi in offi-
cio diaconat⁹ ſeruiat, alioquin ipſe
ſacerdos accepta benedictione, et
incenſato textu, verſa facie ad aqui
lonẽ, cantat ſequens euangelium.




ue ti, tunc miſit duos diſcipu los, di cens
e is, Ite in caſtel lū qd̄ cōtra vos eſt, et ſtatim
inuenietis a ſinā alliga tā e t pul lum cū
e a, Sol uite, et adduci te mi hi
Et ſi qs vobis a liqd̄ di xe rit: di ci te, quia
domin⁹ his opus ha bet: et con feſtim dimittet e os.
Hoc autē to tum fa ctū eſt, vt adimplere tur quod


di ctū eſt per prophe tam, dice ntem, Di ci te
fili e ſion, ecce, rex tuus venit ti bi manſue tus,
ſedēs ſu per a ſinā et pullū fi liū ſubiu galis.
Euntes au tem di ſci puli, fecerunt ſicut prece perat
il lis ieſus, et adduxerunt a ſinā et pul lū, et impo
ſue rūt ſuper e os veſtimēta ſu a, et e um deſu-
per ſede re fece rūt. Plu rima au-







Quo finito ſalutat eũ ſacer-dos vel diaconꝰ: ⁊ deinde bñdicãt rami a ſacerdote miſſã celebraturo, ad oriẽtẽ cõuerſo, extẽſa dſup manũ tenẽte.

Sequitur benedictio ramorum.




ac floꝝ ramos bene ✠ dicere dignare: vt quicūq; in tue ſerui
tutis obſequio aliquid exinde tulerit: celeſti benedicti one bene-
dictus et ſanctificatus remiſſionē peccatoꝝ, et vite eterne pꝛemia
percipe re mereatur, Qui viuis et regnas cum deo patre in vni-
tate ſpiritus ſancti deus per omnia ſecula ſeculoꝝ. Amē. Oratio.
O Remus, Deus, cuius filius pꝛo ſalute generis humani de-
ſcendit de celo ad terras: et appꝛopinquāte hoꝛa paſſionis ſue


hieroſolymã in aſino venire, et a turbis rex appellari ac laudari
volu it, bene✠ dicere dignare hos ramos palmarũ, ceterarumqꝫ
frondium, vt om̃es qui eos laturi ſunt, ita benedicti onis tue dono
repleantur, quatenus et in hoc ſeculo hoſtis antiqui tentamenta
ſuperare, et in futuro cum fructu bonorum operum, tibi valeant
apparere, P eundẽ dñm nr̃m ieſum chriſtũ filium tuum: qui tecum
viuit, et regnat in vnitate ſpiritus ſancti deus, P omnia ſecu la


ſecu lorū. Amē. Dominus vobiſcū. Surſum corda. Gratias
agamus dño deo noſtro. Vere dignum et iuſtum eſt, equum et
ſalutare, nos tibi ſemper et vbiqꝫ gratias agere.
Oratio.
Domine ieſu chriſte, omps̄, ſempiterneqꝫ redemptor, qui de
celis ad terram deſcendere et ad paſſi onem voluntari e venire
dignatus es, vt humanū genus tuo precioſo ſanguine liberares,
adeſto nunc eccleſi e tue votis et ſupplicationibus noſtris. Tu


enim domine manſuetus manſueti animalis a ſelli tergo inſidens,
ad paſſi onē redēptionis noſtre gratia ſpōtaneus aduenisti: cum
tibi ramis arbore is occurrentibus diſcipulorum turbis certatim
ſterneretur via: et triūphatri cibus palmis cū voce laudis occur-
rerent plurime populorū caterue, reſultantes pariter et dicentes,
Hosanna fili o dauid: benedictus qui venit in nomine domini. Tibi
in monte oliueti oliuarum ramis via conſtrata eſt. Tu quondā


Noe in arcam ſuper vndas diluuij gubernaſti, et columbe mini/
ſterio per o liue ramū pacem terris redditā nunciare volui ſti,
Sed et Jacob patriarcha in miniſterium glori e tue e rigens
lapidē ex huius arboris ramis oleum benedictionis in cacumen
tituli infudit: vnde vnxiſti reges et prophetas tuos. Tu es
enim chriſtꝰ de i: tibi cōpetit fructꝰ vnctionis et pacis: in cuius
ineffabilem laudē pſalmiſta cecinit, dicens, Unxit te deus deus


tuus o le o exultati onis pꝛe participibus tu is. Quapꝛopter
ſupplices te domĩe depꝛecamur: vt bene ✠ dicas hos ramos ar/
boꝛũ: quos tu i famuli in ſuis ſuſcipientes manibus in occur/
ſum tu i pꝛoperare, teq; benedicere et gloꝛi ficare deſiderant.
Ecce, hieruſalem, ſedens ſuper aſinam, rex manſuetus adueniſti:
adueni ergo rogamus et nobis in medio noſtrũ conſiſte: vt te
aduenire, in noſtris coꝛdibus ſentiamus. Amen. Et qui nos


tunc reparaſti per crucem : iterum lapſos repara per eandem
beati ficam paſſionē. Amen. Oris noſtri cōfeſſi onē ac ieiu nij
humi li ati onem libens ſuſcipe: et fructum nos viriditatis ha-
bere concede. Amen. Quatenus tuis imbribus ir rigati me
reamur tibi ſu auium fructuum vbertate placere. Amen. Et
ſicut il li tibi proceſſerunt obuiam cum arboreis frondibus,
ita et nos, te redeunte in ſecundo aduentu, cum palmis victorie,




Hic mutat vocem quaſi legens.

Hec dñe feſta recolunt: ⁊ annuis exacta curriculiˀ memorãtur: in quibus infantiũ turbe preſentiũ frondes arborũ aſſumẽtes: in tue laudiˀ tropheo, Hoſanna filio dauid in excelſis, bñdictˀ qui venit in noĩe dñi, acclamantes occurrerũt: vt oẽs gentes agnoſcerẽt: et victoriam te leuaſſe de mũdo: ⁊ de diabolo obtinuiſſe triũphũ. Preſta igitur dñe: vt huius diei celeberrimo cultu preſentie tue nos ſanctificatione clarifices: vt perfectis tibi ſacris ſolẽnibˀ vniuerſa plebs tua ad ſcãm reſurrectionẽ tuã excubãdo perueniat. Hec quoq creatura arborũ ⁊ oliuarũ vna cum palmis quã populus tuˀ pro tuis laudibˀ atq bñdictionibˀ ſuſcipiendã alacri deuotiõe expetit, a te dñe ita benedicatur bene ✠ dictione perenni: vt quicũq pia deuotione pro expellẽdis lãguoribˀ, ſiue expugnandis hoſtis inſidijs, in cunctis habitationibus ſuis eas hinc portauerint, vel habuerint, ab omni ſint impugnatione inimici ſecuri: vt agnoſcãt oẽs quia nomẽ tuũ eſt glorioſum ſaluator mundi qui cũ patre ⁊ ſpiritu ſancto viuis ⁊ regnas deˀ. Per oĩa ſecula ſeculorũ. Amẽ. Et benedictio dei omnipotẽtis pa ✠ tris, et fi ✠ lij, et ſpũs ✠ ſancti deſcendat ⁊ maneat ſup hos ramos. Amen. Finita bñdictione, interea (qꝫ aſpergitur aqua benedicta ſup ramos) cãtetur ter. Añ. Palme fuerũt in manibus ſanctorũ: ⁊ magno clamore canebãt, Salˀ deo noſtro ſedẽti ſuper throno et agno. Qua cantata

ſtatim cãtetur. ℟. cum verſu. Collegerũt põtifices et phariſei conſiliũ, et dicebant: quid facimus quia hic homo multa ſigna facit: ſi dimittimus eũ ſic, oẽs credent in eũ. Ne forte veniãt romani: ⁊ tollant noſtrũ locũ et gentẽ. ℣. Unus aũt ex ipſis, caiphas nomine, cũ eſſet pontifex anni illius, prophetauit dicẽs, Expedit nobis vt vnus moriatur homo p populo ⁊ nõ tota gens pereat. Ab illo ergo die cogitauerũt īterficere eum dicentes. ℟. Ne forte. Reſponſo finito ſedeant oẽs ⁊ fiat ſermo: quo facto, eodẽ ordine vt iuerunt in proceſſione redeunt vſq; ad oſtium eccleſie cantantes añas ſequentes.

Cum appropinquaret dñs hieroſolymã, miſit duos ex diſcipulis ſuis, dicẽs, Ite in caſtellũ qđ eſt cõtra vos: ⁊ inuenietis pullum aſine alligatũ, ſuper quẽ nullus hominũ ſedit: ſoluite et adducite mihi: ſi quis vos interrogauerit: dicite, dñs opus habet: et ſoluẽtes adduxerũt ad ieſum ⁊ impoſuerũt illi veſtimẽta: ⁊ ſedit ſuper eum. alij expandebãt veſtimenta ſua in via, alij ramos de arboribus ſternebant: et qui ſequebantur clamabãt, hoſanna, benedictus qui venit in noĩe dñi: benedictũ regnum patris nr̃i dauid: hoſanna in excelſis, miſerere nobis fili dauid. Aña. Cum audiſſet populus quia ieſus venit hieroſolymam, acceperunt ramos palmarum ⁊ exierunt ei obuiam: et clamabant pariter dicentes, Hic eſt qui vẽturus eſt ad ſalutem gentium. Hic eſt ſalus noſtra et redemptio iſrael. Quãtus eſt iſte cui throni et dñationes occurrunt: hic eſt rex iſrael et emmanuel genus dauid et mundi ſaluator: noli timere filia ſion: ecce, rex tuus venit tibi ſedens ſup pullũ aſine ſicut ſcriptum eſt: ſalue rex fabricator mundi q̃ veniſti redimere nos.

Deinde ante ingreſſum eccleſie intrant, vnus, duo, tres, aut quatuor pueri intus eccleſiã: et clauſo oſtio ſtantes verſa facie ad proceſſionẽ cantant. ℣. Gloria laus. quẽ totũ cãtant vſq; ad. ℣. Iſrael es tu. Sacerdos autẽ celebrans miſſam cum reliquis ſtantibus extra eccleſiã repetit eundem. ℣. Gloria laus. Poſtea ſtantes intus cãtant. ℣. Iſrael es tu, cũ verſibus ſequentibus, vel partẽ eorũ ſecundũ diſpoſitionem cantorũ. Et ſtantes extra eccleſiã reſpõdent ad omnes. ℣. Gloria laus et honor. ℣. Gloria, laus et honor tibi ſit rex chriſte redẽptor: cui puerile decus prõpſit hoſanna piũ. ℣. Iſrl̃ es tu rex: dauidis et inclyta proles: nomine qui in dñi rex benedicte venis. ℟. Glia laus. vt ſupra. ℣. Cetus in excelſis te laudat celitus omnis: ⁊ mortalis homo, ⁊ cuncta creata ſimul. ℟. Gloria laus. ℣. Plebs hebrea tibi cũ palmis obuia venit, cũ prece, voto, hymnis, pangimus ecce tibi. ℟. Gloria laus. Quibus finitis ſacerdos qui celebrat miſſam flectendo genua incipit añam. Aue rex noſter. Et chorus ſimiliter flectẽdo genua rẽſpondet. Aue rex noſter. Et iterũ ſacerdos dicit. Aue rex nr̃. Et iterũ chorus reſpondet Aue rex

noſter. Et demũ ſacerdos dicit. Aue
rex nr̃. Et chor⁹ iterũ reſpõdet Aue
rex nr̃. Et tũc cãtat̃ tota añа. Aue
rex noſter fili dauid redemptor mũdi,
quẽ ꝓphete predixerũt ſaluatorem do-
mui iſrael eſſe venturũ: te enĩ ad ſaluta
rẽ victimã pater miſit in mũdũ: quẽ ex
pectabãt om̃es ſancti ab origine mũdi
et nũc hos anna filio dauid benedict⁹
qui venit in noĩe dñi hoſ anna in excel
ſis. Finita añа ſupdicta Sacerdos
qui celebrat miſſam ⁊ dedit benedi
ctionẽ ramorũ tenendo bordonẽ in
manu dextra ferit portas eccleſie ⁊
dicit Attollite portas principes ve
ſtras: ⁊ eleuamini porte eternales
et introibit rex glie. Et pueri ſtãtes
intus eccleſiã reſpõdent Quis eſt
iſte rex glie? Sacerdos ſolus reſpõ
det Dñs fortis et potens. Sacer-
dos iterum dicit Attollite portas
principes vr̃as. vt ſup̃. Et pueri in
eccleſia ſtãtes reſpõdent Quis eſt
iſte rex glorie? Et ſacerdos iterum
reſpõdet. Dñs potẽs in prelio. Et
iterũ ſacerdos dicit. Attollite por-
tas principes vr̃as. vt ſup̃. Et pue-
ri iterũ reſpõdent. Quis eſt iſte rex
glorie? Et ſacerdos reſpõdet. Dñs
virtutum: ipſe eſt rex glorie. Et fini
tis predictis verſib⁹ ſtatim aperiũ-
tur ianue eccleſie, et intrãt omnes.
Et tũc cantor in introitu eccleſie in
cipit. ℟. Ingrediẽte dño in ſanctã ci-
uitatẽ hebreorũ, pueri reſurrectionem
vite pronũciantes cum ramis palma-
rũ, hos anna, clamabant in excelſis. ℣.
Cum audiſſet popul⁹ ꝙ ieſus veniret
hieroſolymã: exierũt obuiã ei. ℟. Cum
ramis. ſed non dr̃ Glia prĩ. Dñica
de ramis palmarum. Introitus.
Domine, ne lõge facias au
xilium tuũ a me, ad defen
ſionẽ meam aſpice, libera
me de ore leonis: et a cor-
nibus vnicorniũ humilitatẽ meam. ℣.
De⁹, deus me⁹, reſpice in me, quare me
dereliquiſti? lõge a ſalute mea verba de
lictorũ meorũ. ℣. De⁹ me⁹ clamabo ꝑ
diẽ ⁊ nõ exaudies: ⁊ nocte, ⁊ nõ ad inſi-
pientiam mihi.
Omĩps Oro.
ſempiterne de⁹, qui humano
generi, ad imitãdũ humilitatis exẽ
plũ, ſaluatorẽ noſtrũ carnẽ ſume-
re, ⁊ crucẽ ſubire feciſti: cõcede ꝓpi-
tius: vt ⁊ patiẽtie ipſi⁹ habere docu
mẽta, ⁊ reſurrectionis cõſortia me-
reamur. Per eũ. Ad philippẽ. ij. a.
Fratres, Hoc enim ſentite in
vobis qd̓ ⁊ in chriſto ieſu, qui
cũ in forma dei eſſet, non rapinã ar
bitrat⁹ eſt eſſe ſe equalẽ deo, ſed ſe-
metipſum exinaniuit, formã ſerui
accipiẽs, in ſimilitudinẽ hoĩm fact⁹,
⁊ habitu, inuẽtus vt homo. Humi-
liauit ſemetipm̃, fact⁹ obediẽs vſqȝ
ad mortem: mortem autem crucis.
Propter qd̓ et deus exaltauit illũ:
et donauit illi nomẽ quod eſt ſuper
omne nomẽ: vt in nomine ieſu om̃e
genu flectatur, celeſtiũ, terreſtriũ, ⁊
infernorũ: ⁊ ois lingua confiteatur
quia dominus ieſus chriſtus in glo
ria eſt dei patris. Grad. Tenuiſti

manũ dexterã meã in volũtate tua: de-duxiſti me, et cũ gl'ia aſſumpſiſti me. ℣. Quã bonus iſrael de⁹ rectis corde: mei autẽ pene moti ſunt pedes, pene effuſi ſunt greſſus mei: quia zelaui in pecca-toribus, pacẽ pctorũ vidẽs. Tractus. Deus me⁹ reſpice in me, quare me de-reliquiſti. ℣. Longe a ſalute mea verba delictorũ meorum. ℣. De⁹ meus clama bo per diem, nec exaudies, ⁊ nocte, ⁊ nõ ad inſipiẽtiã mihi. ℣. Tu aũt in ſancto habita⁹ laus iſrael. ℣. In te ſperauerũt patres nr̃i: ſperauerũt et liberaſti eos. ℣. Ad te clamauerũt et ſalui facti ſunt, in te ſperauerũt, et non ſunt confuſi. ℣. Ego aũt ſum vermis ⁊ non homo: op-probriũ hominum ⁊ abiectio plebi⁹. ℣. Om̃es qui videbãt me aſpernabantur me: locuti ſunt labijs et mouerunt ca-put. ℣. Sperauit in dño, eripiat eũ: ſal uũ faciat eũ qm̃ vult eũ. ℣. Ipſi vero cõ ſiderauerũt et inſpexerũt me, diuiſerũt ſibi veſtimẽta mea: ⁊ ſuper veſtẽ meam miſerũt ſortem. ℣. Libera me de ore leo nis, et a cornib⁹ vnicorniũ humilitatẽ meã. ℣. Qui timetis dñm, laudate eũ, vniuerſum ſemẽ iacob glorificate eũ. ℣. Annũciabitur dño generatio vẽtura, ⁊ annũciabunt celi iuſtitiã eius. ℣. Po pulo q̃ naſcet', quẽ fecit dñs. Paſſio dñi abſolute incipitur abſq̧ benedi ctione, ⁊ abſq̧ Dñs vobiſcũ: et ſine reſponſione Gloria tibi dñe: et eo-dẽ modo fit in alijs diebus quando legitur paſſio. Paſſio dñi noſtri ie ſu chriſti ſ'm Matth. xxvj. a. In illo tempore, Dixit dñs ie

ſus diſcipulis ſuis, p. Scitis quia poſt biduũ paſcha fiet, ⁊ fili⁹ homi-nis tradetur vt crucifigatur. c. Tũc cõgregati ſunt principes ſacerdotũ et ſeniores populi in atriũ principi⁹ ſacerdotũ, qui dicebatur caiphas: ⁊ conſiliũ fecerũt, vt ieſum dolo tenẽ-rent: ⁊ occiderent. Dicebant aũt, l. Nõ in die feſto, c. Ne forte tumul-tus fieret in populo. Cũ aũt ieſus eſſet in bethania in domo ſimõnis leproſi, acceſſit ad eũ mulier habẽs alabaſtrũ vnguenti precioſi, ⁊ effũ-dit ſuper caput ipſius recumbẽtis. Videntes autẽ diſcipuli, indignati ſunt, dicentes, l. Ut quid perditio hec? Potuit enim vnguentũ iſtud venũdari multo, et dari pauperi-bus. c. Sciens aũt ieſus, ait illis, p. Quid moleſti eſtis huic mulieri? Opus enim bonũ operata eſt in me. Nã ſemper pauperes habetis vo-biſcũ: me autẽ nõ ſemper habetis. Mittẽs enim hec vnguentum hoc in corpus meum: ad ſepeliendũ me, fecit. Amẽn dico vobis, vbicũq̧ pre dicatũ fuerit hoc euangeliũ in toto mũdo, dicetur et q̃d hec fecit in me-moriam eius. c. Tũc abijt vnus de duodecim qui dicebatur iudas iſca riotes, ad principes ſacerdotũ: ⁊ ait illis, l. Quid vulti⁹ mihi dare, ⁊ ego vobis eũ tradã? c. At illi conſtituẽ rũt ei triginta argẽteos. Et exinde querebat opportunitatẽ vt eũ tra-deret. Prima aũt die azymorũ ac-ceſſerũt diſcipl'i ad ieſum, dicẽtes, l.

Ubi vis parem⁹ tibi comedere paſcha? c At ieſus dixit, p. Jte in ciuitatē ad quēdam: ⁊ dicite ei, Magiſter dicit, Tēpus meū ꝓpe eſt, apd̄ te facio paſcha cū diſcipulis mei⁹. c. Et fecerūt diſcipuli, ſicut cōſtituit illis ieſus: et parauerūt paſcha. Ueſpere autē facto, diſcūbebat cū duodecim diſcipulis ſuis. Et edētib⁹ illis, dixit, p. Amen dico vobis quia vn⁹ veſtrū me traditurus eſt. c. Et contriſtati valde, ceperūt ſinguli dicere, l. Nunquid ego ſum dn̄e? c At ipſe reſpondens, ait, p Qui intīngit mecum manū in parópſide, hic me tradet. Fili⁹ quidē hoīs vadit, ſicut ſcriptū eſt de illo: ve autē homini illi per quē fili⁹ hoīs traditur. Bonū erat ei, ſi natu⁹ nō fuiſſet homo ille. c. Reſpōdens aūt iudas qui tradidit eū, dixit, l. Nūquid ego ſum rabbi? c. Ait illi, p. Tu dixiſti. c Cenātibus aūt eis, accepit ieſus panē, ⁊ benedixit, ac fregit: deditqꝫ diſcipulis ſuis, et ait, p. Accipite et comedite: hoc eſt corpus meū. c. Et accipien⁹ calicē, gratias egit: et dedit illis, dicens, p. Bibite ex hoc oēs. Hic eſt enim ſanguis meus noui teſtamenti, qui ꝑ multis effundetur in remiſſionē peccatorum. Dico aūt vobi⁹, nō bibam amodo de hoc genimine vitis vſqꝫ in diē illū cum illud bibā vobiſcū nouū in regno patris mei. c Et hymno dicto, exierunt in montem oliueti. Tūc dicit illis ieſus, p. Oēs vos ſcandalum patiemini in me, in iſta nocte. Scriptū eſt enim, Percutiā paſtorem, ⁊ diſpergētur oues gregi⁹. Poſtq̄ aūt reſurrexero: precedam vos in galileā. c. Reſpondens aūt petrus, ait illi, l. Et ſi omnes ſcādalizati fuerint in te, ego nunq̄ ſcādalizabor. c. Ait illi ieſus, p Amē dico tibi, quia in hac nocte, anteq̄ gallus cantet, ter me negabis. c Ait illi petrus, l Etiā ſi oportuerit me mori tecū, non te negabo. c. Similiter ⁊ oēs diſcipuli dixerūt. Tūc venit ieſus cū illis in villā que dicitur gethſemani: et dixit diſcipulis ſui⁹, p Sedete hic, donec vadam illuc et orem. c Et aſſumpto petro et duob⁹ filijs zebedei, cepit contriſtari ⁊ meſtus eſſe. Tūc ait illis, p. Triſti⁹ eſt anima mea vſqꝫ ad mortē. Suſtinete hic ⁊ vigilate mecū. c. Et progreſſu⁹ puſillū, procidit in faciē ſuā, orās, ⁊ dicēs, p. Pater mi, ſi poſſibile eſt, trāſeat a me calix iſte: veruntamen nō ſicut ego volo, ſed ſicut tu. c Et venit ad diſcipulos ſuos, ⁊ inuenit eos dormiētes: et dicit petro. p Sic non potuiſtis vna hora vigilare mecū? Uigilate, ⁊ orate vt nō intretis in tentationem. Spiritus quidē promptus eſt, caro aūt infirma. c. Jterum ſecundo abijt: et orauit, dicens, p. Pater mi, ſi nō poteſt hic calix tranſire niſi bibam illum: fiat voluntas tua. c Et venit, et iterum inuenit eos dormientes. Erant enim oculi eorū grauati. Et relictis illis, iterum abijt: et orauit

Zach. 13. c.

tertio,eundē ſermonē dicēs.c. Tūc
venit ad diſcipl'os ſuos,⁊ dicit illis,
p. Dormite iam,⁊ requieſcite:ecce,
appropinquauit hora,⁊ filius hoīs
tradetur in manus peccatorū.Sur
gite,eamus:ecce,appropinquauit q̄
me tradet.c. Adhuc eo loquēte,ec
ce,iudas vnus de duodecim venit,
et cū eo turba multa cum gladijs ⁊
fuſtibꝰ,miſſi a principibus ſacerdo
tū et ſeniorībꝰ populi.Qui aūt tra-
didit eū,dedit illis ſignum,dicēs,l.
Quēcūq; oſculatꝰ fuero,ipſe eſt:
tenete eum.c. Et cōfeſtim accedēs
ad ieſum,dixit,l. Aue rabbi.c. Et
oſculatus eſt eū,dixitq; illi ieſus,p.
Amice,ad quid veniſti?c.Tunc ac
ceſſerūt,⁊ manꝰ iniecerūt in ieſum:
⁊ tenuerunt eū.Et ecce,vnꝰ ex his
qui erāt cū ieſu,extēdens manū,exe
mit gladiū ſuū:⁊ pcutiēs ſeruū prin
cipis ſacerdotū,amputauit auricu-
lā eiꝰ.Tūc ait illi ieſus,p.Cōuerte
gladiū tuū in locū ſuū.Oēs enim q̄
acceperint gladiū,gladio peribūt.
An putas quia nō poſſum rogare
patrē meū:et exhibebit mihi modo
pluſq̄ duodecim legiones angelo-
rū?Quomodo ergo implebuntur
ſcripture?Quia ſic oportet fieri?c.
In illa hora dixit ieſus turbis,p.
Tanq̄ ad latronē exiſtis cum gla-
dijs et fuſtibus cōprehendere me?
Quotidie apud vos ſedebā in tem
plo docens:et non me tenuiſtis.c.
Hoc aūt totū factū eſt,vt adimple
rētur ſcripture prophetarū.Tunc
diſcipuli oēs,relicto eo,fugerunt:
at illi tenētes ieſum,duxerūt ad cai
phā principē ſacerdotū,vbi ſcribe ⁊
ſeniores cōuenerant.Petrus aūt
ſequebat̄ eum a longe,vſq; in atriū
pricipis ſacerdotū.Et ingreſſus in
tro,ſedebat cū miniſtris vt videret
finē.Principes autē ſacerdotū et
omne conciliū querebant falſum te
ſtimoniū cōtra ieſum,vt eum mor-
ti traderent:et nō inuenerunt,cum
multi falſi teſtes acceſſiſſent.No-
uiſſime autē venerunt duo falſi te-
ſtes:⁊ dixerūt,l.Hic dixit,Poſſum
deſtruere tēplū dei,et poſt triduum
reedificare illud.c.Et ſurgens prin
ceps ſacerdotum,ait illi,l.Nihil re
ſpondes ad ea que iſti aduerſum te
teſtificātur?c.Jeſus aūt tacebat.
Et princeps ſacerdotum ait illi,l.
Adiuro te per deū viuū,vt dicas no
bis,ſi tu es chriſtus filius dei.c.Di
cit illi ieſus,p.Tu dixiſti.Veruntā
men dico vobis,amodo videbitis fi
liū hoīs ſedētem a dextris virtutis
dei,et venientem in nubibus celi.c.
Tūc princeps ſacerdotū ſcidit veſti
mēta ſua,dicēs,l.Blaſphemauit:
quid adhuc egemus teſtibus?Ec-
ce,nūc audiſtis blaſphemiā.Quid
vobis videtur?c.At illi reſponden
tes dixerunt,l.Reus eſt mortis.c.
Tunc expuerunt in faciē eius:⁊ co-
laphis eum ceciderunt,alij aūt pal
mas in faciē eius dederūt dicentes,
l.Prophetiza nobis chriſte,quis
eſt qui te percuſſit?c.Petrꝰ vero

ſedebat foris in atrio: et acceſſit ad
eũ vna ancilla, dicẽs, l. Et tu cũ ie-
ſu galileo eras. c. At ille negauit co
rã oĩbus, dicens, l. Neſcio quid di-
cis. c. Exeunte autẽ illo ianuã, vi-
dit eũ alia ancilla: ⁊ ait his q̃ erant
ibi, l. Et hic erat cũ ieſu nazareno.
c. Et iterũ negauit cũ iuramẽto, qꝛ
nõ nouiſſet hoiem. Et poſt puſillũ
acceſſerunt qui ſtabãt: ⁊ dixerũt pe
tro, l. Uere tu ex illis es: nã ⁊ loq̃la
tua manifeſtũ te facit. c. Tũc cepit
deteſtari ⁊ iurare quia nõ nouiſſet
hoiem. Et continuo gallus canta-
uit. Et recordatꝰ eſt petrꝰ verbi ie-
ſu, q̃ dixerat illi, Priuſq̄ gallus cã
tet, ter me negabis. Et egreſſus fo-
ras, fleuit amare. Mane autem fa
cto conſilium inierũt omnes princi-
pes ſacerdotũ ⁊ ſeniores populi ad
uerſus ieſum: vt eũ morti traderẽt.
Et vinctum adduxerũt eum: ⁊ tra-
diderunt pontio pilato preſidi. Tũc
vidẽs iudas qui eum tradidit, q᷑ dã
natus eſſet: penitẽtia ductus, retu-
lit triginta argenteos principibus
ſacerdotum ⁊ ſenioribus, dicens, l.
Peccaui, tradens ſanguinẽ iuſtũ.
c. At illi dixerunt, l. Quid ad nos?
Tu videris. c. Et proiectus argen
teis in templo, receſſit: ⁊ abiens, la-
queo ſe ſuſpẽdit. Principes aũt ſa-
cerdotum acceptis argenteis, dixe-
runt, l. Nõ licet eos mittere in cor-
bonam: quia preciũ ſanguinis eſt.
c. Conſilio autẽ inito, emerunt ex il
lis agrum figuli, in ſepulturã pere-
grinorum: propter hoc vocatus eſt
ager ille, Hacel dema: hoc eſt, ager
ſanguinis vſq; in hodiernũ diem.
Tũc impletum eſt qd' dictũ eſt per
hieremiã prophetã dicẽtem, Et ac- Zach.
ceperunt triginta argẽteos preciũ 11. c.
appreciati quẽ appreciauerunt a fi-
lijs iſrael: ⁊ dederunt eos in agrũ fi
guli, ſicut cõſtituit mihi dñs. Jeſus
autẽ ſtetit ante preſidem: ⁊ interro
gauit eum preſes, dicens, l. Tu es
rex iudeorum? c. Dicit illi ieſus, p.
Tu dicis. c. Et cum accuſaretur a
principibus ſacerdotũ et ſeniorib',
nihil reſpondit. Tunc dicit illi pila-
tus, l. Non audis quanta aduer-
ſum te dicunt teſtimonia? c. Et nõ
reſpõdit ei ad vllum verbum: ita vt
miraretur preſes vehemẽter. Per
diem autẽ ſolennem conſueuerat p̃
ſes dimittere populo vnũ vinctum
quẽ voluiſſent: habebat autẽ tunc
vinctum inſignẽ, qui dicebatur ba-
rabbas. Congregatis ergo illis, di
xit pilatus, l. Quẽ vultis dimittã
vobis: barabbam, an ieſum qui dici
tur chriſtꝰ? c. Sciebat enim q᷑ per
inuidiã tradidiſſent eũ. Sedẽte au
tẽ illo ꝓ tribunali, miſit ad eũ vxor
eius, dicens, l. Nihil tibi ⁊ iuſto illi:
multa enim paſſa ſum hodie per vi
ſum, propter eũ. c. Principes autẽ
ſacerdotũ et ſeniores perſuaſerunt
populo vt peterent barabbam: Je
ſum vero perderent. Reſpondens
autem preſes, ait illis, l. Quem vul
tis vobis de duobus dimitti? c. At

illi dixerunt.l. Barabbā.c. Dicit il-
lis pilatus.l. Quid igitur faciā de
ieſu qui dicitur chriſtꝰ?c. Dicūt om
nes.l. Crucifigatur.c. Ait illis pre-
ſes.l. Quid enim mali fecit?c. At il
li magis clamabāt, dicētes.l. Cru-
cifigatur.c. Videns autē pilatus qꝛ
nihil proficeret, ſed magis tumultꝰ
fieret: accepta aqua, lauit manꝰ co-
ram populo: dicēs.l. Innocēs ego
ſum a ſanguine iuſti huius: vos vi-
deritis.c. Et reſpondens vniuerſuꝰ
populus, dixit.l. Sāguis eius ſuper
nos, ⁊ ſuper filios noſtros.c. Tunc
dimiſit illiꝰ barabbā: ieſum autē fla
gellatū tradidit eis vt crucifigere-
tur. Tūc milites preſidis ſuſcipien-
tes ieſum in pretorio: congregaue-
runt ad eum vniuerſam cohortē: et
exuētes eū, chlamydē coccineā circū
dederunt ei: et plectētes coronā de
ſpinis, poſuerūt ſup caput eiꝰ, ⁊ arū
dinē in dextera eiꝰ: ⁊ genu flexo an
te eum, illudebāt ei, dicentes.l. Aue
rex iudeorū.c. Et expuētes in eū, ac-
ceperunt arundinē, et percutiebant
caput eius. Et poſtq̄ illuſerunt ei,
exuerunt eū chlamyde: ⁊ induerunt
eum veſtimentis eius, et duxerunt
eum vt crucifigerent. Exeuntes au
tē, inuenerūt hominē cyreneum, no
mine ſimonē: hunc angariauerunt
vt tolleret crucē eius. Et venerunt
in locū qui dicitur golgoltha, quod
eſt caluarie locus. Et dederūt ei vi-
num bibere cum felle miſtū. Et cū
guſtaſſet, noluit bibere. Poſtq̄ au
tē crucifixerunt eum, diuiſerunt ve-
ſtimenta eius, ſortem mittentes: vt
impleretur quod dictū eſt per pro-
phetā, dicentē, Diuiſerūt ſibi veſti- pſal.
menta mea: ⁊ ſuper veſtē meā miſe 21.
runt ſortē. Et ſedentes ſeruabāt eū.
Et impoſuerunt ſuper caput eius
cauſam ipſius ſcriptā, Hic eſt ieſus
rex iudeorum. Tunc crucifixi ſunt
cum eo duo latrones: vnus a dex-
tris, ⁊ vnus a ſiniſtris. Pretereun
tes aūt blaſphemabāt eū, mouētesꝰ
capita ſua, ⁊ dicētes.l. Vah qui de-
ſtruis templū dei, et in triduo illud
reedificas: ſalua temetipſum: Si fi
lius dei es deſcēde de cruce.c. Simi
liter ⁊ principes ſacerdotū illuden-
tes cū ſcribis et ſenioribꝰ dicebāt.l.
Alios ſaluos fecit: ſeipſum non po
teſt ſaluū facere: ſi rex iſrael eſt, de-
ſcēdat nunc de cruce, ⁊ credemꝰ ei.
Cōfidit in deo: liberet eum nunc, ſi
vult: dixit enī, Quia filiꝰ dei ſum.c.
Idipſm aūt ⁊ latrones qui crucifixi
erāt cū eo, improperabant ei. A ſex-
ta autē hora, tenebre facte ſunt ſup
vniuerſam terram, vſq; ad horā no
nā. Et circa horā nonam clamauit
ieſus voce magna, dicēs.p. Eli, eli,
lammah hazabthani.c. Hoc eſt.p.
Deus meus, Deus meus, vt quid
dereliquiſti me?c. Quidā autē illic
ſtantes ⁊ audiētes, dicebāt.l. Eliā
vocat iſte.c. Et continuo currens
vnꝰ ex eis, acceptam ſpongiā imple
uit aceto: ⁊ impoſuit arūdini, et da-
bat ei bibere. Ceteri vero dicebant,

Sine, videam⁹ an veniat Elias liberãs eũ. c. Jeſus aũt iterũ clamãs voce magna, emiſit ſpiritũ. ✠ Hic ꝓſternat ſe ſacerdos in terrã. Et ecce, velũ tẽpli ſciſſũ eſt in duas ptes, a ſũmo vſq₃ deorſum: ⁊ terra mota eſt, ⁊ petre ſciſſe ſunt, et monumenta aperta ſunt: et multa corpa ſcõrũ q̃ dormierãt, ſurrexerũt. Et exeũtes de monumẽtis poſt reſurrectionẽ ei⁹, venerũt in ſanctã ciuitatẽ: et apparuerũt multis. Cẽturio aũt ⁊ q̃ cũ eo erãt cuſtodiẽtes ieſũ, viſo terremotu, ⁊ hi⁹ q̃ fiebãt, timuerũt valde, dicẽtes. ſ. Uere, fili⁹ dei erat iſte. c. Erãt aũt ibi mulieres multe a lõge, q̃ ſecute erãt ieſum a galilea, miniſtrãtes ei: inter quas erat maria Magdalené, ⁊ maria iacobi, ⁊ ioſeph mat, ⁊ mat filiorũ zebedei. Cũ aũt ſero factũ eſſet, venit quidã hõ diues ab arimathea, nomie ioſeph, q̃ ⁊ ipſe diſcipul⁹ erat ieſu. Hic acceſſit ad pilatũ, ⁊ petijt corp⁹ ieſu. Tũc pilat⁹ iuſſit reddi corp⁹. Et accepto corpe, ioſeph inuoluit illud in ſindone mũda: ⁊ poſuit illud in monumẽto ſuo nouo: qđ exciderat in petra. Et aduoluit ſaxũ magnũ ad oſtiũ monumẽti, ⁊ abijt. Erãt aũt ibi maria magdalené, et altera maria, ſedẽtes cõtra ſepulchrũ. Hic petit bñdictionẽ diacon⁹, ſi in officio diaconat⁹ ſeruiat: alioqn ipſe ſacerdos, ⁊ nõ incenſetur euãgeliũ vt cõſuetũ eſt.

ALtera aũt die, q̃ eſt poſt paraſceuen, cõuenerũt Euãgel. pricipes ſacerdotũ ⁊ phariſei ad pilatũ, dicentes, Dñe, recordati ſum⁹ q₃ ſeductor ille dixit adhuc viuens, poſt tres dies reſurgã. Jube ergo cuſtodiri ſepulchrũ vſq₃ i diẽ tertiũ: ne forte veniãt diſcipli ei⁹, ⁊ furent eũ, ⁊ dicãt plebi, ſurrexit a mortuis. et erit nouiſſim⁹ error peior priore. Ait illis pilatu⁹, Habetis cuſtodiã: ite, cuſtodite ſicut ſcitis. Jlli aũt abeũtes munierũt ſepulchrũ, ſignãtes lapidẽ cũ cuſtodib⁹. Credo. Off.

Improperiũ expectauit cor meũ ⁊ miſeriã: ⁊ ſuſtinui q̃ ſimul cõtriſtaret ⁊ nõ fuit. Cõſolantẽ me queſiui ⁊ nõ inuẽni: et dederũt in eſcã meã fel, et in ſiti mea potauerũt me aceto. Secreta.

Concede, q̃ſum⁹ dñe, vt oculis tue maieſtatis munus oblatum et gratiã nobis deuotionis obtineat: et effectũ beate perennitatis acquirat, Per. Prefatio. Eterne deus, Qui ſalutem humani generis. Et dicitur quotidie in miſſa de ieiunio vſq₃ ad feriã. v. in cena dñi incluſiue. Cõmu. Pater, ſi nõ poteſt hic calix tranſire niſi bibam illum: fiat volũtas tua. Poſtcõmu. oratio.

Per huius dñe operationem myſterij et vitia noſtra purgentur, et iuſta deſideria compleantur, P.

Feria ſecũda. Introi.

Iudica dñe nocentes me, expugna ipugnãtes me: apprehende arma et ſcutum, ⁊ exurge in adiutorium meũ dñe, virtus ſalut⁹ mee. ℣. Effunde frameã,

et concludeaduerſus eos qui perſequũtur me:dic aĩe mee,ſalus tua ego ſum.

DA,q̃s omp̃s deus: Oratio. Ut qui in tot aduerſis ex nr̃a infirmitate deficimus:intercedente vnigeniti filij tui paſſiõe reſpirem⁹. Qui te. Lcõ Eſaie pph.l.d.

In diebus illis,Dixit eſaias, Dñs deus aperuit mihi aurẽ,ego autem nõ cõtradico, retrorſum nõ abij.Corpus meũ dedi percutientibus,⁊ genas meas vellentibus: faciẽ meã non auerti ab increpãtib⁹ ⁊ cõſpuentibus in me.Dñs de⁹ auxiliator meus,⁊ ideo nõ ſum confuſus.Ideo poſui faciẽ meã vt petrã duriſſimã,⁊ ſcio qm̃ nõ confundar. Iuxta eſt qui iuſtificat me.Quis contradicet mihi? Stemus ſimul. Quis eſt aduerſarius meus?Accedat ad me.Ecce dñs deus auxiliator meu⁹:Quis eſt q̃ condẽnet me? Ecce,oẽs quaſi veſtimentũ cõterẽtur,et tinea comedet eos.Quis ex vobis timens dñm,audiẽs vocẽ ſerui ſui,qui ambulauit in tenebris,et nõ eſt lumẽ ei? Speret in noĩe dñi, ⁊ innitatur ſup deum ſuũ.Gra. Exurge dñe ⁊ intẽde iudiciũ meum,deus me⁹ et dñs meus in cauſam meam. ℣. Effunde frameam,⁊ cõclude aduerſus eos qui me perſequuntur. Secundũ Ioannem.xij.a.

rex iudeorū. c. Et dabāt ei alapas.
Exiuit ergo iterū pilatus foras, et
dicit eis. l. Ecce, adduco vobis eū
foras, vt cognoſcatis qꝛ in eo nullā
inuenio cauſam. c. Exiuit ergo ie-
ſus foras portās coronā ſpineā, et
purpureū veſtimentū, ⁊ dicit eis. l.
Ecce homo. c. Cum ergo vidiſſent
eū pōtifices ⁊ miniſtri, clamabāt di
cētes. l. Crucifige, crucifige eum. c.
Dicit eis pilatus. l. Accipite eum
vos: ⁊ crucifigite: ego enī non inue
nio in eo cauſam. c. Reſpōderūt ei
iudei. l. Nos legē habem⁹: ⁊ ſcd̄m
legē debet mori, quia filiū dei ſe fe-
cit. c. Cū ergo audiſſet pilat⁹ hunc
ſermonē, magis timuit, ⁊ ingreſſus
eſt pretoriū iterū: et dicit ad ieſum.
l. Unde es tu? c. Jeſus autē reſpō
ſum nō dedit ei. Dicit ergo ei pila-
tus. l. Mihi nō loqueris? Neſcis
quia poteſtatē habeo crucifigere
te, et poteſtatē habeo dimittere te?
c. Reſpōdit ieſus. p. Nō haberes
poteſtatē aduerſum me vllā, niſi ti
bi datū eſſet deſup. Propterea q̄
me tradidit tibi, maius peccatū ha
bet. c. Et exinde querebat pilat⁹ di
mittere eū. Judei aūt clamabāt di
centes. l. Si hunc dimittis: non es
amicus ceſaris. Omnis qui ſe regē
facit, cōtradicit ceſari. c. Pilat⁹ au
tē cum audiſſet hos ſermones, ad-
duxit foras ieſum: ⁊ ſedit pro tribu-
nali, in loco qui dicit̄ lithoſtrotos,
hebraice aūt, gabbatha. Erat au-
tē paraſceue paſche hora quaſi ſex
ta: ⁊ dicit iudeis. l. Ecce rex veſter.
c. Illi autē clamabāt. l. Tolle, tol-
le, crucifige eum. c. Dicit eis pila-
tus. l. Regē vr̄m crucifigā? c. Re-
ſpōderunt pōtifices. l. Non habe-
mus regē, niſi ceſarē. c. Tunc ergo
tradidit eis illum, vt crucifigeretur.
Suſceperunt autē ieſum: et eduxe
runt eum. Et baiulās ſibi crucē, exi
uit in eū q̄ dicit̄ caluarie locū. He-
braice aūt golgoltha: vbi crucifixe-
runt eum: et cū eo alios duos hinc

et hinc, mediū autē iesum. Scripsit autē ⁊ titulū pilat⁹: et posuit super crucē. Erat aūt scriptū, Jesus nazarenus rex iudeoꝛū. Hunc ergo titulū multi iudeoꝛum legerūt: quia pꝛope ciuitatē erat locus vbi crucifixus est iesus. Et erat scriptū hebꝛaice, grece, et latine. Dicebāt ergo pilato pōtifices iudeoꝛū, l. Noli scribere Rex iudeoꝛū: sed qꝛ ipse dixit, Rex sum iudeoꝛū. c. Respōdit pilatus, l. Qđ scripsi, scripsi. c. Milites ergo cū crucifixissent eū, acceperūt vestimēta ei⁹ (⁊ fecerūt quatuoꝛ partes: vnicuiqꝫ militi partē) et tunicā. Erat autē tunica incōsutilis, desuper cōtexta per totū. Dixerūt ergo adinuicē, l. Nō scindamus eā, sed soꝛtiamur de illa, cuius sit. c. Ut scriptura impleret̃, dicēs, Partiti sunt vestimēta mea sibi: ⁊ in vestē meā miserūt soꝛtē. Et milites quidē hec fecerūt. Stabāt aūt iuxta crucē iesu, mater eius, ⁊ soroꝛ matris eius: maria cleophe, ⁊ maria magdalene. Cū vidisset ergo iesus matrē ⁊ discipulū stantē quē diligebat, dicit matri sue. p. Mulier, ecce fili⁹ tuus. c. Deinde dicit discipulo. p. Ecce mater tua. c. Et ex illa hoꝛa accepit eā discipul⁹ in sua. Postea sciens iesus qꝛ oīa iam cōsummata sunt, vt cōsummaret̃ scriptura dicit. p. Sitio. c. Uas autē erat positū aceto plenū. Illi aūt spōgiā plenam aceto hyssopo circumponētes, obtulerūt oꝛi ei⁹. Cū ergo accepisset iesus acetū, dixit, p. Consummatū est. c. Et inclinato capite, tradidit spiritum.

Hic prosternat se sacerdos in terram.

✠ Judei ergo (quoniā parasceuē erat) vt nō remanerēt in cruce coꝛpoꝛa sabbato (erat enī magn⁹ dies ille sabati) rogauerūt pilatū, vt frangerētur eoꝛū crura ⁊ tollerent̃. Uenerūt ergo milites: et pꝛimi quidē fregerūt crura, ⁊ alteri⁹ qui crucifix⁹ est cū eo. Ad iesum aūt cū venissent, vt viderūt eū iā moꝛtuum, nō fregerūt ei⁹ crura: sed vn⁹ militum lācea lat⁹ ei⁹ aperuit, ⁊ cōtinuo exiuit sanguis et aqua. Et q̄ vidit, testimoniū ꝑhibuit: ⁊ verum est testimoniū ei⁹, ⁊ ille scit qꝛ vera dicit: vt ⁊ vos credatis. Facta sunt enī hec, vt scriptura impleret̃, Os nō cōminueti⁹ ex eo. Et iterū alia scriptura dicit, Uidebūt in quē transfixerūt.

Hic nō petit bn̄dictionē diacon⁹ si in officio diaconat⁹ seruiat: Alioq̄ ipe sacerdos: ⁊ nō incēset euāgeliū quia est ferialis. Euāgeliū.

Post hec autem rogauit pilatum Joseph ab arimatea (eo q̄ esset discipulus iesu, occult⁹ aūt pꝛopter metū iudeoꝛū) vt tolleret coꝛpus iesu: et permisit pilatus. Uenit ergo, et tulit coꝛpus iesu. Uenit autē et nicodemus, qui venerat ad iesum nocte pꝛimū, ferēs mixturam myrrhe et aloes quasi libꝛas centū. Acceperūt autem coꝛpus iesu, ⁊ ligauerunt illud lintheis cum aro-

matibus: ſicut mos eſt iudeis ſepelire. Erat autem in loco vbi crucifixus eſt hortꝰ: ⁊ in horto monumētū nouū, in quo nondū quiſꝙ poſitus fuerat. Ibi ergo propter paraſceuen iudeorū, quia iuxta erat monumētū, poſuerunt ieſum. Paſſione finita, ſacerdos qui celebrat miſſam dicit orationes ſubſcriptas, ſic ꝙ abſolute incipit primā: alias autem cum Flectamus genua.



Oremus dilectiſſimi nobis pro



eccle ſi a ſancta de i: vt eam



deūs et dn̄s noſter pacificare,



adunare, et cuſtodire dignetur



toto orbe terrarū, ſubijciens



ei principatꝰ ⁊ poteſtates: det



ꝙ nobis quietā et trāquillam



vitā de gētibꝰ glorificare deū



patrē omnipotentē. Oremus. Diaconus ſi in officio diaconatus ſeruiat, Alioqui ipſe ſacerdos dicit.



Flectamꝰ ge nua, Leuate.

Oro.

Omnipotens ſempiterne deus, qui gl'iam tuā omnibꝰ in chriſto gētibꝰ reuelaſti: cuſtodi opa mie tue: vt eccleſia tua toto orbe diffuſa, ſtabili fide in cōfeſſione tui nois perſeueret, Per eundē dn̄m nr̄m ieſum chriſtū filiū tuū, q̄ tecū viuit et regnat in vnitate ſpūſſcti deꝰ p oia ſcl'a ſeculorū. ℞. Amen.




Flectamus genua. **Oratio.**

OMnipotẽs ſempiterne deꝰ, cuius iudicio vniuerſa fundantur, reſpice propitius ad preces noſtras, et electum nobis antiſtitem tua pietate conſerua: vt chriſtiana plebs que tali gubernatur autore, ſub tanto pontifice credulitatis ſue meritis augeatur. Per dominum noſtrum. ℟. Amen.





pro omni populo ſancto dei.



Oremus.

Flectamus genua. Oratio.

OMnipotens ſempiterne deus, cuius ſpiritu totum corpus eccleſie ſanctificatur et regitur: exaudi nos pro vniuerſis ordinibus ſupplicantes, vt gratie tue munere ab omnibus tibi gradibꝰ fideliter ſeruiatur. Per dominum noſtrum. in vnitate eiuſdem ſpiritusſancti. ℟. Amen.



O remus, et pro chriſtianiſſi-



mo rege noſtro. N. vt deus et



dominus noſter ſubditas il li



faciat om̄es barbaras nati o



nes, ad noſtrā perpetuā pacē.



Oremus.

Flectamus genua. Oratio.

OMnipotens ſempiterne deus, in cuius manu ſunt omnium poteſtates et omnia iura regnorum, reſpice propitius ad Romanum benignus imperiū, vt gētes que in ſua feritate confidunt, potentie tue dextera comprimantur. Per dominum. ℟. Amen.



O remus et pro Cathecu-



minis noſtris, vt deuꝰ et domi

nus noſter adaperi at aures precordiorũ ipſorũ, ianuamq; miſericordie ſu e, vt per lauacrum regenerationis accepta remiſſione omniũ peccatorũ, et ipſi digni inueniant in criſto ieſu domino nr̃o. Oremus.

Flectamus genua. Oratio.

Omnipotens ſempiterne deus, qui eccleſiam tuam noua ſemper prole fecundas, auge fidem et intellectum cathecuminis noſtris, vt renati fonte baptiſmatis, adoptionis tue filijs aggregentur, Per dominum. ℟ Amen.

Oremus dilectiſſimi nobis deum patrẽ omnipotentẽ vt cunctis mũdũ purget erroribꝰ, morbos auferat, famem repellat, aperiat carceres,




Flectamus genua. **Oratio.**

Omnipotẽs ſempiterne deꝰ, meſtorum conſolatio, laborantium fortitudo, perueniant ad te preces de quacunq; tribulatione clamãtium, vt omnes ſibi in neceſſitatibus ſuis miſericordiam tuam ſentiant affuiſſe. Per dominum noſtrum. ℟. Amen.



Flectamus genua. Oratio.

OMnipotens ſempiterne deus,qui ſaluas omnes et neminem vis perire,reſpice ad animas diabolica fraude deceptas:vt omni heretica prauitate depoſita, errantium corda reſipiſcant:et ad veritatis tue redeāt vnitatē. Per dominum noſtrum. ℞ Amen.




Hic non dr̄ Oremꝰ nec Flectamꝰ genua: ſed abſolute incipit. Oro.

OMnipotēs ſempiterne deꝰ, qui etiam iudaicam perfidiā a tua miſericordia non repellis,exaudi preces noſtras, quas pro illiꝰ populi obcecatione defferimꝰ: vt agnita veritatis tue luce, que chriſtus eſt,a ſuis tenebris eruantur, Qui tecum viuit et regnat ⁊c. Hic non reſpondetur. Amen.






Flectamus genua. Oratio.

O Mnipotẽs ſempiterne deꝰ, qui non vis mortem peccatorum, ſed vitam ſemper inquiris: ſuſcipe propitius orationem noſtram, et libera eos ab idolorum cultura: ⁊ aggrega eccleſie tue ſancte ad laudem et gloriam nominiꝰ tui, Per dominum noſtrum ieſum chriſtum. ℟. Amen.




Flectamus genua. Oratio.

O Mṗs ſempiterne deus, qui genꝰ humanũ gratuita pietate a morte volens eripere, dominum noſtrum ieſum chriſtum filiũ

tuũ mortẽ feciſti ſubire: te ſupplices deprecamur, vt ſpiritus fideliũ defunctorum, vniuerſa delictorum cõceſſa remiſſione, in abrahe gremio iubeas collocare, Per eũdem dominum. ℟ Amẽ. Completis orationib⁹ ſupradictis, ſacerdos ⁊ diaconus ſi in officio diaconatus ſeruiat, Alioquin ipſe ſacerdos, ſint induti capis ſericis retro altare. Qui reuerenter et humiliter accipiant crucem de lintheo, et cooperiant eam, cantentq; in perſona chriſti pendentis in ligno antiphonam ſequentem. Antiphona.







Inferior celeberrim⁹ ⁊ digniſſimus hymn⁹, q̃ ⁊ diuinarũ perſonarũ trinitatẽ, et ſimul indiuiduã deitatis vnitatẽ indicat, atq; in ſe cõplectitur, Quem aſſerit ſacer Damaſcen⁹ reuelatiõe celit⁹ facta hominib⁹ angelorũ miniſterio innotuiſſe, atq; in Calcedonẽſi concilio ab vniuerſali eccl'ia approbatũ, et Vt publice decantaretur inſtitutũ fuiſſe. Finita ſuperiori aña. Popule meus, ſint duo pueri parati ante altare, et cantent, flectendo genua,



Ha gi os atha na

tos e le iſon

e mas.

Inferioꝛ latinꝰ verſus ſuperio/ris greci eſt interpꝛetatio, atq; ad verbũ expoſitio: nullaq; debet inter/iecta eſſe copulatiua cõiũctio, quũ in greco nulla talis ſit. Eo dicto choꝛꝰ flectẽdo genua reſpõdet.

San ctus de us,

Sa nctus fo ꝛtis,

Sanctus immoꝛta lis

miſere re no bis.

Interea ꝗ̃ cantatur añ. Quia edu xi te. qui tenet crucem diſcooperiat bꝛachium ſiniſtrum crucis.

Qui a e duxi te

per de ſe rtum qua/

draginta annos, ꝛ manna ci/

ba uite, et introdu xi in

terram ſa tis optimam pa/




Et iterum pueri flectendo genua cātant. H ágios o théos, H agios iſchyrós, H agios Athánatos eléiſon emás. Et iterum chorus flectē do genua, iterum reſpondet. S anctus deus, Sanctus fortis, Sanctus immortalis miſerere nobis. Interea q̄ cantatur aña. Quid vltra debui. qui tenet crucem diſcooperiat brachium dextrum crucis: et eat ad cornu altaris.







Et iterum pueri flectendo genua cātant. H ágios o théos, H agios iſchyrós, H agios athánatos eléiſon emás Et iterū chorus flectendo genua reſpondet, S anct⁹ de⁹,

Sanctus fortis, Sanctus im mortalis miſerere nobis. Deinde qui tenet crucem diſcooperiat eam: et eat ad mediũ altaris, eleuetqꝫ ſurſum cum manu dextera: et flectendo genua incipiat ſolus antiphonam ſequentem.



Ecce li gnũ cru cis,

Et chorus flectendo genua reſpõdet, Ecce lignum crucis. Iterũ qui tenet crucem dicit Ecce lignum crucis. Et chorus iterum reſpondet, Ecce lignũ crucis. Et iterum qui tenet crucem dicit Ecce lignum cruciꝰ. Et demũ chorꝰ reſpondet, Ecce lignũ crucis. Et tũc cantatur tota.



Ecce li gnũ cru cis,



in quo ſa lus mun di pe-



peu dit ve ni



te a dore mus.

Qua cãtata ſacerdos ponit crucẽ in loco preparato ante altare et adoretur ab oibꝰ. Ad adorãdã crucẽ.

Chriſte, qui pro nobis crucis et mortis patibulũ ſubiſti: vt mortis a nobis expelleres poteſtatẽ, et ſanguinis tui precio nos liberares, miſerere mei humillimi ſerui tui, et veniam mihi oĩm meorũ tribue peccatorũ: meqꝫ corã adorãda cruce tua proſtratũ ab oibus malis eripe, boniſqꝫ tuis miſericorditer refice, Qui vi. Interim qꝫ crux adoratur, cantãtur añe ſequentes.

Adoremus crucis ſignaculũ: per qđ ſalutis ſumpſimus ſacramẽtũ: in quo dñs noſter, quaſi in ſtatera, ſeipm̃ preciũ noſtrũ penſauit: vt vita vendita, fieret mors captiua: in quo, ne vllus graui lapſu corruat, ſanctos pedes chriſtꝰ affixit: et cõtra fortẽ fortiorẽ totꝰ mundus triũphatorẽ oſtendit. Hoc tamen plus eſt mirabile, qꝛ vt per eũ totꝰ mũdus proficeret, in vno ſtans ſtipite curſum victor impleuit. Aña. Crucem tuã adoramus dñe, et ſanctam reſurrectionẽ tuã laudamus et glĩficamꝰ: ecce enim propter crucẽ venit gaudiũ in vniuerſo mũdo. Aña. Cum fabricator mundi mortis ſupplicium pateretur in cruce: clamans voce magna, tradidit ſpiritum. Ecce velum templi ſciſ

ſum eſt, monumenta aperta ſunt, terremotus etiam factus eſt magnus: qꝛ mortem filij dei clamabat mundus, ſe ſuſtinere non poſſe. Aperto ergo militis lãcea latere crucifixi dñi, exiuit ſanguis et aqua in redemptionẽ ſalutis noſtre. Aña. O crux veneranda, que ſola fuiſti digna portare regem celorũ et dominũ. Aña. O crux benedicta, quia in te pependit ſaluator mundi: et in te triumphauit rex angelorũ. Añ. Adoramus te chriſte, et benedicimus tibi: quia per crucem tuam redemiſti mundum. Aña. Saluator mundi ſalua nos: qui per crucẽ et ſanguinẽ redemiſti nos: auxiliare nobiꝰ, te deprecamur deus noſter. Aña. Crux fidelis, inter oĩes arbor vna nobilis: nulla ſylua talẽ profert frõde, flore, germine: Dulce lignum, dulces clauos, dulce pondus ſuſtinet. Aña. O crux ſplendidior cunctis aſtris, mundo celebris, hoĩbus multũ amabilis, ſanctior vniuerſiꝰ, que ſola fuiſti digna ſuſtinere talenta mundi. Dulce lignum, dulces clauos, dulcia ferẽs pondera. Salua preſentẽ cateruã in tuis iugiter laudibus congregatã. Aña. O crux, admirabile ſignum, in quo dñs noſter dei filius eſt ſuſpenſus pro noſtrorũ pondere criminum: mortis damnauit ſuppliciũ, et ſanguis eius effuſus eſt in precium noſtre ſalutis. Finita autem crucis adoratione, ſacerdos qui celebrat miſſam accipiat crucem cum manu dextera flectendo genua, et incipiat ſolus añam ſequentem.




Et chorus flectendo genua reſpõdet, Suꝑ omnia ligna cedrorũ. Iterũ ſacerdos dicit, Suꝑ omnia ligna cedrorũ. Et chorus iterum reſpondet, Super omnia ligna cedrorum. Iterum ſacerdos dicit, Super omnia ligna cedrorum. et eleuent crucem ſurſum cum bordone. Et chorus demum reſpondet, Super omnia ligna cedrorum. Et tunc cantatur tota antiphona.















Qua cantata,et exaltata cruce,ſa
cerdos qui celebrat miſſam exuat
capam,accipiatq; caſulā et eat ad
monumētū,faciēdo ⁊ cātando ea-
dem q̄ in feria.v.quādo corpꝰ dñi
poſitū fuit in monumento,ac ferat
illud ad altare:in quo ſint lapida,
thobalia,⁊ corpalia parata.Poſt
ea diaconꝰ ſi in officio diaconatus
ſeruiat,alioquin ipſe ſacerdoꝰ,extē
dat corporalia ſup dictā lapidā et
reuerēter ponat corpus dñi ſup pa
tenā.Quo facto accipiat calicē et
^ nō imponat vinū cōſecratū cū aqua:
nihil aūt dicēdo:quē collocet in al-
tari more ſolito.Deinde ſacerdos
omiſſa confeſſione conſueta abſo-
lute incipiat.Oremꝰ.Preceptis
ſalutaribꝰ moniti,et diuina inſtitu
tione formati audemꝰ dicere,Pa
ter noſter ⁊c. quo finito chorus re-
ſpondet,Sed libera nos a malo.
Sacerdos vero ſub ſilentio dicit
Amen.⁊ orationē,Libera nos q̄s
dñe ab oībus malis ⁊c.Finita aūt
orone anteq̄ faciat fractionē cor-
poris chriſti eleuet corpus reueren
ter cū manu dextera ſupra caput:
ita vt ab oībus poſſit videri.Poſt
ea frāgat hoſtia in tres partes mo
re cōſueto ⁊ dicat.Per oia ſecula ſe-
culorū.Reſpōdeat chorus,Amē.
nō dicitur,Pax dñi:neq; Agnus
dei..nec pacis oſculum dat̃:ſed im-
mediate poſt fractionē,vnā partē
hoſtie mittit in calicē nihil dicēdo:
nec dicit Hec ſacroſancta commi-
ſtio. neq; Dñe ſancte pater. neq;
Dñe ieſu chriſte.neq; Pceptio cor
poris tui.Ratio quare p̄dicte ora
tiones dimittūtur eſt:quia hodie
nō conſecratur vinū:et ſic in calice
non eſt ſanguiꝰ chriſti:⁊ ideo ceſſat
cōmiſtio corpis ⁊ ſanguiniꝰ chriſti:
⁊ orōnes predicte q̄ faciūt mentio
nē de ſanguine chriſti.Poſtmodū
vero ſacerdos anteq̄ reliq̄s duas
partes ſumat,dicit ter,Dñe non
ſum dignꝰ,vt intreꝰ ſub tectū meū:
ſed tantū dic verbo et ſanabit̃ aīa
mea:et immediate procedat et ſu-
mat reuerēter corpꝰ dñi ⁊ vinū in
calice poſitum.Facta aūt commu
nione,vt dictū eſt,nihil dicit̃:ſed ſa-
cerdos more ſolito lotis manibus
reuertitur ad mediū altaris,⁊ dicit
ſecrete,Quod ore ſumpſimꝰ dñe,
pura mente capiamus ⁊c. preter-
miſſis. Corpus dñi nr̄i ieſu chriſti.
et Placeat tibi ſancta trinitas ⁊c.
Deinde dicunt̃ veſpe:⁊ poſt añam
dictā ad magnificat ſtatim dicunt̃
preces,vt in tribꝰ diebꝰ tenebrarū.
ſed ſine Dñs vobiſcum et Oremꝰ
cōcludūtur veſpere cum oratione
Reſpice q̄s dñe:in fine cuius non
reſpondet.Amē.nec dicitur Dñs
vobiſcum:nec Benedicamꝰ dño.

Tunc ſacerdos, ſi diaconus nō fuerit, cū eo cōuerſus ad populum dicat. In noīe dn̄i diſcedite in pace. Poſtea denudet altare. ¶ Sabbato ſancto in vigilia paſche hora competenti ſint altaria cooperta ⁊ eccleſia parata cū oib⁹ neceſſarijs: et dū hora fuerit dicant nonā: et interim ſacerdos intret in ſacrarium cū miniſtris, ⁊ induat ſe eccleſiaſticis indumentis cū capa ſine caſula. Dicta aūt nona exeat ad cornu altaris vbi epl'a legitur: et tunc excutiat ignē nouū de ſilice, ⁊ benedicat eū dicēdo. ℣. Adiutoriū noſtrū in nomine dn̄i. ℟. Qui fecit celū ⁊ terrā. ℣. Sit nomē dn̄i benedictū. ℟ Ex hoc, nūc, ⁊ vſq; in ſeculū. ℣. Dn̄e exaudi orationem meā. ℟ Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dn̄s vobiſcum. ℟. Et cū ſpiritu tuo. Oremus. Oratio.

Domine ſancte, pater omnipotens, eterne deus, in nomine tuo et filij dn̄i nr̄i ieſu chriſti benedicim⁹ hūc ignē: ⁊ eū cum cera ⁊ omīb⁹ alimonijs ei⁹ ſanctificam⁹: et ſigno crucis chriſti filij tui dei viui atq; altiſſimi ſignamus: vt intus vel foris accēſus, nō quod noceat, incēdat, ſed omīa ad vſus hominū neceſſaria calefaciat, ſiue illumīet. Et que ex hoc igne fuerint cōflata vel calefacta: ſint benedicta, ⁊ omīi humane ſaluti vtilia: vt nō cū nadab et abiu ignē tibi offerētib⁹ alienū, incēdamur: ſed cū aaron pōtifice ⁊ filijs ei⁹, hoſtias tibi pacificas, ſpūſſancti igni aſſatas immolare valeam⁹: et ſemper eiuſdē ſpiritusſancti ignē vitia nr̄a vre, cordaq; nr̄a luce ſciētie tue illumina: ⁊ animas nr̄as calore fidei clarifica. P

Deus qui per Oro. eundē. filiū tuū angularē lapidem charitatis tue ignē fidelib⁹ cōtuliſti: productum ex ſilice, nouū hunc ignē ſancti ✠ ficare digneris: ⁊ cōcede nobis ita per hec feſta paſchalia celeſtibus deſiderijs inflāmari: vt ad perpetua feſta purgatis mētibus pertingere valeam⁹. Per eundem dn̄m. ℟. Amen. Deinde benedicat incenſum ponendum in cereo: ⁊ abſolute dicat hanc orōnē.

Domine deus oīps, cui aſtat exercit⁹ angelorū ſc̄orū tuorū: dignare reſpicere, bn̄ ✠ dicere, ⁊ ſc̄ti ✠ ficare hāc creaturā incēſi, vt oēs languores et diabolice inſidie odorē ipſi⁹ ſentiētes, effugiāt, ⁊ ſeparentur a plaſmatura tua: quā precioſo ſanguine tuo redemiſti: vt nunq̄ ledant a morſu ſerpētis antiqui, p te ſaluator mūdi, qui cū patre ⁊ ſpū ſancto ⁊c. Et bn̄dictio dei omīpotētis, pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ ſpiritus ✠ ſc̄ti deſcēdat ⁊ maneat ſup hūc ignē ⁊ hoc incēſū. ℟. Amē. Finita vero bn̄dictiōe ignis ⁊ incēſi, aſpergat aqua bn̄dicta ſup ignē ⁊ incēſum. Poſtea ſacerdos, ſi nō erit diacon⁹, cū eo vadit cū luminarib⁹ ad pulpitū: ⁊ abſolute incipiat in laudē cerei. Exultet iā angelica.


E Xultet iam ange li ca tur ba ce lorum, ex ultent
di ui na myſte ri a, et pro tanti
regis victo ri a, tuba into net ſa lu ta ris.
Gau de at et tellus tantis irradi a ta ful go ribus. Et
e terni regis ſplendo re illuſtra ta
to ti us orbis ſe ſenti at ami ſiſſe ca li ginem.
L ete tur et mater eccle ſi a, tanti luminis adornata ful-


go ꝛibus, et magnis popu loꝛum vo
ci bus hec aula re ſul tet. Qua propter aſtantibus
vobis fratres chari ſſimi ad tā mīram ſancti huius luminis
clari ta tem, v na mecum queſo de i omnipoten
tis mi ſe ri coꝛdiam in uo ca te:
Ut qui me, non meis me ritis intra leuitarū numerū dignatus
eſt aggrega re, luminis ſu i gratiam infunden


do, ce re i huius laudem implere perfi-
ci at, Per eundem dominũ noſtrũ ieſum chriſtum
fi li um ſuum, qui cum eo viuit et regnat de-
us, in vni tate ſpi ri tus ſancti,
Per omnia ſecula ſecu lorum. Amen. Dominꝰ vobiſcum.
Et cum ſpiri tu tu o. Surſum corda. Habemus ad dominum.
Gra ti as aga mus domi no de o no ſtro, Dignum et


iuſtum eſt. Ve re quia dignum et iuſtum eſt,
equum et ſaluta re, inuiſibilem deum patrem omnipo-
tentem fi liumq; eius vnigenitum dominum noſtrum ie ſum
chriſtum cum ſpiri tu ſancto, toto cordis ac mentis af fe ctu
et vocis miniſteri o perſona re, Qui pro nobis eterno
patri Ade debi tum ſoluit, et veteris peccati cau ti o
nem pi o cru o re de ter ſit. Hec ſunt enim feſta


paſcha li a, in quibus verus il le agnus oc ci ditur,
eiuſ ꝙ ſan guine poſtes fi de li um conſecran tur.
Hec nox eſt, in qua primum patres noſtros fi li os
iſra el edu ctos de egy pto ru brum ma re ſic co-
veſtigi o tranſi re fe ci ſti. Hec i gi tur nox eſt,
que pecca torum te nebras, columne il lumina ti o ne
purga uit. Hec nox eſt, que hodi e per vniuerſum mun


dum in chriſtũ cre dentes, a vi ti js ſecu li ſe gre ga
tos, et ca li gine peccatorũ red dit gra ti e, ſo ci at ꝗ ſan-
ctita ti. Hec nox eſt, in qua deſtructis vinculis
mortis, chriſtus ab inferis vi ctor aſcen dit. Nihil enim nobis
naſci pro fu it, ni ſi redi mi pro fuiſ ſet.
O mira cir ca nos tu e pie ta tis digna ti o,
O ineſtima bi lis di le cti o cha ri ta tis,


vt ſeruū redimeres, fi li um tradidi ſti. O certe neceſſarium
a de pec catum, quod chriſti mor te dele tum eſt.
O fe lix culpa, que tantum ac talem meru it ha be re re-
demptorem. O bea ta nox, que ſola meru it ſcire
tempus et horam, in qua chriſtus ab in fe ris re ſurre xit.
Hec nox eſt, de qua ſcriptum eſt, Et nox ſicut dies
il lu mi na bitur: et nox il lu minati o me a in deli-




Hic ponãtur in cereo quinqʒ grana thuriꝰ in modũ crucis, deide cõſeq̃nt dicat.


ri bus a pum ſacroſancta red dit eccle ſi a. Sediā colum
ne huius preconi a nouimus, quā in honorē de i rutilans ignis
accen dit.
Hic accen-
datur cere-
us, deinde
dicatur.
Qui li cet ſit di ui ſus in partes, mu-
tu a ti tamen luminis detrimen ta non no uit. Ali-
tur liquentibus ceris, quas in ſubſtantiam preci o ſe hu ius
lampadis, apes ma ter e du xit. O ve re be a-
ta, et mira bi lis a pes, cuius nec ſexum ma ſcu li vi olant,


fe tus non caſſant, nec fi li j deſtruunt ca ſtita tem.
Sic et ſancta concepit virgo ma ri a, vir go pe perit, et
vir go per man ſit. O vere be a ta nox, que
expo li a uit e gyp tios, di ta uit hebre os.
Nox, in qua terrenis ce le ſti a, humanis diui na iunguntur.
Oramus te domi ne, vt ce re us i ſte in honorem nominis
tu i con ſe cratus, ad noctis huius ca li ginem deſtruendam


in de fi ci ens per ſe ue ret: et in odorem ſua ui ta tis
ac ceptus, ſupernis lumina ri bus miſce a tur.
Flam mas e ius lu ci fer matu ti nus in ue ni at.
Il le in quam lu cifer, qui ne ſcit occa ſum. Il le
qui regre ſſus ab in feris, humano ge neri ſe re nus
il lu xit. Precamur er go te do mine, vt nos famulos tuos,
omnem clerum, et deuotiſſimum populum tuum, vna cũ famulo




Quo finito ſacerdos celebꝛās miſſam indutus cū capa, et miniſtri induti moꝛe ſolito ante altare procedūt, et in locis ſuis ſedent. Poſtea leguntur ꝓphetie ſine titulo, et abſolute incipitur. Pꝛophetia pꝛima, Geneſis. j. a.

108

IN principio creauit deus ce
lũ et terram, terra autẽ erat
inanis et vacua: ⁊ tenebre erant ſu
per faciẽ abyſſi: et ſpũs dñi fereba-
bat̃ ſup̱ aquas. Dixitq̃ de⁹, Fiat
lux. Et facta eſt lux. Et vidit deus
lucẽ ꝙ eſſet bona: ⁊ diuiſit lucẽ a te
nebris. Appellauitq̃ lucẽ diẽ, ⁊ te
nebras noctẽ: factũq̃ eſt veſpere ⁊
mane dies vn⁹. Dixit q̃ de⁹, Fiat
firmamentũ in medio aquarũ: ⁊ di
uidat aquas ab aquis. Et fecit de⁹
firmamẽtũ, diuiſitq̃ aquas q̃ erãt
ſub firmamẽto, ab his q̃ erant ſup̱
firmamentũ. Et factũ eſt ita. Vo-
cauitq̃ deus firmamẽtũ, celum: et
factũ eſt veſpere ⁊ mane dies ſecũ
dus. Dixit verõ deus, Congregen
tur aque que ſub celo ſunt, in locũ
vnũ: ⁊ appareat arida. Et factum
eſt ita. Et vocauit de⁹ aridam, ter
rã: ↄ̃gregationeſq̃ aquarũ appel-
lauit maria. Et vidit deus ꝙ eſſet
bonũ, ⁊ ait, Germinet terra herbã
virentẽ ⁊ facientẽ ſemẽ, ⁊ lignũ po
miferũ faciens fructũ iuxta genus
ſuũ, cuius ſemẽ in ſemetipſo ſit ſup̱
terrã. Et factũ eſt ita. Et protulit
terra herbã virentẽ, et facientem ſe-
men iuxta genus ſuũ, lignumq̃ fa
ciens fructũ et habẽs vnũquodq̃
ſementẽ ſcd̃m ſpeciẽ ſuã. Et vidit
deus ꝙ eſſet bonũ, factumq̃ eſt ve
ſpere ⁊ mane dies terti⁹. Dixit au
tẽ deus, Fiant luminaria in firma
mento celi, ⁊ diuidant diẽ ac noctẽ:
et ſint in ſigna, et tẽpora, et dies, et
annos: vt luceant in firmamẽto ce
li, et illuminent terrã. Et factũ eſt
ita. Fecitq̃ de⁹ duo luminaria ma
gna, luminare maius vt preeſſet
diei: et luminare minus, vt preeſſet
nocti: et ſtellas. Et poſuit eas de⁹
in firmamẽto celi, vt lucerẽt ſuper
terrã, et preeſſent diei ac nocti, et di
uiderent lucẽ ac tenebras. Et vidit
deus ꝙ eſſet bonũ, ⁊ factũ eſt veſpe
re ⁊ mane dies quartus. Dixit etiã
deus, Producãt aque reptile ani-
me viuẽtis, et volatile ſuper terrã
ſub firmamẽto celi. Creauitq̃ de⁹
cete grandia, ⁊ omnẽ animã viuen
tẽ atq̃ motabilẽ, quã produxerãt
aque in ſpecies ſuas, ⁊ omne vola-
tile ſcd̃m genus ſuũ. Et vidit deus
ꝙ eſſet bonum, benedixitq̃ eis, di-
cens, Creſcite ⁊ multiplicamini, et
replete aquas maris: aueſq̃ multi
plicentur ſuper terrã. Et factũ eſt
veſpere et mane dies quintus. Di-
xit quoq̃ de⁹, Producat terra ani
mã viuentẽ in genere ſuo, iumẽta
et reptilia et beſtias terre ſecundũ
ſpecies ſuas. Factũq̃ eſt ita. Et fe
cit deus beſtias terre iuxta ſpecies
ſuas, ⁊ iumenta et omne reptile ter
re in genere ſuo. Et vidit de⁹ ꝙ eſ-
ſet bonũ, et ait, Faciamus hominẽ
ad imaginẽ et ſimilitudinẽ noſtrã,
⁊ preſit piſcib⁹ maris, et volatilib⁹
celi, ⁊ beſtijs, vniuerſeq̃ terre, om-
niq̃ reptili quod mouet̃ in terra.
Et creauit deus hominem ad ima
ginem ſuam, ad imaginẽ dei crea-

uit illum, maſculum ⁊ feminā crea
uit eos. Benedixitq; illis deus, et
ait, Creſcite et multiplicamini, ⁊ re
plete terrā, ⁊ ſubijcite eā, ⁊ domina
mini piſcib⁹ maris, ⁊ volatilibus ce
li, ⁊ vniuerſis animātibus q̄ mouē
tur ſuper terrā. Dixitq; de⁹, Ecce,
dedi vobis oēm herbā afferentē ſe
mē ſup terrā, ⁊ vniuerſa ligna que
habent in ſemetipſis ſementē gene
ris ſui, vt ſint vobis in eſcā, et cun-
ctis animātibus terre, omniq; vo-
lucri celi, ⁊ vniuerſis que mouētur
in terra, et in quibus eſt aīa viuēs,
vt habeant ad veſcendū. Et factū
eſt ita. Viditq; deus cuncta q̄ fece
rat: ⁊ erāt valde bona. Et factum
eſt veſpere ⁊ mane dies ſext⁹. Igi-
tur pfecti ſunt celi ⁊ terra, ⁊ oīs or-
natus eorum. Cōpleuitq; deus die
ſeptimo opus ſuū quod fecerat: et
requieuit die ſeptimo ab vniuerſo
opere quod patrarat. Qua cōple-
ta ſacerdos dicit Oremus. Oro.

DEus qui mirabiliter creaſti
hoīem, ⁊ mirabilius redemi-
ſti, da nobis, q̄s, cōtra oblectamen
ta pc̄ti mētis ratiōe pſiſtere, vt me
reamur ad gaudia eterna puenire,
Per. Prophetia. ij. Geneſis. vj. a.

NOe vero cū quingentorum
eſſet annorum genuit ſem,
cham, et iaphet. Cumq; cepiſſent
hoīes multiplicari ſuper terrā, ⁊ fi-
lias procreaſſent, videntes filij dei
filias hoīm q̄ eſſent pulchre, acce-
perūt ſibi vxores ex oībus quas elē
gerant. Dixitq; domin⁹, Nō per-
manebit ſpirit⁹ me⁹ in hoīe in eter
nū, quia caro eſt: eruntq; dies illi⁹
centū viginti annorū. Gigātes au
tē erant ſuper terrā in diebus illis.
Poſtq̄ enim ingreſſi ſunt filij dei
ad filias hoīm, illeq; genuerūt, iſti
ſunt potentes a ſeculo viri famoſi.
Videns autē dn̄s q̄ multa malitia
hoīm eſſet in terra, et cūcta cogita
tio cordis intēta eſſet ad malū om
ni tēpore, penituit eū q̄ hominē fe-
ciſſet in terra. Et precauēs in futu
rū, ⁊ tactus dolore cordis intrinſe-
cus, Delebo (inq̄t) hoīem quē crea
ui a facie terre, ab hoīe vſq; ad ani
mātia, a reptili vſq; ad volucres ce
li: penitet enim me feciſſe eos. Noe
vero inuenit gratiā corā deo. He
ſunt generatiōes noe: Noe vir iu-
ſtus atq; perfectus fuit in genera-
tionib⁹ ſuis, cum deo ambulauit, ⁊
genuit tres filios, ſem, chā, ⁊ iaphet.
Corrupta eſt aūt oīs terra coram
deo, ⁊ repleta eſt iniquitate. Cūq;
vidiſſet de⁹ terrā eſſe corruptā (oīs
quippe caro corruperat viā ſuā ſu-
per terram) dixit ad noe, Finis vni
uerſe carnis venit corā me: repleta
eſt terra iniquitate a facie eorū, et
ego diſperdā eos cum terra. Fac ti
bi arcā de lignis leuigatis: māſiun
culas in arca facies, ⁊ bitumine li-
nies intrinſecus et extrinſecus, et
ſic facies eā. Trecentorū cubitorū
erit longitudo arce, quinquaginta
cubitorū latitudo, et triginta cubi-

torū altitudo illius. Feneſtrā in ar
ca facies, ⁊ in cubito cōſummabis
ſummitatē eius: oſtiū aūt arce po-
nes ex latere deorſum. Cenacula ⁊
triſtega facies in ea. Ecce, ego ad-
ducā diluuij aquas ſuper terrā, et
interficiā omnē carnē in qua ſpūs
vite eſt ſubter celū, ⁊ vniuerſa q̄ in
terra ſunt cōſumētur. Ponāq; fe-
dus meū tecū: et ingredieris arcā
tu ⁊ filij tui, vxor tua, ⁊ vxores filio
rū tuorū tecū. Et ex cunctis animā
tibꝰ vniuerſe carnis bina induceſ
in arcā, vt viuāt tecū: maſculini ſe-
xus ⁊ feminini. De volucribus iux
ta genus ſuū, de iumētis in genere
ſuo, et ex omni reptili terre ſcd̄m ge
nus ſuū: bina de oībꝰ ingredienť te
cū, vt poſſint viuere. Tolles igitur
tecū ex oībꝰ eſcis q̄ mādi poſſunt,
⁊ cōportabis apud te: ⁊ erunt tam
tibi, q̄ illis in cibū. Fecit igitur noe
oīa q̄ preceperat illi deꝰ. Dixitq;
dn̄s ad eū, Ingredere tu ⁊ oīs do-
mus tua in arcam: te enim vidi iu-
ſtū corā me in generatiōe hac. Ex
oībus animantibus mūdis tolles
ſeptena ⁊ ſeptena, maſculū et femi
nā: de animātibꝰ vero immundis
duo et duo maſculum ⁊ feminam.
Sed ⁊ de volatilibꝰ celi ſeptena et
ſeptena maſculum ⁊ feminā: vt ſal
uet ſemen ſuꝑ faciē vniuerſe terre.
Adhuc enim ⁊ poſt dies ſeptē ego
pluā ſuꝑ terrā quadraginta diebꝰ
⁊ quadraginta noctibus: ⁊ delebo
oēm ſubſtantiā quā feci de ſuꝑficie
terre. Fecit ergo noe oīa q̄ man-
dauerat ei dn̄s. Eratq; ſexcentorū
annorū quādo diluuij aque inun-
dauerūt ſuꝑ terrā. Et ingreſſꝰ eſt
noe et filij eius, vxor eius ⁊ vxores
filiorū eius cū eo in arcam, ꝓpter
aquas diluuij. De animātibus q̄q;
mūdis ⁊ immūdis, et de volucribꝰ
et ex omni qđ mouetur ſuper terrā,
duo et duo ingreſſa ſunt ad noe in
arcā, maſculus ⁊ femina, ſicut pre-
ceperat deus noe. Cūq; trāſiſſent
ſeptē dies, aque diluuij inundaue-
runt ſuꝑ terrā. Anno ſexcenteſimo
vite noe mēſe ſecūdo, ſeptimodeci-
mo die mēſis, rupti ſunt oēs fonteſ
abyſſi magne, ⁊ cataracte celi aper
te ſunt: ⁊ facta eſt pluuia ſuꝑ terrā
quadraginta diebus ⁊ quadragin
ta noctibus. In articulo diei illius
ingreſſus eſt noe, et ſem, ⁊ cham, et
iaphet filij eius: ⁊ vxor illiꝰ, et tres
vxores filiorū eius cū eis in arcam:
ipſi ⁊ oē animal ſcd̄m genus ſuū,
vniuerſaq; iumēta in genere ſuo, ⁊
omne q̄ mouetur ſuper terrā in ge-
nere ſuo, cūctūq; volatile ſcd̄m ge-
nus ſuū, vniuerſe aues, oēſq; vo-
lucres ingreſſe ſunt ad noe in arcā
bina et bina ex omni carne, in qua
erat ſpiritus vite. Et que ingreſſa
ſunt, maſculꝰ ⁊ femina ex oī car
ne, introierunt ſicut preceperat ei
deus: et incluſit eū dn̄s deforis. Fa
ctūq; eſt diluuiū quadraginta die-
bus ſuꝑ terrā: et multiplicate ſunt
aque, ⁊ eleuauerūt arcā in ſublime

a terra. Vehemēter enim inunda-
uerūt, ⁊ oīa repleuerūt in ſuperficie
terre. Porro arca ferebatur ſup̄
aquas, et aque preualuerūt nimis
ſuper terrā: opertiq; ſunt oēs mon
tes excelſi ſub vniuerſo celo. Quin
decim cubitis altior fuit aqua ſup̄
mōtes quos operuerat. Conſum-
ptaq; eſt oīs caro q̄ mouebatur ſu
per terrā, volucrū, animātiū, beſtia
rū, omniūq; reptiliū que reptāt ſup̄
terram. Uniuerſi hoīes ⁊ cūcta in
quibus ſpiraculū vite eſt in terra,
mortua ſunt. Et deleuit deus oēm
ſubſtātiam que erat ſup̄ terrā ab
hoīe vſq; ad pecus, tam reptile q̄
volucres celi: et deleta ſunt de ter-
ra: remāſit autē ſolus noe, et qui cū
eo erant in arca. Obtinueruntq;
aque terrā centum quinquaginta
diebus. Recordat⁹ aūt deus noe,
cunctorūq; animantiū et omniū iu
mentorū que erāt cū eo in arca, ad
duxit ſpūm ſup̄ terrā, et imminute
ſunt aque, ⁊ clauſi ſunt fontes abyſ
ſi, et cataracte celi: ⁊ prohibite ſunt
pluuie de celo. Reuerſeq; ſunt aq̄
de terra euntes ⁊ redeuntes: et ce-
perūt minui poſt centum quinqua
ginta dies. Requieuitq; arca men
ſe ſeptimo, viceſimoſeptimo die mē
ſis ſuper mōtes armenie. At vero
aque ibant ⁊ decreſcebant vſq; ad
decimū menſem: decimo enim mē-
ſe prima die mēſis apparuerunt ca
cumina montiū. Cumq; trāſiſſent
quadraginta dies, aperiēs noe fe-
neſtrā arce quā fecerat, dimiſit cor
uum. Qui egrediebatur, ⁊ non re-
uertebatur, donec ſiccarētur aque
ſup̄ terrā. Emiſit q̄ columbā poſt
eū, vt videret ſi iā ceſſaſſent aque
ſup̄ faciē terre. Que cū nō inueniſ-
ſet vbi requieſceret pes eius, reuer-
ſa eſt ad eū in arcā: aque enim erāt
ſup̄ vniuerſam terram: extenditq;
manū ſuam, et apprehēſam intulit
in arcā. Expectati⁹ aūt vltra ſeptē
dieb⁹ alijs, rurſum dimiſit colūbā
ex arca. At illa venit ad eum ad ve
ſperā, portās ramū oliue virētibus
folijs in ore ſuo. Intellexit ergo
noe ꝙ ceſſaſſent aque ſuper terrā.
Expectauitq; nihilominus ſeptem
alios dies: ⁊ emiſit columbam, que
nō eſt vltra reuerſa ad eū. Igitur
ſexcēteſimo primo anno, primo mē
ſe, prima die mēſis imminute ſunt
aque ſuper terrā: et aperiēs noe te-
ctū arce aſpexit, viditq; ꝙ exſicca-
ta eſſet ſuꝑficies terre. Mēſe ſecū-
do, ſeptimo et viceſimo die menſis
arefacta eſt terra. Locutus eſt au
tē deus ad noe, dicēs, Egredere de
arca tu ⁊ vxor tua, et filij tui et vxo-
res filiorū tuorū tecū. Cūctaq; ani
mātia q̄ ſunt apud te, ex omni car-
ne tā in volatilib⁹ q̄ in beſtijs ⁊ vni
uerſis reptilib⁹ que reptant ſuper
terrā, educ tecū: et ingredimini ſup̄
terram. Creſcite ⁊ multiplicamini
ſup eā. Egreſſus eſt ergo noe et fi-
lij eius, et vxor illius, ⁊ vxores filio-
rū ei⁹ cū eo: ſed et omnia animātia,

iumēta et reptilia q̄ reptant super terrā ſcd̄m genus ſuū, egreſſa ſunt de arca. Edificauit aūt noe altare dn̄o: ⁊ tollens de cunctis pecoribꝰ ⁊ volucribus mundis, obtulit holocauſta ſuper altare, odoratuſq; eſt dn̄s odorē ſuauitatis. Oremꝰ.

Deus incōmutabilis Oro. virtus, lumen eternum, reſpice propitius ad totius eccleſie tue mirabile ſacramentum: et opus ſalutis humane perpetue diſpoſitionis effectu trāquillus operare, totuſq; mūdus experiatur, ⁊ videat, deiecta erigi, inueterata renouari, et per ipſum redire oīa in integrū, a quo ſumpſere principium Dn̄m noſtrum ieſum chriſtū. Prophetia. iij. Gen. xxij. a.

Tentauit deus Abrahām, et dixit ad eū, Abrahā abrahā. At ille reſpondit, Adſum. Ait illi, Tolle filiū tuū vnigenitū quē diligis, Iſaac, et vade in terrā viſionis: atq; ibi offeres eum in holocauſtū ſuper vnū mōtiū quem mōſtrauero tibi. Igitur abrahā de nocte cōſurgēs, ſtrauit aſinū ſuū: ducēs ſecum duos iuuenes, ⁊ iſaac filiū ſuum. Cūq; concidiſſet ligna in holocauſtum, abijt ad locū quē preceperat ei deꝰ. Die aūt tertio, eleuatis oculis, vidit locū procul, dixitq; ad pueros ſuos, Expectate hic cū aſino: ego aūt et puer illuc vſq; properātes, poſtq̄ adorauerimꝰ, reuertemur ad vos. Tulit quoq; ligna holocauſti, ⁊ impoſuit ſup iſaac filiū ſuum: ipſe vero portabat in manibus ignē et gladiū. Cūq; ambo pergerēt ſimul, dixit iſaac patri ſuo, Pater mi. At ille reſpōdit, Quid vis fili. Ecce (inquit) ignis et ligna: vbi eſt victima holocauſti. Dixit autē abraham, Deꝰ prouidebit ſibi victimā holocauſti, fili mi. Pergebant ergo pariter: et venerunt ad locum quem oſtenderat ei deus, in quo edificauit altare, et deſuper ligna compoſuit. Cumq; colligaſſet iſaac filiū ſuū, poſuit eū in altare ſup ſtruem lignorū. Extenditq; manū et arripuit gladiū vt immolaret filiū ſuū. Et ecce, angelus dn̄i de celo clamauit, dicēs, Abrahām abrahā. Qui reſpōdit, Adſum. Dixitq; ei, Non extēdas manū tuā ſup puerū, neq; facias illi quicq̄: nunc cognoui q̄ timeas deū, et nō pepercisti vnigenito filio tuo propter me. Leuauit abraham oculos ſuos, viditq; poſt tergū arietem inter vepres herentē cornibus: quē aſſumēs obtulit holocauſtum pro filio. Appellauitq; nomē loci illiꝰ, Dn̄s videbit. Unde vſq; hodie dicitur, In mōte dn̄s videbit. Uocauit aūt angelus dn̄i abrahā ſecūdo de celo, dicens, Per me metipm iuraui dicit dn̄s: quia feciſti hanc rē, ⁊ nō pepercisti filio tuo vnigenito, benedicā tibi, et multiplicabo ſemen tuū ſicut ſtellas celi, ⁊ velut arenā que eſt in littore maris: poſſidebit ſemen tuum

portas inimicorū ſuorū, et benedi-
cētur in ſemine tuo oēs gentes ter
re, quia obediſti voci mee. Reuer-
ſus eſt abraham ad pueros ſuos,
abieruntqꝫ berſabee ſimul, et habi-
tauit ibi. Oremus. Oratio.

Deus, fidelium pater ſumme,
qui toto orbe terrarum pro-
miſſionis tue filios diffuſa adoptio
ne multiplicas, et per paſchale ſa-
cramentū abraham puerum tuū
vniuerſarū (ſicut iuraſti) gentium
efficis patrē: da populis tuis, digne
ad gratiā tue vocationis intrare.
P. Prophetia .iiij. Exodi .xiiij. f.

Factum eſt in vigilia matuti-
na, et ecce, reſpiciens dñs ſup
caſtra egyptiorū p columnā ignis
et nubis, interfecit exercitū eorū, et
ſubuertit rotas curruum, ferebā-
turqꝫ in profundum. Dixerūt ergo
egyptij, Fugiamus iſraelē: dñs enī
pugnat pro eis contra nos. Et ait
dñs ad moyſen, Extēde manū tuā
ſuper mare, vt reuertātur aque ad
egyptios, ſup currus et equites eo-
rū. Cumqꝫ extendiſſet moyſes ma
num cōtra mare, reuerſum eſt pri-
mo diluculo ad priorē locū: fugien-
tibuſqꝫ egyptijs occurrerunt aque:
et inuoluit eos dñs in medijs flucti
bus. Reuerſeqꝫ ſunt aque et ope-
ruerūt currus et equites cūcti exer
citus pharaonis, qui ſequentes in-
greſſi fuerant mare: nec vnus qui-
dem ſuperfuit ex eis. Filij autē iſrl'
perrexerunt per medium ſicci ma-
ris, et aque eis erāt quaſi pro muro
a dextris et a ſiniſtris: liberauitqꝫ
dñs in die illo iſrael de manu egy-
ptiorū. Et viderunt egyptios mor
tuos ſup litus maris, et manū ma-
gnam quā exercuerat dñs contra
eos: timuitqꝫ popul9 dñm, et credi-
derunt dño, et moyſi ſeruo ei9. Tūc
cecinit moyſes et filij iſrael carmē
hoc dño, et dixerunt. Tractus Can
temus dño: glorioſe enim magnifica-
tus eſt: equū et aſcēſorē proiecit in ma-
re, adiutor et protector factus eſt mi-
hi in ſalutem. ℣ Hic deus meus, et ho
norabo eum: deus patris mei, et exal-
tabo eum. ℣ Dñs conterēs bella, dñs
nomen eſt illi. Oremus. Oratio.

Deus, cuius antiqua miracu
la, etiā nr̄is ſeculis, coruſca-
re ſentim9: dū qđ vni populo a per-
ſecutione egyptiaca liberādo, dex-
tere tue potentia contuliſti: id in ſa
lutē gentium per aquam regenera
tionis operaris: preſta, vt in abra-
he filios, et in iſraeliticā dignitatem
totius mundi tranſeat plenitudo.
P do. Prophetia .v. Eſaie .liiij. g.

Hec eſt hereditas ſeruorum
dñi, et iuſtitia eorū apud me,
dicit dñs. Oēs ſitientes venite ad
aquas: et qui nō habetis argentū,
properate, emite et comedite: veni-
te, emite abſqꝫ argento, et abſqꝫ vl
la commutatione vinū et lac. Qua
re appenditis argentū non in pani
bus, et laborē veſtrū nō in ſaturita
te? Audite audientes me, et come-

111

dite bonũ,et delectabitur in craſſi-
tudine anima vr̃a. Inclinate aurẽ
veſtrã,et venite ad me:audite,ꝛ vi
uet anima veſtra. Et feriã vobiſcũ
pactũ ſempiternum,miſericordias
dauid fideles. Ecce,teſtẽ populis
dedi eũ,ducẽ ac preceptorẽ gẽtibꝰ.
Ecce,gentẽ quam neſciebas, voca
bis:et gentes q̃ te nõ cognouerũt,
ad te currẽt ꝑpter dñm deũ tuum,
ꝛ ſanctũ iſrael:quia glorificauit te.
Querite dñm dũ inueniri poteſt,
inuocate eũ dũ prope eſt. Derelin-
quat impius viã ſuã, ꝛ vir iniquus
cogitationes ſuas, et reuertatur
ad dñm,ꝛ miſerebitur eiꝰ,ꝛ ad deũ
noſtrũ,qm̃ multus eſt ad ignoſcen
dũ. Nõ enim cogitationes mee co
gitatiões vr̃e:neqꝫ vie vr̃e vie mee,
dicit dñs. Quia ſicut exaltãtur celi
a terra, ſic exaltate ſunt vie mee a
vijs veſtris,et cogitationes mee a
cogitationibꝰ veſtris. Et quomo-
do deſcẽdit imber,ꝛ nix de celo,et il
luc vltra non reuertit̃, ſed inebriat
terrã ꝛ infundit eã,ꝛ germinare eã
facit,ꝛ dat ſemen ſerẽti,et panẽ co-
medẽti: ſic erit verbũ meũ qd̄ egre-
diet̃ de ore meo:nõ reuertet̃ ad me
vacuũ,ſed faciet quecunqꝫ volui,et
proſperabitur in his ad q̃ miſi illd̄,
Dicit dñs õmps. Oremꝰ. Orõ.

O Mñps ſempiterne deꝰ,multi
plica in honorẽ nois tui,qd̄
patrũ fidei ſpõpõdiſti:ꝛ promiſſio-
nis tue filios ſacra adoptione dila
ta,vt qd̄ priores ſancti non dubita
uẽre futurũ,eccl'ia tua magna iam
ex parte,cognoſcat impletũ, P dñ.

Prophetia.vj. Baruch. iij.b.

A Udi iſrael mandata vite:au
ribus percipe,vt ſcias prudẽ
tiã. Quid eſt iſrl' ꝙ in terra inimi-
corũ es? Inueteraſti in terra alie-
na,coinquinatus es cũ mortuiꝰ:de
putatus es cũ deſcẽdentibus in in-
fernũ. Dereliquiſti fontẽ ſapiẽtie.
Nã ſi in via dei ambulaſſes, habi-
taſſes vtiqꝫ in pace ſup terrã. Di-
ſce vbi ſit prudẽtia, vbi ſit virtꝰ, vbi
ſit intellectus:vt ſcias ſimul vbi ſit
longiturnitas vite et victus,vbi ſit
lumẽ oculorũ,ꝛ pax. Quis inuenit
locũ eius:ꝛ quis intrauit in theſau
ros eius? Ubi ſunt principes gen-
tiũ,ꝛ qui dñantur ſup beſtias que
ſunt ſup terrã? Qui in auibus celi
ludunt,qui argentũ theſaurizãt et
aurũ in quo cõfidunt hoies, et non
eſt finis acquiſitionis eorũ? Qui ar
gentũ fabricant et ſoliciti ſunt,nec
eſt inuẽtio operũ illorũ? Extermi-
nati ſunt,ꝛ ad inferos deſcẽderũt,
ꝛ alij loco eorũ exurrexerũt. Iuue
nes viderũt lumẽ, ꝛ habitauerunt
ſup terrã,viã aũt diſcipline ignora
uerũt,neqꝫ intellexerũt ſemitas eiꝰ,
neqꝫ filij eorũ ſuſceperũt eam. A fa
cie ipſorũ lõge facta eſt:nõ eſt audi
ta in terra chanaam,neqꝫ viſa eſt
in theman. Filij ꝙ̃ agar qui exqui-
runt prudentiã que de terra eſt, ne
gociatores terre,ꝛ theman,ꝛ fabu
latores,ꝛ exquiſitores intelligẽtie,

via autē ſapientie neſcierunt, neqꝫ cōmemorati ſunt ſemitas eius. O iſrael ꝙ magna eſt domꝰ dei, et ingēs locus poſſeſſionis eius? Magnus eſt ⁊ non habet finē: excelſus ⁊ immēſus. Ibi fuerūt gigātes nominati illi qui ab initio fuerūt, ſtatura magna, ſciētes bellū. Nō hos elegit dn̄s, neqꝫ viā diſcipline dedit illis: propterea perierunt. Et quoniā nō habuerūt ſapientiā, interierunt propter ſuā inſipientiā. Quis aſcendit in celum, et accepit eam, ⁊ deduxit eā de nubibus? Quis trāſfretauit mare: et inuēnit illā, ⁊ attulit illam ſuper aurū electū? Nō eſt qui poſſit ſcire vias eiꝰ, neqꝫ qui exquirat ſemitas eius: ſed qui ſcit vniuerſa, nouit eam, ⁊ adinuēnit eam prudētia ſua: qui preparauit terrā in eterno tēpore, ⁊ repleuit eam bipedibus et quadrupedibꝰ: qui emittit lumen, et vadit: et vocauit illud, et obedit illi in tremore. Stelle aūt dederūt lumen in cuſtodijs ſuis, et letate ſunt: vocate ſunt, ⁊ dixerunt, Adſumus. Et luxerunt ei cū iocunditate, qui fecit illas. Hic eſt deꝰ noſter, et nō eſtimabitur alius aduerſus eum. Hic adinuenit oēm viam diſcipline, ⁊ tradidit illā iacob puēro ſuo, et iſrael dilecto ſuo. Poſt hec in terris viſus eſt, et cū hominibus cōuerſatus eſt. Oremꝰ. Orō.

DEus, q̄ eccleſiā tuā ſemꝑ gentium vocatione multiplicas: concede propitiꝰ: vt quos aqua baptiſmatis abluis, et continua protectione tuearis. P do. Prophetia. vij. Ezechielis. xxxvij. a.

FActa eſt ſuꝑ me manus dn̄i, et eduxit me in ſpiritu dn̄i: et dimiſit me in medio campi qui erat plenus oſſibus, et circunduxit me per ea in gyro: erāt autē multa valde ſuꝑ faciem campi, ſiccaqꝫ vehementer. Et dixit ad me, Fili hominiꝰ putas ne viuēt oſſa iſta? Et dixi, Dn̄e deus tu noſti. Et dixit ad me, Vaticinare de oſſibus iſtis: ⁊ dices eiꝰ, Oſſa arida audite verbum dn̄i. Hec dicit dn̄s deus oſſibus hiꝰ, Ecce, ego intromittam in vos ſpiritū, et viuetis: et dabo ſuper vos neruos, ⁊ ſuccreſcere faciam ſuper voꝰ carnes, et ſuperextendam in vobis cutem: et dabo vobis ſpiritum, ⁊ viuetis: ⁊ ſcietis q̄a ego dn̄s. Et prophetaui, ſicut preceperat mihi. Factus eſt autē ſonitus prophetante me, et ecce commotio: et acceſſerūt oſſa ad oſſa, vnūquodqꝫ ad iuncturam ſuam. Et vidi, et ecce ſuper ea nerui, et carnes aſcenderunt: et extenſa eſt in eis cutis deſuper, et ſpiritum nō habebāt. Et dixit ad me, Vaticinare ad ſpūm, vaticinare fili hominis, ⁊ dices ad ſpūm, Hec dicit dn̄s deus, A quatuor ventis veni ſpūs: et inſuffla ſuper interfectoꝰ iſtos, et reuiuiſcant. Et prophetaui, ſicut preceperat mihi: et ingreſſus eſt in ea ſpiritus, et reuixerunt: ſteteruntqꝫ ſuper pedes ſuos exer-

citus grãdis nimis valde. Et dixit ad me, Fili hoīs, oſſa hec vniuerſa, dom⁹ iſrael eſt: ipſi dicūt, Aruerūt oſſa noſtra, et periȷt ſpes noſtra, et abſciſſi ſumus. Propterea vaticinare, ⁊ dices ad eos, Hec dicit dn̄s deus, Ecce, ego aperiam tumulos veſtros, ⁊ educā vos de ſepulchris veſtris populus meus: et inducam vos in terrā iſrael. Et ſcietis quia ego dn̄s, cū aperuero ſepulchra veſtra, et eduxero vos de tumulis veſtris popule meus: ⁊ dedero ſpūm meū in vobis, ⁊ vixeritis. Et requieſcere vos faciā ſup humū veſtrā: ⁊ ſcietis quia ego dn̄s locutus ſum, ⁊ feci, ait dn̄s deus. Orem⁹. Oratio.

Deus, qui nos ad celebrandū paſchale ſacramētū vtriuſqȝ teſtamenti paginis imbuiſti, da nobis intelligere miſericordias tuas, vt expectatione preſentium munerum firma ſit expectatio futurorū, Per do. Prophetia. viij. Eſaie. iiij. a.

Apprehēdent ſeptem mulieres virū vnū in die illa, dicentes, Panē noſtrū comedēmus, et veſtimētis noſtris operiemur: tantummodo inuocetur nomen tuum ſuper nos, aufer opprobrium nr̄m. In die illa erit germen dn̄i in magnificētia, ⁊ gloria, et fructus terre ſublimis, ⁊ exultatio his qui ſaluati fuerint de iſrael. Et erit: oīs qui relictus fuerit in ſion, ⁊ reſiduus in hieruſalē, ſanct⁹ vocabitur, omnis qui ſcriptus eſt in vita in hieruſalē: ſi abluerit dn̄s ſordē filiarū ſion, et ſanguinē hierl'm lauerit de medio ei⁹ in ſpū iudicij et ſpū ardoris. Et creabit dn̄s ſup omnē locū montis ſion, et vbi inuocatus eſt, nubē per diē, et fumū ⁊ ſplendorē ignis flammātis in nocte. Sup oēm enim gloriā protectio, ⁊ tabernaculū erit in vmbraculū diei ab eſtu, et in ſecuritatē et abſconſionem a turbine ⁊ a pluuia. Tractus. Vinea facta eſt dilecto in cornu in loco vberi. V. Et maceria circūdedit, et circūfodit, et plantauit vineā ſoreth: et edificauit turrim in medio eius. V. Et torcular fodit in ea: vinea enim domini ſabaoth domus iſrael eſt. Oremus. Oratio.

Deus, qui oībus eccleſie tue filijs ſanctorū prophetarū voce manifeſtaſti, in omni loco dn̄ationis tue ſatorem te bonorum ſeminum, et electorū palmitū eſſe cultorem, tribue q̄s populis tuis, qui ⁊ vinearū apud te noīe cēſentur et ſegetū, vt ſpinarū et tribulorum ſqualore reiecto, digni efficiant' fruge fecunda, Per do. Prophetia. ix. Jone. j. a.

Factum eſt verbum dn̄i ad ionam filium amathi, dicens, Surge, et vade in niniuē ciuitatē grandē, ⁊ predica in ea quia aſcendit malitia eius corā me. Et ſurrexit ionas, vt fugeret in tharſis a facie dn̄i. Et deſcēdit in ioppen, et inuenit nauē euntē in tharſis: ⁊ dedit naulum eius, ⁊ deſcēdit in eam, vt iret cum eis in tharſis a facie dn̄i.

Dñs aũt miſit ventũ magnum in
mare: et facta eſt tẽpeſtas magna
in mari, ⁊ nauis periclitabatur cõ
teri, et timuerũt naute: et clamaue-
rũt viri ad deũ ſuum: et miſerũt va
ſa que erãt in naui in mare, vt alle-
uiaretur ab eis: et ionas deſcendit
ad interiora nauis, ⁊ dormiebat ſo
pore graui. Et acceſſit ad eũ guber
nator, et dixit ei, Quid tu ſopore de
primeris? Surge, inuoca deũ tuũ, ſi
forte recogitet deus de nobis, ⁊ nõ
pereamus. Et dixit vir ad collegã
ſuũ, Venite, et mittamus ſortes, et
ſciamus quare hoc malũ ſit nobis.
Et miſerunt ſortes: et cecidit ſors
ſuper ionam. Et dixerũt ad eũ, In
dica nobis cuius cauſa malũ iſtud
ſit nobis: quod eſt opus tuũ? Que
terra tua? et quo vadis? vel ex quo
populo es tu? Et dixit ad eos, He-
breus ego ſum, ⁊ dñm deũ celi ego
timeo qui fecit mare ⁊ aridã. Et ti-
muerunt viri timore magno, ⁊ dixe
runt ad eũ, Quid hoc feciſti? Co-
gnouerunt enim viri ꝙ a facie dñi
fugeret: qꝛ indicauerat eis. Et dixe
runt ad eum, Quid faciemꝰ tibi, et
ceſſabit mare a nobis? (quia mare
ibat, et intumeſcebat) Et dixit ad
eos, Tollite me, et mittite in mare,
et ceſſabit mare a nobis: ſcio enim
ego qm̃ ꝓpter me tẽpeſtaꝰ hec grã
dis venit ſup vos. Et remigabant
viri, vt reuerterẽtur ad aridã, et nõ
valebãt: qa mare ibat ⁊ intumeſce
bat ſup eosꝰ, ⁊ clamauerũt ad dñm,
et dixerũt, Queſumꝰ dñe, ne perea
mus in aĩa viri iſtiꝰ, ⁊ ne des ſuper
nos ſanguinẽ innocentẽ: qa tu dñe
ſicut voluiſti, feciſti. Et tulerunt io
nã, ⁊ miſerũt in mare: et ſtetit ma-
re a feruore ſuo. Et timuerunt viri
timore magno dñm, ⁊ immolauerũt
hoſtias dño, ⁊ vouerunt vota. Et
preparauit dñs piſcẽ grandẽ, vt de
glutiret ionam: et erat ionas in vẽ
tre piſcis tribus diebus et tribꝰ no
ctibꝰ. Et orauit ionas ad dñm deũ
ſuũ, de vtero piſcis, et dixit, Clama
ui de tribulatiõe mea ad dñm, et ex
audiuit me: de vẽtre ĩferi clamaui,
⁊ exaudiſti vocẽ meã. Et proieciſti
me in ꝓfundũ in corde maris, ⁊ flu-
mẽ circũdedit me, oẽs gurgiteꝰ tui
⁊ fluctꝰ tui ſup me trãſierũt. Et ego
dixi, Abiectꝰ ſum a cõſpectu oculo-
rũ tuorũ: verũtamẽ rurſus videbo
tẽplũ ſcẽm tuũ. Circumdederũt me
aque vſqꝫ ad aĩam, abyſſus valla-
uit me, pelagꝰ operuit caput meũ.
Ad extrema montiũ deſcẽdi, terre
vectes cõcluſerũt me in eternũ: et
ſubleuabis de corruptione vitam
meã, dñe deus meꝰ. Cũ anguſtia-
retur in me aĩa mea, dñi recordatꝰ
ſum: vt veniat ad te oratio mea ad
templũ ſanctũ tuũ. Qui cuſtodiũt
vanitates fruſtra, miſericordiam
ſuam derelinquent. Ego aũt in vo
ce laudis immolabo tibi: quecunqꝫ
voui reddã ꝓ ſalute dño. Oremꝰ.

Oratio.

OMps ſempiterne
deus, qui in oĩm operum tuo

rum diſpenſatione mirabilis es, in
telligāt redempti tui, non fuiſſe ex/
cellentius, ꝙ initio factus eſt mun
dus, q̄ ꝙ in fine ſeculorū paſcha no
ſtrū immolat⁹ eſt chriſt⁹. Qui tec.

Prophetia. x. Ezechielis. xxxvi. c.

HEc dicit dn̄s deus, Sanctifi
cabo nomen meū magnum,
qđ pollutū eſt inter gentes, qđ pol/
luiſtis in medio earū: vt ſciāt gētes
quia ego dn̄s (ait dn̄s exercituū) cū
ſanctificatus fuero in vobis corā
eis. Tollam quippe vos de genti/
bus, et congregabo vos de vniuer
ſis terris, et adducā vos in terrā ve
ſtrā. Et effundā ſuper vos aquam
mundā, ⁊ mundabimini ab omīb⁹
inquinamētis vr̄is, et ab vniuerſis
idolis vr̄is mundabo vos. Et da/
bo vobis cor nouū, et ſpiritū nouū
ponā in medio vr̄i: et auferā cor la/
pideū de carne vr̄a, et dabo vobis
cor carneū. Et ſpiritū meū ponā in
medio veſtri: ⁊ faciā vt in preceptis
meis ambuletis, et iudicia mea cu/
ſtodiatis et operemini. Et habita/
bitis in terra quā dedi patribus ve
ſtris: ⁊ eritis mihi in populū, ⁊ ego
ero vobis in deū, Dicit dn̄s omīps.

DEus, qui di (Orem⁹. Oro.
uerſitatē omniū gentiū in cō
feſſione tui nois adunaſti: da no/
bis et velle, ⁊ poſſe que precipis: vt
populo ad eternitatē vocato vna
ſit fides mentium, et pietas actio/
num, Per. Prophetia. xi. Deu/
teronomii. xxxi. f.

SCripſit moyſes canticū, ⁊ do
cuit filios iſrael. Precepitq̄
dn̄s ioſue filio nun, et ait, Cōforta/
re, et eſto robuſtus: tu eñ introdu
ces filios iſrł in terrā quā pollicit⁹
ſum et ego ero tecū. Poſtq̄ ergo
ſcripſit moyſes verba legis hui⁹ in
volumine, atq̄ cōpleuit, p̄cepit leui
tis, qui portabant arcā federis dn̄i,
dicēs, Tollite librū iſtū, ⁊ ponite il/
lū in latere arce federis dn̄i dei vr̄i:
vt ſit ibi cōtra te ī teſtimoniū. Ego
enim ſcio cōtentionē tuā, ⁊ ceruicē
tuā duriſſimā. Adhuc viuēte me ⁊
ingrediēte vobiſcū, ſemp̄ cōtentio/
ſe egiſtis contra dn̄m: quanto ma
gis cū mortu⁹ fuero. Congregate
ad me oēs maiores natu p̄ tribus
vr̄as, atq̄ doctores, et loquar au/
diētibus eis ſermones iſtos, ⁊ inuo
cabo cōtra eos celū et terrā. Noui
enim ꝙ poſt mortē meam inique
agetis, et declinabitis cito de via
quā precepi vobis: ⁊ occurrent vo/
bis mala in extremo tempore, quā
do feceritis malum in cōſpectu do/
mini, vt irritetis eum per opera ma
nuum veſtrarum. Locutus eſt er/
go moyſes audiente vniuerſo ce/
tu iſrael verba carminis huius, et
ad finem vſq̄ compleuit. Tract⁹.

Attende celum et loquar, et audiat
terra verba ex ore meo. ℣. Expectetur
ſicut pluuia eloquium meum: ⁊ deſcē/
dant ſicut ros verba mea, ſicut imber
ſuper gramina. ℣. Et ſicut nix ſuper
fenum, quia nomen domini inuoca/

bo. ℣. Date magnitudinē deo noſtro. Deus, vera opera eius ⁊ oēs vie eiꝰ iudicia. ℣. Deꝰ fidelis, in quo nō eſt iniq̄tas, iuſtꝰ, ⁊ ſanctꝰ dn̄s. Oremꝰ. Oro.

DEus, celſitudo humilium, et fortitudo rectorū, q̄ per ſanctū moyſen puerū tuum ita erudire populos tuos ſacri carminis tui decātatione voluiſti, vt illa legis iteratio fieret etiā noſtra directio, excita in omnē iuſtificatarū gētium plenitudinē potentiā tuā, ⁊ da letitiā, mitigādo terrorē, vt oīm pc̄tis tua remiſſione deletis, qd̄ denūciatū eſt in vltionē, tranſeat in ſalutē.

P. Prophetia. xij. Danielis. iij. a.

NAbuchodonoſor rex fecit ſtatuā aureā altitudine cubitorū ſexaginta, latitudine cubitorū ſex, ⁊ ſtatuit eā in cāpo dura prouincie babylonis. Itaqꝫ nabuchodonoſor rex miſit ad cōgregandos ſatrapas, magiſtratꝰ, et iudices, et duces, et tyrānos, et prefectos, omneſqꝫ principes regionū, vt cōuenirēt ad dedicationē ſtatue quā erexerat nabuchodonoſor rex. Tunc cōgregati ſunt ſatrape, magiſtratus ⁊ iudices, duces ⁊ tyrāni, ⁊ optimates qui erāt in poteſtatibus cōſtituti, et vniuerſi principes regionū, vt cōuenirēt ad dedicationem ſtatue quam erexerat nabuchodonoſor rex. Stabāt autē in cōſpectu ſtatue quam poſuerat nabuchodonoſor rex, ⁊ preco clamabat valēter, Vobis dicitur populis, tribubus ⁊ linguis. In hora qua audieritis ſonitū tube et fiſtule ⁊ cithare ⁊ ſambuce ⁊ pſalterij et ſimphonie ⁊ vniuerſi generis muſicorū, cadentes adorate ſtatuā aureā quā conſtituit nabuchodonoſor rex. Si qs autē nō proſtratus adorauerit, eadem hora mittetur in fornacē ignis ardētis. Poſt hec igitur ſtatim vt audierunt oēs populi ſonitum tube, fiſtule, ⁊ cithare, ſambuce ⁊ pſalterij, ſimphonie et omnis generis muſicorū: cadentes oēs populi, tribus, ⁊ lingue adorauerūt ſtatuam aureā quā cōſtituerat nabuchodonoſor rex, ſtatimqꝫ ⁊ in ipſo tēpore accedentes viri chaldei accuſauerunt iudeos: dixeruntqꝫ nabuchodonoſor regi, Rex in eternū viue. Tu rex poſuiſti decretū vt omnis homo qui audierit ſonitum tube, fiſtule, et cithare, ſambuce et pſalterij, et ſimphonie, et vniuerſi generis muſicorum, proſternat ſe, ⁊ adoret ſtatuam aureā: ſi quis autē nō procidens adorauerit, mittatur in fornacē ignis ardentis. Sunt ergo viri iudei, quos cōſtituiſti ſuper opera regionis babylonie, ſidrach, miſach, ⁊ abdenago: viri iſti contēpſerunt, rex, decretū tuum: deos tuos nō colunt, ⁊ ſtatuā auream quam erexiſti, nō adorant. Tūc nabuchodonoſor rex in furore et in ira precepit vt adducerent ſidrach, miſach, et abdenago: qui confeſtim adducti ſunt in conſpectu regis. Pronū

m iij

114

ciãſq; nabuchodonoſoꝛ rex, ait eiꝰ, Uere ne ſidrach, miſach, ⁊ abdenago deos meos nõ colitis, et ſtatuã auream quam conſtitui nõ adoꝛatis? Nunc ergo ſi eſtis parati, quacũq; hoꝛa audieritiꝰ ſonitum tube, fiſtule, ⁊ cithare, ſambuce, et pſalterij ⁊ ſimphonie, omniſq; generis muſicoꝛũ, proſternite vos, et adoꝛate ſtatuam quam feci: quod ſi nõ adoraueritiꝰ, eadem hoꝛa mittemini in foꝛnacẽ ignis ardentis: et quis eſt deꝰ qui eripiet vos de manu mea? Reſpondentes ſidrach, miſach, et abdenago, dixerunt regi nabuchodonoſoꝛ, Non opoꝛtet nos de hac re reſpondere tibi. Ecce enim, deuꝰ noſter quem colimus, poteſt eripere nos de camino ignis ardentis, ⁊ de manibus tuis (o rex) liberare. Quod ſi noluerit, notũ ſit tibi rex, quia deos tuos non colimus, ⁊ ſtatuam aureã quam erexiſti nõ adoramus. Tunc nabuchodonoſoꝛ repletus eſt furoꝛe: et aſpectus faciei illius immutatuꝰ eſt ſuper ſidrach, miſach, et abdenago. Et precepit vt ſuccenderetur foꝛnax ſeptuplum q̃ ſuccendi conſueuerat. Et viris foꝛtiſſimis de exercitu ſuo iuſſit vt ligatis pedibus ſidrach, miſach, et abdenago, mitterent eos in foꝛnacem ignis ardentis. Et confeſtim viri illi vincti cum braccis ſuis et tiaris, et calceamentis et veſtibuꝰ, miſſi ſunt in mediũ foꝛnacis ignis ardentis. Nam iuſſio regis vrgebat: foꝛnax autem ſuccenſa erat nimis. Poꝛro viros illos qui miſerant ſidrach, miſach, et abdenago, interfecit flamma ignis. Viri autẽ hi tres, ideſt ſidrach, miſach, et abdenago, ceciderunt in medio camino ignis ardentis colligati, et ambulabant in medio flamme laudãtes deum, ⁊ benedicẽtes domino.

Tractꝰ. Sicut ceruus deſiderat ad fontes aquarum: ita deſiderat anima mea ad te deus. ℣. Sitiuit anima mea ad deũ viuũ. Quando veniã et apparebo ante faciẽ dei mei? ℣. Fuerunt mihi lachꝛyme mee panes die ac nocte: dum dicitur mihi per ſingulos dies, vbi eſt deus tuus. Oꝛemus. Oratio.

Omp̃s ſempiterne deuꝰ reſpice ꝓpitius ad deuotionẽ populi renaſcẽtis: q̇ ſicut ceruuꝰ aquarũ expetit fontẽ. auge ppli vota placatꝰ: qꝛ in nullo fideliũ, niſi ex tua inſpiratiõe, ꝓueniũt quarumlibet incremẽta virtutũ. ¶ His finitis ſacerdos celebrãs miſſam ⁊ miniſtri ſint parati añ altare: ⁊ ferant crux, cãdelabꝛa, chꝛiſma, oleũ, et cereꝰ illuminatus: ⁊ eãt ad fonteꝰ cãtãteꝰ litanias. Interea tñ q̃ cãtantur litanie, benedicat ſacerdos fontes: vt infra poſt litaniã eſt oꝛdinatũ.

Kyrie eleiſon. Chꝛiſte eleiſõ. Kyrie eleiſon. Chꝛiſte audi nos. Chꝛiſte exaudi nos.

Pater de celiꝰ deꝰ, Miſere nobiꝰ.

Fili redemptoꝛ mundi deus, Miſerere nobis.

Spiritꝰ ſcte deꝰ, Miſerere nobis.
Sancta trinitas vnus deꝰ, Miſerere nobis.
Sancta Maria, Ora pro nobis.
Sancta dei genitrix, ora.
Sancta virgo virginum, ora.
Sancte Michael, ora.
Sancte Gabriel, ora.
Sancte Raphael, ora.
Omnes ſancti Angeli et Archangeli dei, Orate pro nobis.
Omnes ſancti beatorum ſpirituū ordines, Orate pro nobis.
Sancte Joannes baptiſta, ora.
Oēs ſancti Patriarche ⁊ Prophete, Orate ꝓ nobis.
Sancte Petre, ora.
Sancte Paule, ora.
Sancte Andrea, ora.
Sancte Jacobe, ora.
Sancte Joānes, ora.
Sancte Philippe, ora.
Sancte Bartholomee, ora.
Sancte Matthee, ora.
Sancte Thoma, ora.
Sancte Jacobe, ora.
Sancte Simon, ora.
Sancte Juda, ora.
Sancte Mathia, ora.
Sancte Barnaba, ora.
Sancte Luca, ora.
Sancte Marce, ora.
Oēs ſcti Apli et Euāgle, Orate.
Oēs ſcti Diſcipuli dn̄i, Orate.
Oēs ſancti Innocentes, Orate.
Sancte Stephane, ora.
Sancte Saturnine, ora.
Sancte Line, ora.
Sancte Clete, ora.
Sancte Clemens, ora.
Sancte Ignaci, ora.
Sancte Alexander, ora.
Sancte Xyſte, ora.
Sancte Corneli, ora.
Sancte Cypriane, ora.
Sancte Laurenti, ora.
Sancte Vincenti, ora.
Sancte Fabiane, ora.
Sancte Sebaſtiane, ora.
Sancte Chryſogone, ora.
Sancte Thoma, ora.
Sancti Joānes ⁊ Paule, orate.
Scti Coſma ⁊ Damiane, orate.
Scti Marcelline ⁊ Petre, orat.
Sancti Juſte et Paſtor, orate.
Sācti Chriſtophore ⁊ Cucupha, Orate pro nobis.
Oēs ſancti Martyresꝰ dei, Orat.
Sancte Syluester, ora.
Sancte Gregori, ora.
Sancte Leo, ora.
Sancte Hilari, ora.
Sancte Martine, ora.
Sancte Auguſtine, ora.
Sancte Ambroſi, ora.
Sancte Iſydore, ora.
Sancte Hieronyme, ora.
Sancte Nicolae, ora.
Sancte Ruffe, ora.
Sancte Mamerte, ora.
Sancte Valeri, ora.
Sancte Braulio, ora.
Omnes ſancti Pontifices et doctores, Orate pro nobis.



115

Sancte Paule, ora.
Sancte Antoni, ora.
Sancte Machari, ora.
Sancte Egidi, ora.
Sancte Benedicte, ora.
Sancte Columbane, ora.
Sancte Guilerme, ora.
Sancte Geralde, ora.
Sancte Leonarde, ora.
Omnes ſancti Monachi et eremite, Orate pro nobis.
Oēs ſancti cōfeſſores dei, Orate.
Sancta maria magdalena, ora.
Sancta Martha, ora.
Sancta Felicitas, ora.
Sancta Perpetua, ora.
Sancta Agatha, ora.
Sancta Lucia, ora.
Sancta Agnes, ora.
Sancta Cecilia, ora.
Sancta Anaſtaſia, ora.
Sancta Petronilla, ora.
Sancta Fides, ora.
Sancta Eulalia, ora.
Sancta Leocadia, ora.
Sancta Engratia, ora.
Sancta Catherina, ora.
Oēs ſancte virgines dei, Orate.
Omnes ſancte vidue et continentes, Orate pro nobis.
Omnes Sancti dei, Orate.
Propiti⁹ eſto, Parce nobis dn̄e.
Ab ira et odio et omni mala volū tate, Libera nos dn̄e.
A cecitate mētis ꝛ corporis, libera.
Ab inſidiis demonū, libera.
A morte ſubitanea ꝛ eterna, libe.
Ab ira ventura, libe.
A damnatione perpetua, libe.
A demonio meridiano, libera.
A fulgure et tempeſtate, libera.
Per annunciationē tuā, lib.
Per aduētum tuum, libera.
Per myſterium ſancte incarnationis tue, libera.
Per paſſionem et ſanctam crucē tuam, libera.
Per glorioſam reſurrectionem tuam, libera.
Per admirabilem aſcenſionem tuam, libera.
Per gratiā ſāctiſpūs paracleti, li.
In hora mortis, Succurre nobis domine.
In die iudicij, libera nos dn̄e.
Peccatores, Te rogamus audi nos.
Ut pacem nobis dones, Te ro.
Ut miſericordia et pietas tua nos ſemper cuſtodiat, te roga.
Ut eccleſiam tuā ſanctā regere et defenſare digneris, te roga.
Ut domnū apoſtolicum et om̄es gradus eccleſie in ſancta religione conſeruare digneris, te ro.
Ut archiepm nr̄m et omnē plebē illi cōmiſſam in tuo ſancto ſeruitio conſeruare digneris, te ro.
Ut cuncto populo chriſtiano pacem ꝛ vnanimitatem largiri digneris, te ro.
Ut indulgētiā omniū delictorum nr̄orū nobi⁹ donare digneri⁹, te ro.
Ut oibus benefactoribus noſtris ſempiterna bona retribuas, te.

Ut vitam eternam nobis donare digneris, te ro.
Ut omnibus fidelibus viuis ⁊ defunctis vitam et requiem eternam donare digneris, te ro.
Ut gentē paganam celeſti virtute comprimere digneris, te ro.
Ut loca noſtra ſublimare et regere digneris, te ro.
Ut fructus terre dare ⁊ conſeruare digneris, te ro.
Ut nos exaudire digneris, te ro.
Fili dei, te rogamus audi nos.
Fili dei, te ro.
Fili dei, te ro.
Mediator dei et hominum, te ro.
Agnus dei qui tollis peccata mūdi, Parce nobis domine.
Agnus dei qui tollis peccata mūdi, Miſerere nobis.
Agnus dei qui tollis peccata mūdi, Dona nobis pacem.
Chriſte audi nos, Chriſte exaudi nos, Kyrie eleiſon, Chriſte eleiſon, Kyrie eleiſon. ¶ Benedictio fontis. ℣. Adiutoriū nr̄m in nomine dn̄i, ℞. Qui fecit celū et terrā. ℣. Sit nomē dn̄i benedictū, ℞. Ex hoc, nūc, et vſq; in ſeculū. ℣. Dn̄e exaudi orationem meam, ℞. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dn̄s vobiſcum, ℞. Et cum ſpiritu tuo. Oremus. Oratio.

Omnipotens ſempiterne deus, adeſto magne pietatis tue myſterijs, adeſto ſacramentis, ⁊ ad recreandos nouos populos (quos tibi fons baptiſmatis parturit) ſpiritum adoptionis admitte, vt qđ nr̄e humilitatis gerendū eſt myſterio, tue virtutis cōpleatur effectu, Per do. in vnitate eiuſdē. Hic ſacerdos eleuet vocē.

Per omnia ſecula ſeculorum. Amen. Dn̄s vobiſcū, Et cum ſpiritu tuo. Surſum corda, Habemus ad dn̄m. Gratias agamus dn̄o deo nr̄o. Dignū et iuſtū eſt. Uere dignum ⁊ iuſtum eſt, equū et ſalutare, nos tibi ſemper ⁊ vbiq; gratias agere. Dn̄e ſcte, pater om̄ps, eterne deus, qui inuiſibili potētia ſacramentorū tuorū mirabiliter operaris effectū, et licet nos tantis myſterijs exequendis ſimus indigni: tu tamen grē tue dona nō deſerens, etiam ad noſtras preces aures tue pietatis inclinas. Deus, cuius ſpūs ſuper aquas inter ipſa mūdi primordia ferebatur, vt iam tunc virtutē ſanctificationis aquarū natura cōciperet, Deus, qui nocētis mūdi crimina p aq̄s abluēs, regenerationis ſpeciem in ipſa diluuij effuſione ſignaſti, vt vnius eiuſdemq; elementi miniſterio, et finis eſſet vitijs, ⁊ origo virtutibus, Reſpice dn̄e in faciem eccleſie tue: multiplica in ea regenerationes tuas, qui gratie tue affluentis impetu letificas ciuitatem tuam, fontemq; baptiſmatis aperis toto orbe terrarum gentibus innouandis, vt tue maieſtatis imperio ſumat vnigeniti tui grām de ſpiritu ſancto. Hic manu tāgat vt diuidat aquam in

116

modū crucis. Qui ha ✠ nc aquā regenerādis hominib⁹ preparatā, arcana ſui luminis ammixtione fecundet: vt ſanctificatione cōcepta, ab immaculato diuini fontis vtero in nouā renata creaturā progenies celeſtis emergat. Et quos aut ſexus in corpore, aut etas diſcernit in tēpore, oēs in vnā pariat gratia mater infantiā. Procul ergo hinc, iubēte te dn̄e, omis ſpiritus immūdus abſcēdat, procul tota nequitia diabolice fraudis abſiſtat, nihil hic loci habeat contrarie virtutis ammixtio: nō inſidiando circūuolet, nō latendo ſurrēpat, non inficiēdo corrūpat. Hic aquā manu tangat. Sit hec ſancta et innocens creatura, libera ab omni impugnatoris incurſu, et totius nequitie purgata diſceſſu. Sit fons viuus, aqua regenerans, vnda purificans: vt omnes hoc lauacro ſalutifero diluendi; operante ſpū ſancto in eis, perfecte purgationis indulgentiam cōſequātur. vnde Hic faciat crucem ſupra fontē dicēdo Bene ✠ dico te creatura aque, per deū vi ✠ uum, per deū ve ✠ rum, per deum ſan ✠ ctū, per deum qui te in principio verbo ſeparauit ab arida: cuius ſpiritus ſup te ferebatur. Quite. Hic diuidat ⁊ effūdat extra fontē aquā in quatuor partes de paradiſo manare, ⁊ in quatuor fluminibus totā terrā rigare precepit, qui te in deſerto amaram ſuauitate indita fecit eſſe potabilē, et ſitienti populo de petra produxit: bene ✠ dico te per ieſum chriſtū filiū eius vnicū dn̄m noſtrū, q̄ te in Cana galilee ſigno admirabili ſua poteſtate cōuertit in vinū, qui pedibus ſup te ambulauit, ⁊ a ioāne in iordane in te baptizatus eſt, qui te vna cum ſanguine de latere ſuo produxit: ⁊ diſcipulis ſuis iuſſit vt credētes, baptizarent in te, dicēs, Ite, docete oēs gentes baptizātes eos In nomine pa ✠ tris et fi ✠ lij et ſpiritus ✠ ſancti. Mathei, vltio

Hic mutat vocē q̄ſi lectionē legēs.

Hec nobis precepta ſeruantibus tu deus omnipotēs clemens adeſto, tu benignus aſpira, Hic ſufflat ter in fontem. Tu has ſimplices aquas tuo ore benedicito (vt preter naturalem emundationē quā lauandis poſſunt adhibere corporib⁹) ſint etiā purificādis mētibus efficaces. Per. Hic ponat cereū illuminatum in aquam. Deſcendat, queſumus dn̄e, in hāc plenitudinē fontis virtus ſpiritusſancti, totāq; hui⁹ aque ſubſtātiā rege ✠ nerādi fecūdet effectu. Hic tollat cereū de aqua. Hic omniū peccatorum macule deleātur: hic natura ad imaginem tuā condita, et ad honorē ſui reformata principij. cuncti⁹ vetuſtatis ſqualloribus emundetur. vt oīs homo hoc ſacramentū regeneratiōis ingreſſus, in vere innocentie nouā infantiam renaſcatur. P dn̄m nr̄m ieſum chri-

ſtũ filiũ tuũ, qui venturus eſt iudicare viuos et mortuos ꝛ ſeculum per ignẽ. ℟. Amẽ. Hic, anteꝙ chriſma infundat in fontẽ, quidã clericꝰ accipiat de illa aqua bñdicta ex fonte: et hoc poſt infundatur chriſma in fontẽ in modũ crucis ſup ipſam aquã dicẽs legẽdo. Sãctificetur ꝛ fecũdetur. vt infra. Die ſancto paſche more ſolito de illa aqua reſeruata ex fonte aſpergãtur altaria, clerus et ppls. Sãctificetur ꝛ fecũdetur de hoc oleo ſalutifero ꝛ chriſmate fons iſte, ad abluenda crimina, ꝛ ad regenerandas animas in vitam eternam. In nomine pa ✠ tris et fi ✠ lij et ſpiritus ✠ ſancti. Amen. Hic infundat oleũ in aquã in modum crucis, dicens legendo.

Conjunctio olei vnctionis et chriſmatis ꝛ aque baptiſmatis. In noie pa ✠ tris ꝛ fi ✠ lij et ſpũs ✠ ſancti. Amẽ. Facta bñdictione fontis et cãtata litania, anteꝙ cãtetur Agnus dei. ſacerdos dicat cãtando. Ut fontẽ iſtũ bene ✠ dicere digneris. Et chorus reſpondet. Te rogamus audi nos. Iterũ ſacerdos cãtat. Ut fontem iſtũ bñ ✠ dicere et ſanctificare digneris. Et chorus reſpondet. Te rogamus audi nos. Iterum ſacerdos cãtat. Ut fontẽ iſtũ bene ✠ dicere ſanctificare ꝛ cõſecrare digneris. Et chorus reſpõdet. Te rogamus audi nos. Tunc cantetur ter. Agnus dei vt ſupra. Quo peracto ſacerdos lotis manibꝰ fontibuſqꝫ reuerẽter coopertis, reuertatur ad chorũ proceſſionaliter cãtãs. ℟.

Cantemus dño, glorioſe enim honorificatus eſt. Equũ et aſcenſorẽ proiecit in mare: adiutor ꝛ protector factus eſt mihi dñs in ſalutẽ. ℣. Dñs quaſi vir pugnator, omnipotens nomen eius. Equum et. Finito. ℟. pulſentur cãpane: ſacerdos vero celebrãs miſſam reuertatur cũ miniſtris ad ſacrariũ, ꝛ exuat capã ꝛ reſumat caſulam et exeat ad altare: ꝛ tunc faciat confeſſionẽ debitã in loco conſueto et poſtmodũ procedat in officio miſſe vt ſequitur. Accendite. Accendite. Accendite. non dicit. Gloria pri. ſed ſtatim abſolute incipiatur. Kyrie eleiſon. Kyrie eleiſon. Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſõ. Chriſte eleiſon. Chriſte eleiſõ. Kyrie eleiſon. Kyrie eleiſon. Kyrie eleiſon. quibꝰ finitis dr. Glia in excel. Quia hec nox iã de dñice reſurrectiõis glia illuſtrat. Dñs vobiſcũ. ℟. Et cũ ſpũ tuo. Oremus. Oro.

Deus, q hãc ſacratiſſimã noctẽ glia dñice reſurrectionis illuſtras, conſerua in noua familie tue ꝓgenie adoptionis ſpũm, quẽ dediſti, vt corpe ꝛ mente renouati, purã tibi exhibeant ſeruitutem. P eũdem. in vnitate eiuſdem. Ad coloſſenſes. iij. a.

Fratres, Si cõſurrexiſtis cũ chriſto, q̃ ſurſum ſunt querite vbi chriſtꝰ eſt: in dextera dei ſedẽs: q̃ ſurſum ſunt ſa

pite:non que ſuper terrã. Mortui enim eſtis: et vita vr̃a abſcondita eſt cũ chriſto in deo. Cũ autẽ chriſtus apparuerit vita vr̃a:tũc ꝛ vos apparebitis cũ ipſo in glĩa. Finita ep̃la a duob⁹ clericis cãtat̃. Halla: ꝛ chorus repetit Halla. poſtea cãtat̃. ℣. Confitemini dño qm̃ bonus: qm̃ in ſeculũ miſericordia eius. Quo finito a predictis duob⁹ decãtato nõ repetit̃ halla. ſed immediate cãtatur ſequẽs tractus Laudate dñm oẽs gẽtes:ꝛ collaudate eũ om̃es pp̃li. ℣. Quoniã cõfirmata eſt ſuper nos miſericordia eius:ꝛ veritas dñi manet in eternũ. Ad euãgeliũ nõ portantur lumiaria ſed incẽſum tm̃:qꝛ in cordib⁹ mulierũ lumẽ veritatis nõdũ ſurrexerat: ſed cũ adhuc tenebre eſſent,cũ aromatib⁹ ad monumẽtũ venerũt. Scd̃m Matth. xxviij.a.

Veſpe aũt ſabbati q̃ luceſcit in prima ſabbati, vẽit Maria magdalene, ꝛ altera maria,videre ſepulchrũ. Et ecce,terremot⁹ factus eſt magn⁹. Angelus enim dñi deſcẽdit de celo: et accedẽs,reuoluit lapidẽ,et ſedebat ſuper eũ. Erat autẽ aſpectus eius,ſicut fulgur:et veſtimentum eius,ſicut nix. Pre timore aũt ei⁹,exterriti ſunt cuſtodes,ꝛ facti ſunt velut mortui. Reſpõdẽs aũt angelus, dixit mulieribus, Nolite timere vos. Scio enim ꝙ ieſum qui crucifixus eſt q̃ritis. Nõ eſt hic:ſurrexit enim,ſicut dixit. Venite,ꝛ videte locũ vbi poſitus erat dñs. Et cito euntes,dicite diſcipulis eius qꝛ ſurrexit:ꝛ ecce, precedit vos in galileam: ibi eum videbitis. Ecce,predixi vobis. Credo. Offer. non cantatur. Secreta.

Suſcipe, q̃s dñe, preces pp̃li tui cũ oblationib⁹ hoſtiarũ: vt paſchalib⁹ initiate myſterijs,ad eternitatis medelam,te operante, ꝓficiãt, ꝑ dñm. Prefatio. Et quũ et ſalutare, Te quidẽ omni tẽpore, ſed in hac potiſſimũ nocte. Infra actio. Cõmunicãtes ꝛ noctẽ ſacratiſſimã celebrantes reſurrectionis dñi noſtri ieſu chriſti ſcd̃m carnem. Sed ꝛ memo. In hac miſſa tm̃ dr̃ nocte: et deinceps ꝑ totã oct. die. Alia,infra actio. Hãc igitur oblationẽ ſeruitutis no. Miſſa ſuo ordine peragatur vſq; ad Pax dñi. nã cum ſacerdos dixerit Pax dñi. chorus reſpondet. Et cum ſpiritu tuo. Agnus dei non dicitur, nec pacis oſculũ datur:nec com. cãtatur. ſed ſumpto euchariſtie ſacramẽto a ſacerdote ſtatim pro veſperis incipitur in choro añа. Paſcha noſtrũ chriſtus eſt,q̃ immolat⁹ agn⁹ eſt:etenĩ paſcha noſtrũ immolatus eſt chriſtus. Qua cantata cantatur ſemel. ps. Laudate dñm oẽs gẽtes. totũ cũ Gloria patri. et Sicut erat. ꝛ iteratur añа. Paſcha noſtrum. vt ſupra. Capitulũ. hym. ꝛ. ℣. non dicuntur. Ad magnificat. añа. Veſpere autẽ ſabbati,q̃ luceſcit in prima ſabbati,venit maria magdalene et altera maria

videre ſepulchrum, halleluia. Et repeti-
tur aña ante et poſt Gloria patri.
Poſt hec ſacerdos dicit, Dominꝰ
vobiſcum. et chorꝰ reſpondet. Et
cum ſpiritu tuo. Oratio.

SPiritum nobis dñe tue cha
ritatis infunde, vt, quos ſa-
cramẽtis paſchalibus ſatiaſti, tua
facias pietate concordes, Per dñm.
In vnitate eiuſdẽ ſpiritꝰ. Deinde.
Dñs vobiſcum. ℟. Et cũ ſpiritu
tuo, Poſtea ſacerdos, ſi diaconus
nõ erit cum eo, dicit, Ite miſſa eſt:
cum duplici hallã. ℟. Deo grãs,
cum duplici hallã. ⁊ ſic dicitur vſq;
ad ſabbatũ in albis incluſiue: nul-
lo autẽ alio tẽpore iungitur hallã.
cum Ite miſſa eſt.

¶ Dominica reſurrectio-
nis domini. Introitus.



REſurre-
xi, et ad
huc tecũ ſum,
halleluia: po-
ſuiſti ſuper me
manum tuam
hallã: mirabi-
lis facta eſt ſciẽ
tia tua, hallã
hallã. ℣. Dñe
pbaſti me et cognouiſti me: tu cogno
uiſti ſeſſionẽ meã ⁊ reſurrectionẽ meã.
Reſurrexi ⁊ adhuc. Gloria pri. Reſur-
rexi ⁊ adhuc. Glia in excelſis. Oro.

DEus, q̃ hodierna die p vnige
nitũ tuum eternitatis nobis
aditũ deuicta morte reſeraſti, vota
noſtra, que preueniendo aſpiras,
etiã adiuuando proſequere, Per
eundem. Ad Corinthios .j.v.c.

FRatres, Expurgate vetus
fermentũ, vt ſitis noua con-
ſperſio, ſicut eſtis azymi. Etenim
paſcha noſtrũ immolatus eſt chri-
ſtus. Itaq;, epulemur: nõ in fermẽ
to veteri, neq; in fermento malitie
et nequitie, ſed in azymis ſyncerita
tis et veritatis. Grã. Hec dies quã
fecit dñs, exultemus et letemur in ea.
℣. Confitemini dño quoniã bonꝰ: qm̃
in ſclm mia eius. Hallã hallã. ℣. Pa-
ſcha nr̃m immolatus eſt chriſtus: epu-
lemur in azymis ſynceritatis et verita
tis, hallã. Scdm Marcum .xvj.a.

IN illo tẽpore, Maria mag
dalene et maria iacobi et ſa-
lome emerũt aromata, vt veniẽtes
vngerent ieſum. Et valde mane
vna ſabbatorũ, veniunt ad monu-
mentũ, orto iam ſole: et dicebant
adinuicẽ, Quis reuoluet nobis la
pidem ab oſtio monumẽti? Et re
ſpicientes, viderunt reuolutum la
pidẽ. Erat quippe magnꝰ valde.
Et introeuntes in monumentum,
viderunt iuuenem ſedentem in dex
tris, coopertum ſtola cãdida: ⁊ ob-
ſtupuerunt. Qui dicit illis, Nolite
expaueſcere, ieſum queritis naza-
renũ, crucifixũ: ſurrexit, non eſt hic,
ecce locus vbi poſuerũt eum. Sed
ite, dicite diſcipulis eius et petro q̃
precedit vos in galileam: ibi eum

videbitis, ſicut dixit vobis. Credo.
Offer. Terra tremuit et quieuit dū
reſurgeret in iudicio de⁹ halla. ℣. No-
t⁹ in iudea de⁹, in iſr'l magnū nomē ei⁹
Suſcipe, q̄s dn̄e, Sec. halla.
preces ppl'i tui cū oblatiōib⁹
hoſtiarū, vt paſchalib⁹ initiate my
ſterijs, ad eternitatis nobis mede-
lā te operāte pficiāt. P. Prefat.
Equum et ſalutare. Te quidē dn̄e
oī̄ tēpore, ſed i hoc potiſſimū die.
Infra actionē. Cōmunicantes et
diē ſacratiſſimū. Alia infra actio-
nē Hanc igitur oblationē. Sz quoti-
die p tota octauam. Cōm. Paſcha
nr̄m immolat⁹ eſt chriſt⁹ halla: itaq̄
epulemur in azymis ſynceritatis et ve
ritatis halla halla. Poſtcō.
Spiritū nobis dn̄e tue chari-
tatis infunde: vt, quos ſacramētis
paſchalib⁹ ſatiaſti, tua facias pie-
tate cōcordes. P do. in vni. eiuſdē
ſpūs. Ad fontes. ℣. Dicite in nationi
b⁹ halla. ℟. Q: dn̄s regnauit a ligno.
Concede, Oro. halla halla.
q̄s oṗs de⁹, vt q̄ reſurrectio-
nis dn̄ice ſolēnia colimus, innoua-
tione tui ſpūs a morte reſurgam⁹.
P eundē. in vni. eiuſ. In reditu. ℣.
In reſurrectione tua chriſte halla. ℟.
Celi ⁊ terra letanī halla halla. Oro.
Preſta, q̄s oṗs deus, vt q̄ re-
ſurrectiōis dn̄ice ſolennia co
lim⁹, ereptiōis nr̄e ſuſcipere letitiā
mereamur. P eundē. Infra octa-
uā paſche, et in octauo die nō fit de
aliquo feſto, ſed poſt eā celebratur
ſuo ordine cū locus fuerit. Feria .ij.
Introduxit vos dn̄s Intr.
in terram fluentem lac ⁊ mel
halla, et vt lex dn̄i ſemp ſit in
ore veſtro halla halla. ℣. Confitemini
dn̄o qm̄ bonus: qm̄ in ſcl'm miſericor-
dia eius. Gloria patri. Glia in excel.
Deus qui ſolennitate Oro.
paſchali mūdo remedia con
tuliſti: populū tuū, q̄s, celeſti dono
proſequere: vt pfectā libertatē cōſe
qui mereat: ⁊ ad vitā proficiat ſem
piternā. P dn̄m. Lcō actuū aplorū.
In dieb⁹ illis, Stās pe- r.f.
tr⁹ in medio plebis dixit, Ui-
ri fratres, vos ſcitis quod factū eſt
verbū p vniuerſam iudeā: incipiēs
enim a galilea poſt baptiſmū qd
predicauit ioannes: ieſum a naza-
reth quomodo vnxit eū de⁹ ſpū ſan
cto ⁊ virtute, qui pertrāſijt benefa-
ciēdo ⁊ ſanādo omēs oppreſſos a
diabolo, qm̄ deus erat cum illo. Et
nos teſtes ſum⁹ oīm q̄ fecit in regio
ne iudeorū et hieruſalē, quē occide-
rūt ſuſpēdētes in ligno. Hunc de⁹
ſuſcitauit tertia die, ⁊ dedit eū ma-
nifeſtum fieri nō omni populo, ſed
teſtibus preordinatis a deo, nobis
qui māducauim⁹ ⁊ bibimus cū illo
poſtq̄ reſurrexit a mortuis. Et pre
cepit nobis predicare populo ⁊ te-
ſtificari quia ipſe eſt qui cōſtitutus
eſt a deo iudex viuorū ⁊ mortuorū.
Huic omnes prophete teſtimoniū
perhibent, remiſſionē peccatorum
accipere per nomē eius omnes qui

credunt in eum. Gra. Hec dies, quā
fecit dn̄s exultem⁹ et letemur in ea. ℣.
Dicat nūc iſrael qm̄ bonus, qm̄ in ſecu
lū miſericordia eius. Halleluia halla.
℣. Angelus dn̄i deſcēdit de celo: ⁊ acce-
dens reuoluit lapidē, et ſedebat ſuper
eum, halla. Scd̄m Lucam xxiiij. c.

In illo tēpore, Exeuntes duo
ex diſcipulis ieſu, ibant ipſa
die in caſtellū quod erat in ſpatio
ſtadiorum ſexaginta ab hieruſalē,
nomine emaus: et ipſi loquebātur
adinuicē de his omnibus que acci-
derāt. Et factum eſt: dum fabula-
rētur et ſecum quererent, et ipſe ie-
ſus appropinquans ibat cum illis⁹.
Oculi autē illorū tenebātur ne eū
agnoſcerent. Et ait ad illos, Qui
ſunt hi ſermones quos cōfertis ad
inuicem, ambulantes, et eſtis tri-
ſtes? Et reſpondens vnus cui no-
men cleophas, dixit ei, Tu ſolus
peregrinus es in hieruſalē, et non
cognouiſti q̄ facta ſunt in illa, his
diebus? Quibus ille dixit, Que?
Et dixerūt, De ieſu nazareno, qui
fuit vir propheta, potens in ope-
re et ſermone coram deo ⁊ om̄i po-
pulo. Et quomodo eū tradiderūt
ſummi ſacerdotes et principes no-
ſtri in damnationē mortis, et cru-
cifixerunt eum. Nos autē ſperaba
mus, quia ipſe eſſet redempturus
iſrael: et nunc ſuper hec omnia, ter-
tia dies eſt hodie ꝙ hec facta ſunt.
Sed et mulieres quedam ex nr̄is,
terruerunt nos, que ante lucem fuē
runt ad monumentū, et non inuen
to corpore eius, venerūt dicētes ſe
etiā viſionē angelorū vidiſſe, qui di
cūt eū viuere. Et abierūt quidā ex
noſtris ad monumentū: ⁊ ita inue-
nerūt ſicut mulieres dixerūt, ipſum
vero nō inuenerūt. Et ipſe dixit ad
eos, O ſtulti et tardi corde ad cre-
dendū in om̄ibus q̄ locuti ſunt pro
phete, nonne hec oportuit pati chri
ſtū, et ita intrare in gloriā ſuā? Et
incipiēs a moyſe, ⁊ omnibus ꝓphe
tis, interpretabat̄ illis in omnibus
ſcripturis que de ipſo erant. Et ap
propinquauerūt caſtello quo ibāt:
et ipſe ſe finxit longius ire. Et coe-
gerūt illū, dicētes, Mane nobiſcū,
qm̄ adueſperaſcit ⁊ inclinata eſt iā
dies. Et intrauit cum illis. Et fa-
ctum eſt, dū recumberet cū eis, ac-
cepit panē, et benedixit ac fregit, et
porrigebat illis⁹. Et aperti ſunt ocu
li eorum, et cognouerunt eum: et ip
ſe euanuit ex oculis eorum. Et di-
xerunt adinuicē, Nonne cor nr̄m
ardens erat in nobis, dū loquere-
tur in via, et aperiret nobis ſcriptu
ras? Et ſurgentes eadem hora re-
greſſi ſunt in hieruſalē: ⁊ inuenerūt
cōgregatos vndecim, et eos qui cū
illis erāt, dicētes, Qd̄ ſurrexit dn̄s
vere, ⁊ apparuit ſimoni. Et ipſi nar
rabāt q̄ geſta erāt in via: ⁊ quomo
do cognouerūt eū in fractione pa-
nis. Credo. Offerto. Angelus do
mini deſcēdit de celo ⁊ dixit mulierib⁹,
quē queritis⁹, ſurrexit ſicut dixit halla.

119

Paſchales hoſtias Secreta. recenſentes, queſumus dñe, vt qđ frequẽtamus actu, cõprehendamus effectu, P dñm. Prefatio: et infra actionem: vt in die reſurre. Cõm. Surrexit dñs et apparuit petro, halla. Poſtcõmu. oro. Spiritũ nobis dñe tue charitatis infunde, vt quos ſacramẽtis paſchalibus ſatiaſti, tua facias pietate cõcordes. Per dñm. in vnitate eiuſdem ſpiritus. Ad fontes. ℣. Dicite in nationibus. vt ſup. Oro. Concede, q̃s oĩps deus, vt qui peccatorũ noſtrorũ pondere premimur, a cũctis malis imminẽtibus per hec feſta paſchalia liberemur, P. In reditu. ℣. In reſurrectione tua chriſte. vt ſupra. Oro. Deus, qui populũ tuũ de hoſtis callidi ſeruitute liberaſti: preces eius miſericorditer reſpice: et aduerſantes ex tua virtute proſterne, Per. ❡ Feria tertia Introitus. Aqua ſapientie potauit eos, halla: firmabitur in illis et non flectetur halla. ⁊ exaltabit eos in eternũ halla halla. ℣. Dicat nunc iſrael qm̃ bonus, qm̃ in ſeculum miſericordia eius. Gloria. Oratio. Deus, qui eccleſiã tuã nouo ſemper fetu multiplicas, concede famulis tuis vt ſacramẽtũ viuẽdo teneant, qđ fide perceperunt, Per. Lectio Actuũ apoſtolorũ. xiij. d. In diebus illis, Surgẽs paulus et manu ſilentiũ indicẽs, ait, Viri fratres, filij generis abraham, ⁊ qui in vobis timent deũ, vobis verbũ ſalutis huius miſſum eſt. Qui enim habitabãt hieruſalem, et principes eius ignorãtes ieſum, et voces prophetarum que per omne ſabbatũ legũtur, iudicantes impleuerũt: ⁊ nullã cauſam mortis inuenientes in eo, petierunt a pilato vt interficerẽt eum. Cumq; cõſumaſſent omnia que de eo ſcripta erãt, deponẽtes eũ de ligno, poſuerũt in monumẽto. Deus autẽ ſuſcitauit eum a mortuis tertia dia: qui viſus eſt per dies multos his qui ſimul aſcenderant cũ eo de galilea in hieruſalẽ, qui vſq; nunc ſunt teſtes eius ad plebẽ. Et nos vobis annunciamus eã que ad patres noſtros repromiſſio facta eſt: quoniam hanc deus adimpleuit filijs veſtris reſuſcitans ieſum chriſtũ dñm nrm. Grad. Hec dies quã fecit dñs, exultemus et letemur in ea. ℣. Dicant nũc q̃ redempti ſunt a dño, quos redemit de manu inimici, de regionibus cõgregauit eos. Halla halla. ℣. Angelus dñi deſcendit de celo: et accedens reuoluit lapidẽ et ſedebat ſup eũ halla. Scđm Lucam. xxiiij. f. In illo tpe, Stetit ieſus in medio diſcipulorũ ſuorũ, et dixit eis, Pax vobis: Ego ſum, nolite timere. Conturbati vero ⁊ conterriti, exiſtimabãt ſe ſpiritum videre. Et dixit eis, Quid turbati eſtis, ⁊ cogitationes aſcendũt in corda vr̃a? Videte ma

nus meas et pedes meoꝰ, quia ego
ipſe ſum. Palpate et videte: quia
ſpūs carnem et oſſa nō habet: ſicut
me videtis habere. Et cū hec dixiſ-
ſet, oſtendit eis manꝰ ⁊ pedes. Ad-
huc aūt illis nō credētibus ⁊ mirā-
tibꝰ pre gaudio, dixit, Habetis hic
aliquid qđ māducetur? At illi obtu
lerunt ei partē piſcis aſſi, et fauum
mellis. Et cū māducaſſet corā eis,
ſumēs reliquias dedit eis. Et dixit
ad eos, Hec ſunt verba que locutꝰ
ſum ad vos, cum adhuc eſſem vo-
biſcū: quoniā neceſſe eſt ipleri om-
nia que ſcripta ſunt in lege moyſi ⁊
prophetis ⁊ pſalmis de me. Tunc
aperuit illis ſenſum, vt intelligerēt
ſcripturas, et dixit eis, Qm̄ ſic ſcri-
ptū eſt, ⁊ ſic oportebat chriſtū pati,
⁊ reſurgere a mortuis tertia die: et
predicari in noīe eiꝰ penitentiā ⁊ re
miſſionē pctōꝝ in oēs gētes. Cre
do. Offert. Intonuit de celo dn̄s: et
altiſſimꝰ dedit vocē ſuā, et apparuerūt
fontes aquarum, halla. Secreta.

Suſcipe dn̄e fideliū preces cū
oblationibus hoſtiarū: vt p
hec pie deuotiōis officia ad celeſtē
gliam trāſeamꝰ, P. Prefatio. ⁊ in
fra actio. vt ſup in die reſurrectiōis.
Cōm. Si cōſurrexiſtis cū chriſto, que
ſurſum ſunt querite, halla: vbi chriſtus
eſt in dextera dei ſedens, que ſurſum
ſunt ſapite, halla. Poſtcōmu. orō.

Concede, q̄s ops deus, vt pa-
ſchalis perceptio ſacramēti
continuo in nr̄is mētibus perſeuē-
ret, Per dn̄m. Ad fontes. ℣. Dicite
in nationibus. vt ſupra. Oratio.

Deus, q̄ conſpicis familiā tuā
omni humana virtute deſti-
tui, paſchali interueniēte feſtiuita-
te, tui etiā brachij protectiōe cuſto-
di, P. In reditu. ℣. In reſurrectione
tua chriſte. vt ſupra. Oratio.

Preſta, q̄s ops deus, vt per
hec paſchalia feſta que colimꝰ, de
uoti in tua ſemp ſanctificatione vi-
uamus, P. Feria. iiij. Introitus.

Venite bn̄dicti pr̄is mei,
percipite regnū, halla, qđ
vobis paratum eſt ab ori
gine mundi, halla halla
halla. ℣. Cātate dn̄o canticū nouū: q:
mirabilia fecit. Glia pa. Glia i excel.

Deus, q̄ nos reſurrectio- orō.
nis dn̄ice annua ſolennitate
letificas, cōcede ppitiꝰ: vt p tēpora
lia feſta que agimus, peruenire ad
gaudia eterna mereamur, P eun.
Lectio actuum Apoſtolorū. iij. b.

In diebus illis, Aperiens pe
trus os ſuū dixit, Uiri iſraeli
te et qui timetis deū, audite, Deus
abraham, ⁊ deꝰ iſaac, ⁊ deꝰ iacob,
deꝰ patrū nr̄orū glificauit filiū ſuū
ieſum, quē vos quidē tradidiſtis et
negaſtis ante faciē pilati, iudicāte
illo dimitti. Uoꝰ aūt ſcm̄ ⁊ iuſtum
negaſtis, et petiſtis virū homicidā
donari vobis: authorē vero vite in
terfeciſtis, quē deꝰ ſuſcitauit a mor
tuis, cuiꝰ nos teſtes ſumꝰ. Et in fi-
de noīs eiꝰ, hūc quē vos videtis et

noſtis, cõfirmauit nomẽ eius: et fides que per eũ eſt, dedit illi integrã ſanitatẽ iſtã in cõſpectu omniũ veſtrũ. Et nunc fratres ſcio quia per ignorantiã feciſtis, ſicut ⁊ principes vr̃i. De⁹ autẽ que prenũciauit p os omniũ ꝓphetarũ pati chriſtũ ſuũ, impleuit ſic. Penitemini igitur et cõuertimini, vt deleãt᷑ pc̃t̃a vr̃a.

Grad. Hec dies quã fecit dñs, exultemꝰ ⁊ letemur in ea. ℣. Dextera dñi fecit ꝟtutẽ: dext̃a dñi exaltauit me. Hall'a, hall'a. ℣. Angelus dñi deſcẽdit de celo: et accedẽs reuoluit lapidem, et ſedebat ſuper eũ, hall'a. Scd̃m Joãnẽ .xxi. a.

In illo tẽpe, Manifeſtauit ſe iterũ ieſus diſcipulis ſuis ad mare tyberiadis. Manifeſtauit aũt ſic. Erãt ſimul ſimon petrꝰ et thomas q̃ dicitur didymus, ⁊ nathanael qui erat a cana galilee, ⁊ filij zebedei, et alij ex diſcipulis eius duo. Dicit eis ſimon petrꝰ, Uado piſcari. Dicũt ei, Uenimꝰ ⁊ nos tecũ. Et exierũt, ⁊ aſcenderunt in nauim: ⁊ illa nocte nihil prendiderũt. Mane autẽ iam facto ſtetit ieſus in litore: nõ tamen cognouerunt diſcipuli eius quia ieſus eſt. Dicit ergo eis ieſus, Pueri, nunq̃d pulmẽtariũ habetis? Reſpõderũt ei, Nõ. Dixit eis, Mittite in dexterã nauigij rete: et inuenietis. Miſerũt ergo: ⁊ iã non valebant illud trahere pre multitudine piſciũ. Dicit ergo diſcipulꝰ ille quẽ diligebat ieſus petro, Dñs eſt. Simon petrus cũ audiſſet quia dñs eſt: tunica ſuccinxit ſe (erat enĩ nudus) et miſit ſe in mare. Alij autẽ diſcipuli nauigio venerunt, (non enim longe erant a terra, ſed quaſi cubitis ducentis) trahente' rete piſciũ. Ut ergo deſcẽderũt in terrã, viderunt prunas poſitas, et piſcem ſuper poſitum, et panẽ. Dicit eis ieſus, Afferte de piſcibus quos prendidiſtis nunc. Aſcẽdit ſimon petrus, ⁊ traxit rete in terrã, plenũ magnis piſcibus, centum quinquaginta tribus. Et cum tanti eſſent, non eſt ſciſſum rete. Dicit eis ieſus, Uenite, prandete. Et nemo audebat diſcumbentiũ interrogare eum, tu quis es? ſcientes quia dñs eſt. Et venit ieſuꝰ, ⁊ accepit panẽ ⁊ dabat eiꝰ, ⁊ piſcẽ ſimiliter. Hoc iam tertio manifeſtatus eſt ieſus diſciplis ſuis cũ reſurrexiſſet a mortuis. Credo. Offerto. Portas celi aperuit dñs, ⁊ pluit illiꝰ manna, vt ederent. panem celi dedit illis, panem angelorũ mãducauit homo, hall'a. Sec̃.

Suſcipe, q̃s dñe, ſacrificia que paſchalibus gaudijs immolamus: quibus eccleſia tua mirabiliter paſcitur ⁊ nutritur. P. Prefatio et infra actionẽ, vt ſupra in die reſurrectionis. Cõmu. Chriſtus reſurgens ex mortuis iam non moritur, hall'a, mors illi vltra nõ dñabit᷑, hall'a.

Ab omni (hall'a. Poſtcõm.

Ab omni nos, queſumus dñe, vetuſtate purgatos ſacramẽti tui venerãda perceptio in nouam transferat

creaturam, Per. ¶ Ad fontes. v. Dicite in nationib⁹. vt ſupra. Oro.

TRibue, q̄s op̄s deus, vt illuc tēdat chriſtiane deuotionis affect⁹: quo tecū eſt noſtra ſubſtā/tia ieſus chriſtus dn̄s noſter, Qui tecū. In reditu. v. In reſurrectione tua chriſte. vt ſupra. Oratio.

DEus, qui nos per paſchalia feſta letificas, cōcede propitius: vt ea que deuote gerim⁹, te adiuuāte fideliter teneam⁹, P. Fer. v. Intr.

VIctricē manū tuā dn̄e laudauerūt pariter, halla. quia ſa/piētia aperuit os mutum: et linguas infantiū facit diſertas, halla, halla. v. Notū fecit dn̄s ſalutare ſuū, ante cōſpectū gentiū reuelauit iuſtitiā ſuā. Glia patri. Glia in excel. Oro.

DEus, q̄ diuerſitatē gentiū in cōfeſſione tui noīs adunaſti, da, vt renatis fonte baptiſmatis vna ſit fides mentiū, ⁊ pietas actionū, P. Lcō Actuū apl'orum. viij. c.

IN dieb⁹ illis, Angel⁹ dn̄i lo/cutus eſt ad philippū, dicēs, Surge, ⁊ vade cōtra meridiem, ad viā que deſcendit ab hieruſalem in gazan (hec eſt deſerta) Et ſurgēs abijt. Et ecce, vir ethiops, eunuch⁹, potēs cādaces regine ethiopū, qui erat ſup oēs gazas ei⁹: venerat a/dorare in hierlm: ⁊ reuertebatur ſedēs ſup currū ſuum, legenſq; eſaiā prophetā. Dixit autē ſpiritus phi/lippo, Accede, ⁊ adiunge te ad cur/rum iſtū. Accurrēs aūt philippus, audiuit illum legētem eſaiam pro/phetā: et dixit, Putaſne intelligis que legis? Qui ait, Et quomodo poſſum, ſi nō aliquis oſtenderit mihi? Rogauitq; philippū vt aſcenderet, ⁊ ſederet ſecum. Locus autem ſcripture quam legebat erat hic, Tanq̄ ouis ad occiſionem ductus eſt: et ſicut agnus corā tondente ſe ſine voce, ſic nō aperuit os ſuū. In humilitate iudicium eius ſublatū eſt. Generationē eius quis enarrabit? Quoniam tolletur de terra vita eius. Reſpondens autem eunuchus philippo, dixit, Obſecro te, de quo propheta dicit hoc? de ſe, an de alio aliquo? Aperiens autē philip/pus os ſuum, et incipiens a ſcriptura iſta, euangelizauit illi ieſum. Et dum irent per viā, venerūt ad quā/dam aquā: et ait eunuchus, Ecce aqua, quid prohibet me baptizari? Dixit autē philippus, Si credis ex toto corde, licet. Et reſpōdens ait, Credo filiū dei eſſe ieſum chriſtū. Et iuſſit ſtare currū: et deſcēderūt vterq; in aquam, philippus ⁊ eunuchus, et baptizauit eum. Cū autē aſcendiſſent de aqua, ſpirit⁹ dn̄i rapuit philippū, ⁊ amplius non vidit eum eunuchus. Ibat enim per viā ſuā gaudens. Philippus autē in/uentus eſt in azoto: et pertranſiēs euangelizabat ciuitatibus cūctis, donec veniret ceſaream. Grad.

Hec dies quam fecit dn̄s: exultem⁹ et letemur in ea. v. Lapidem quem repro

bauerũt edificãtes, hic factus eſt in caput anguli: a dño factũ eſt, ⁊ eſt mirabile in oculis nr̃is. Halleluia. halla. ℣. Angelus dñi deſcendit de celo, et accedens reuoluit lapidem, et ſedebat ſup eum, halla. Scd̃m Joannem. xx. c.

In illo tempore, Maria ſtabat ad monumẽtũ, foris plorãs. Dũ ergo fleret, inclinauit ſe et proſpexit in monumentum: et vidit duos angelos in albis ſedentes, vnũ ad caput, et vnũ ad pedes vbi poſitũ fuerat corpus ieſu. Dicũt ei illi, Mulier, quid ploras? Dicit eis, Quia tulerunt dñm meum: et neſcio vbi poſuerũt eum. Hec cum dixiſſet cõuerſa eſt retrorſum, et vidit ieſum ſtantẽ: et nõ ſciebat quia ieſus eſt. Dicit ei ieſus, Mulier, qd ploras? Quem queris? Illa exiſtimãs quia hortulanus eſſet, dicit ei, Dñe, ſi tu ſuſtuliſti eũ, dicito mihi vbi poſuiſti eũ: et ego eum tollam. Dicit ei ieſus, Maria. Conuerſa illa dicit ei, Rabboni, quod dicitur magiſter. Dicit ei ieſus, Noli me tãgere (nondũ enim aſcendi ad patrẽ meũ) Vade aũt fratres meos, et dic eis, Aſcendo ad patrẽ meũ ⁊ patrẽ veſtrũ, ⁊ deũ meũ ⁊ deum veſtrũ. Venit maria magdalene annũciãs diſcipl'is, q: vidi dñm, et hec dixit mihi. Credo. Offer. In die ſolẽnitatis vr̃e (dicit dñs) inducã vos in terrã fluentẽ lac et mel, halla. Sec.

Suſcipe, q̃s dñe, munera populorũ tuorum propitius, vt cõfeſſione tui nõis ⁊ baptiſmate renouati, ſempiternã beatitudinẽ cõſequamur, P do. Prefatio ⁊ infra actionẽ vt ſup̄ in die reſurrectiõis. Cõm. Populus acquiſitionis annũciate virtutes eius, halla: q̃ vos de tenebris vocauit in admirabile lumẽ ſuum, Xaui. halla. Poſtcõm. oro.

Exaudi dñe preces nr̃as: vt redẽptiõis nr̃e ſacroſcta cõmercia, ⁊ vite nobis cõferãt preſentis auxiliũ: ⁊ gaudia ſempiterna cõcilient, P. Ad fõtes. ℣. Dicite i natiõib⁹, vt ſup.

Multiplica, q̃s dñe, fidẽ oro. ppli tui, vt, cui⁹ p te ſumpſit initiũ, p te cõſequat augmẽtũ, P. In reditu. ℣. In reſurrectiõe tua xp̃e.

Da, q̃s oĩps de⁹, vt ſup̄. oro. vt eccl'ia tua et ſuorũ firmitate mẽbrorũ, ⁊ noua ſemp fecunditate letetur, P dñm, Feria. vj. Intr.

Eduxit eos dñs in ſpe, halla. ⁊ inimicos eorũ operuit mare, halla halla halla. ℣. Attẽdite popule meus legẽ meã, inclinate aurẽ veſtrã in v̱ba oris mei. Gloria patri. Gloria in excelſis. Oratio.

Familiam tuam, queſum⁹ domine, dextera tua perpetuo circundet auxilio: vt paſchali interueniente ſolennitate, ab omni prauitate defenſa, donis celeſtib⁹ proſequatur, Per do. Lectio epiſtole beati Petri apoſtoli prima. iij. c.

Chariſſimi, Chriſtu⁹ ſemel p peccatis noſtris mortu⁹ eſt, iuſtus pro iniuſtis: vt nos offerret

deo, mortificatos quidē carne, viuificatos aūt spū. In quo et his q̄ in carcere erāt spiritibus, veniēs predicauit: qui increduli fuerāt aliquādo, quādo expectabāt dei patiētiā, in diebus noe, cū fabricaretur arca in qua pauci, id eſt, octo anime ſalue facte ſunt per aquā. Qđ et nos nunc ſimilis forme ſaluos facit baptiſma: nō carnis depoſitio ſordiū, ſed cōſciētie bone interrogatio in deū per reſurrectionē ieſu chriſti, q̄ eſt in dextera dei. Građ. Hec dies quā fecit dñs: exultemus ꝛ letemur in ea. ℣. Bñdict⁹ q̄ venit in noīe dñi: de⁹ dñs et illuxit nobis. Hallā hallā. ℣. Angelus dñi deſcēdit de celo, ꝛ accedēs reuoluit lapidē, ꝛ ſedebat ſup eū hallā. ¶ Scđm Mattheū. xxviij.g. In illo tēpore, Undecim diſcipuli abierūt in galileā in montē vbi cōſtituerat illis ieſus. Et vidētes eū adorauerūt, quidā aūt dubitauerūt. Et accedēs ieſus locutus eſt eis, dicēs, Data eſt mihi oīs poteſtas in celo ꝛ in terra. Eūtes ergo docete oēs gētes: baptizantes eos in noīe patris ꝛ filij et ſpūſſancti, docētes eos ſeruare omnia que cūq₃ mandaui vobis. Et ecce, ego vobiſcū ſum in oībus diebus, vſq₃ ad conſummationē ſeculi. Credo. Offer. Erit vobis hic dies memorialis hallā: et diē feſtū celebrabitis ſolennē dño in progenijs vr̄is legitimū ſempiternum dꝫ hallā hallā hallā. Hoſtias, q̄s dñe, pla Secre. cat⁹ aſſume: quas et p renatorū expiatione pcti deferim⁹: ꝛ p accelleratione celeſtis auxilij, P. Prefatio et infra actionē. vt ſupra. in die reſurrectionis. Com. Data eſt mihi oīs poteſtas in celo ꝛ in terra hallā: euntes docete oēs gētes baptizantes eos in nomine patris et filij ꝛ ſpiritus ſancti, hallelu ia hallā. Poſtcōmu. Reſpice dñe, q̄s, pplm tuū: et quē eternis dignat⁹ es renouare myſterijs, a tēporalib⁹ culpis dignanter abſolue, P. Ad fontes. ℣. Dicite in nationi. vt ſupra. Orō. Deus, q̄ multiplicas eccleſiā tuā in ſobole renaſcentium: fac eā gaudere, ppitius de ſuorum profectib⁹ filiorū, P. In reditu. ℣. In reſurrectione tua chriſte. vt ſupra. Adeſto, q̄s dñe, familie tue, ꝛ dignanter impende: Orō. vt quibus fidei gratiā contuliſti, et coronam largiaris eternam, Per dñm. Sabbato. Introitus. Duxit dñs populū ſuū in exultatiōe, ꝛ electos ſuos in letitia hallā hallā. ℣. Cōfitemini dño et inuocate nomē eius, annūciate inter gētes opa eius. Glia pr̄i. Glia in excelſis. Concede, q̄s ops de⁹, Orō. vt qui feſta paſchalia venerando egimus, p hec contingere ad gaudia eterna mereamur, P. Lectio epiſtole beati petri apl̄i. j. ij. a. Chariſſimi, Deponētes oēm maliciā, ꝛ oēm dolū, ꝛ ſimula



122

tiones,⁊ inuidias, ⁊ oēs detractio/
nes,ſicut modo geniti infantes, ra/
tionabile ſine dolo lac cōcupiſcite:
vt in eo creſcatis in ſalutē,ſi tamen
guſtatiꝰ qm̄ dulciꝰ eſt dn̄s.Ad quē
accedētes, lapidē viuū, ab hoībus
quidē reprobatū,a deo autē electū
⁊ honorificatū:⁊ ipſi tanq̄ lapides
viui ſup edificamini,domꝰ ſpūalis,
ſacerdotium ſanctū offerētes ſpūa
les hoſtias,acceptabileſ deo per ie
ſum chriſtum.propter quod conti/
esaie net ſcriptura, Ecce,pono in ſion la
28.d. pidē ſummū angularē probatum,
electum,precioſum. et qui crediderit
in eū,nō cōfundetur.Vobis igi/
tur honor credētibus. nō credenti/
bus aūt; lapis quē reprobrauerūt
edificantes, hic factus eſt in caput
anguli:et lapis offenſionis ⁊ petra
ſcandali, his qui offendunt verbo,
nec credūt in quo ⁊ poſiti ſūt. Vos
aūt genus electum,regale ſacerdo
tiū,gens ſancta, ppl's acquiſitiōis:
vt virtutes annuncietꝭ eius qui de
tenebris vos vocauit in admirabi/
le lumē ſuum.Qui aliquando non
populus dei:nūc autē populuſ dei.
Qui nō cōſecuti miſericordiā: nūc
autē miſericordiam cōſecuti. Ab
hac die vſq; ad ſabbatū trinitatis
incluſiue dicūt in miſſa duo halla.
cū ſuis.v.preter quādo ſit de feria,
et in litaniis et in vigiliia pentheco
ſtes:in quibus tm̄ dicit' vnū halla.
In ſabbato autē trinitatis dicun/
tur quinq; halla. Aliis vero tēpo/
ribꝰ qn̄ dicit' in miſſa halla; dicitur
tm̄ vnum halla.Gra. Halleluia.v.
Hec dies quā fecit dn̄s,exultemꝰ ⁊ lete
mur in ea. Halla,halla.v.Angelꝰ dn̄i
deſcēdit de celo:⁊ accedens reuoluit la
pidē et ſedebat ſup eum,halla. Scdm

In illo tēpe, Joannē.xx.a.
Una ſabbati maria magda
lene venit mane cū adhuc tenebre
eſſent ad monumentū:⁊ vidit lapi/
dē ſublatū a monumēto. Cucurrit
ergo et venit ad ſimonē petrū,⁊ ad
aliū diſcipulū quē amabat ieſus:et
dicit illis, Tulerunt dn̄m de monu
mēto,et neſcimus vbi poſuerūt eū.
Exiit ergo petrus,⁊ ille alius diſci/
pulus,⁊ venerūt ad monumētum.
Currebāt aūt duo ſimul: ⁊ ille aliꝰ
diſcipl's precucurrit citius petro, et
venit primꝰ ad monumentū.Et cū
ſe inclinaſſet,vidit poſita linteami/
na:non tm̄ introiuit.Venit ergo ſi/
mon petrꝰ ſequēs eū,et introiuit in
monumentū. Et vidit linteamina
poſita,et ſudariū qd̄ fuerat ſup ca/
put eiꝰ,nō cū linteaminibꝰ poſitū,
ſed ſeperatim inuolutū in vnum lo
cū.Tunc ergo introiuit et ille diſci/
pulus qui venerat primus ad mo/
numentū:⁊ vidit ⁊ credidit. Nōdū
enī ſciebant ſcripturā q̄a oporteret
eum a mortuis reſurgere. Credo.
Offer. Bn̄dictꝰ q̄ venit in noīe dn̄i,
bn̄diximꝰ vobis de domo dn̄i,deꝰ dn̄s
⁊ illuxit nobis,halla halla. Secreta.
Concede,q̄s dn̄e,ſemper nos
per hec myſteria paſchalia

gratulari: vt continua nr̄e repara-
tiōis operatio perpetue nobis fiat
cauſa letitie. P. Prefatio et infra
actionē: vt ſup in die reſurrectiōis.
Cōmu. Omēs qui in chriſto baptizati
eſtis, chriſtū induiſtꝰ, halla. Poſtcō.
Redēptionis noſtre munere
vegetati, queſumus dñe, vt
hoc perpetue ſalutis auxiliū, fides
ſemꝑ vera perficiat. Per. Dñica
in octaua Paſche. Introitus.
Quaſi modo geni-
ti infantes, halla,
rationabile ſine
dolo lac cōcupiſci
te, hallelu ia halla
halla. ℣. Exultate
deo adiutori no-
ſtro, iubilate deo iacob. Gloria patri.
Gloria in excelſis. Oratio.
Preſta, q̄s oṗs deꝰ, vt qui fe-
ſta paſchalia peregimꝰ, hec te lar
giēte moribꝰ ⁊ vita teneamus. P.
Lectio ep̄le beati Ioā. ap̄li. i. v. b.
Chariſſimi, Omne qd̄ natū eſt
ex deo: vincit mundū. Et hec
eſt victoria q̄ vincit mūdū, fides no
ſtra. Quis eſt q̄ vincit mundū, niſi
qui credit qm̄ ieſus eſt filiꝰ dei: Hic
eſt q̄ venit ꝑ aquā ⁊ ſanguinē, ieſus
chriſtꝰ. Nō i aqua ſolū: ſed i aqua
⁊ ſanguine. Et ſpūs eſt q̄ teſtificat
qm̄ chriſtus eſt veritas. Qm̄ tres
ſunt q̄ teſtimoniū dāt i celo: pater,
verbū, ⁊ ſpūſſctūs, ⁊ hi tres vnū ſūt.
Et tres ſūt q̄ teſtimoniū dāt in ter
ra: Spūs, aq̄, ⁊ ſanguis, et hi tres
vnū ſūt. Si teſtimoniū hoīm accipi
mꝰ: teſtimoniū dei maius eſt. Qm̄
hoc eſt teſtimoniū dei qd̄ maiꝰ eſt:
qm̄ teſtificatꝰ eſt de filio ſuo. Qui
credit in filiū dei: habet teſtimoniū
dei in ſe. Ab hoc die vſq ad .iij. dñi-
cā poſt paſcha diebꝰ dñicis ⁊ feſtiꝰ
dr̄ p̄mū halla. Angelꝰ dñi. ſcd̄m de
feſto cōcurrēti. Diebus aūt feriali
bꝰ vſq ad aſcēſionē dicitur tm̄ vnū
halla. Halla. ℣. Angelꝰ dñi deſcēdit
de celo: ⁊ accedēs reuoluit lapidē ⁊ ſede
bat ſup eū. Halla, halla. ℣. Poſt dies
octo ianuis clauſis ſtetit ieſus i medio
diſcipl'oꝝ ſuoꝝ ⁊ dixit, pax vob, halla.
In illo tēp. Scd̄m Ioā. xx. c.
Cum ſero eſſet die illo, vna
ſabbatoꝝ, ⁊ foreſ eſſent clauſe vbi
erāt diſcipli cōgregati ꝓpter metū
iudeoꝝ: venit ieſꝰ, ⁊ ſtetit i medio,
⁊ dicit eis, Pax vobiſ. Et cū hec di
xiſſet, oſtēdit eiꝰ manꝰ ⁊ latꝰ. Gaui
ſi ſunt ergo diſcipli viſo dño. Dixit
ergo eiſ iterū, Pax vobiſ. Sicut mi
ſit me pr̄, ⁊ ego mitto vos. Hec cū di
xiſſet, inſufflauit, ⁊ dicit eis, Accipi
te ſpm̄ſcm: quoꝝ remiſeritiſ pcc̄a,
remittūt eis: et quoꝝ retinueritis,
retēta ſūt. Thomas aūt vnꝰ ex duo
decim q̄ dicit dydimꝰ, nō erat cū eiſ
quādo venit ieſus. Dixerūt ergo ei
alij diſcipuli, Vidimus dñm. Ille
autē dixit eis, Niſi videro in mani-
bus eiꝰ fixurā clauoꝝ, ⁊ mittā digi
tū meū in locū clauoꝝ, ⁊ mittā ma
nū meā in latus eius: non credam.
Et poſt dies octo iterum erant di-



123

ſcipuli eius intus: ⁊ thomas cū eis.
Venit ieſus ianuis clauſis, ⁊ ſtetit
in medio, et dixit eis, Pax vobis.
Deinde dicit thome, Infer digitū
tuū huc, ⁊ vide man⁹ meas, et affer
manū tuā, et mitte in latus meū: et
noli eſſe incredulus, ſed fidelis. Re
ſpōdit thoma⁹ ⁊ dixit ei, Dñs me⁹,
et deus meu⁹. Dicit ei ieſus, Quia
vidiſti me thoma, credidiſti: beati
qui nō viderūt et crediderūt. Mul
ta quidē et alia ſigna fecit ieſus in
cōſpectu diſcipulorū ſuorū, que nō
ſunt ſcripta in libro hoc. Hec autē
ſcripta ſunt, vt credatis q̄ꝛ ieſus eſt
chriſtus filius dei: et vt credētes, vi
tā habeati⁹ in nomine ei⁹. Credo.
Offer. Angelus dñi deſcendit de ce
lo, ⁊ dixit mulieribus, quē queritis, ſur
rexit ſicut dixit halla. Secre.
Suſcipe munera, q̄s dñe, exul
tantis eccl'ie: ⁊ cui cauſam tāti gau
dij preſtitiſti, perpetuū fructū con
cede letitie, P. Prefatio. et infra
actionē vt ſupra in die reſurrectio
nis. Cōm. Mitte manū tuā ⁊ cogno
ſce loca clauorū halla: ⁊ noli eſſe incre
dul⁹, ſed fidelis halla halla. Poſtcō.
Queſum⁹ dñe deus noſter, vt
ſacroſancta myſteria, q̄ pro
reparationis nr̄e munimine contu
liſti, et preſens nobis remediū eſſe
facias ⁊ futurum, Per. Ite miſſa
eſt: ſed non adiungitur halla. Ad
uerte hic, ꝙ qñ fit de feria per totā
reſurrectionē dicit' miſſa cōuētua
lis de dñica precedenti ſine Gloria
in excelſis. Credo. Prefatio de re
ſurrectione: ⁊ Ite miſſa eſt. Et di
citur ſemꝑ ſolū vnū halla. ſ. Ange
lus dñi. preter in feria. ij. et. iiij. in li
tanijs que habent officiū propriū.

Dñica. ij. poſt paſcha. Introitus.

Miſericordia dñi plena eſt
terra halla, verbo dei celi
firmati ſunt halla halla.
V. Exultate iuſti in domi
no, recto⁹ decet collaudatio. Gloria pa
tri. Gloria in excelſis. Oratio.
Deus, qui in filij tui humilita
te iacentē mundum erexiſti,
fidelibus tuis perpetuam concede
letitiā, vt quos perpetue mortis eri
puiſti caſibus, gaudijs facias ſem
piternis perfrui, Per eundē dñm.
Lectio ep'le beati Petri apli. i. ij. g.
Chariſſimi, Chriſt⁹ paſſu⁹ eſt
pro nobis, vobis relinquens
exēplū vt ſequamini veſtigia eius.
Qui peccatū nō fecit, nec inuentus
eſt dolus in ore eius. Qui cū male
diceretur, nō maledicebat: cū pate
retur, nō cōminabatur. Tradebat
autē iudicanti ſe iniuſte, qui pecca
ta nr̄a ipſe pertulit in corpore ſuo
vite, ⁊ intellectus, et aqua ſapiētie
ſalutaris potabit illum: et firmabi
tur in illo, et non flectetur: et conti
nebit illū, et nō cōfundetur: et exal
tabit illū apud proximos ſuos: Et
nomine eterno hereditabit illum,
dñs deus noſter. Lectō libri Eccle
BEatus vir qui ſiaſtici. xxxj. a.
inuētus eſt ſine macula: ⁊ qui
poſt aurum non abijt, nec ſperauit
in pecunia et theſauris. Quis eſt
hic, et laudabimus eū? Fecit enim
mirabilia in vita ſua. Quis proba

tus eſt in illo, et perfectus inuētus eſt, ⁊ erit illi gloria eterna. Qui potuit tranſgredi, et nō eſt tranſgreſſus, facere mala, et non fecit. Ideo ſtabilita ſunt bona illius in dño, et eleemoſynas illius enarrabit omnis eccleſia ſctoꝝ. Lectio libri proverbioꝝ. iij. b.

Beatꝰ homo qui inuenit ſapientiā, et qui effluit prudētiā. Melior eſt acquiſitio eius negotiatione argenti, et auro primo fructus eius. Precioſior eſt cunctis opibus: ⁊ oīa que deſiderantur, huic non valent comparari. Longitudo dierū in dextera eius, et in ſiniſtra illius diuitie et gloria. Vie eius vie pulchre, et omnes ſemite illius pacifice. Lignū vite eſt his q̄ apprehenderint eā: et q̄ tenuerint eā, beati. Dñs ſapientia fundauit terrā, ſtabiliuit celos prudentia. Sapiētia illius eruperunt abyſſi, et nubes rore concreſcunt.

Epiſtola ad Timotheū. ij. ij. b.

Chariſſime, Memor eſto, dominū noſtrū ieſum chriſtū reſurrexiſſe a mortuis ex ſemine dauid, ſecundū euangeliū meū, in quo laboro vſq; ad vincula, quaſi male operans: ſed verbum dei non eſt alligatū. Ideo oīa ſuſtineo propter electos: vt et ipſi ſalutē cōſequantur, que eſt in chriſto ieſu, cum gl'ia celeſti. Tu autē aſſecutus es meā doctrinā, inſtitutionē, propoſitum, fidem, longanimitatem, dilectionē, patientiā, ꝑſecutiones, paſſiones: qualia mihi facta ſunt antiochie, iconij, ⁊ lyſtris: quales perſecutiones ſuſtinui, et ex oībus eripuit me dñs. Et oēs qui pie volunt viuere in chriſto ieſu, perſecutionē patiētur. Grad. Poſuiſti dñe ſuper caput eius coronā de lapide precioſo. ℣. Deſideriū aīe eiꝰ tribuiſti ei: et volūtate labioꝝ eiꝰ nō fraudaſti eū. Halla, hall'. ℣. Beatus vir q̄ timet dñm, in mandatis eiꝰ cupit nimis, hall'a. A ſeptuageſima vſq; ad paſcha dicit̄ ſequēs. Tractus. Deſideriū anime eius tribuiſti ei: ⁊ voluntate labioꝝ eius non fraudaſti eū. ℣. Qm̄ preueniſti eū in benedictionibus dulcedinis, poſuiſti in capite eius coronā de lapide precioſo.

In illo Scdm Lucā. xiiij. f.

tpe, Dixit dñs ieſus diſcipulis ſuis, Si quis venit ad me, ⁊ non odit patrē ſuū et matrē, ⁊ vxorē, et filios, ⁊ fratres ⁊ ſorores, adhuc autē ⁊ aīam ſuā: nō poteſt meꝰ eſſe diſcipulꝰ. Et q̄ nō baiulat crucē ſuā, ⁊ venit poſt me: nō poteſt meꝰ eſſe diſcipulꝰ. Quis enim ex vobis volens turrim edificare, non prius ſedens computat ſumptꝰ q̄ neceſſarij ſunt, ſi habeat ad ꝑficiendū: ne poſtq̄ poſuerit fundamentū, et nō potuerit ꝑficere, oēs q̄ vident incipiāt illudere ei, dicētes, Quia hic homo cepit edificare, ⁊ non potuit cōſummare. Aut q̄s rex iturꝰ cōmittere bellū aduerſus aliū regē, non ſedens prius cogitat ſi poſſit cū decem millibus occurrere ei qui cum

viginti milibus venit ad ſe? Alio-
quin adhuc illo longe agente, lega
tionē mittēs rogat ea q̄ pacis ſunt.
Sic ergo oīs ex vobis q̄ non renun
ciat oīb⁹ q̄ poſſidet, nō poteſt me⁹
eſſe diſcipul⁹. Scd'm Joanē.xij.c.

In illo tēpe, Dixit dn̄s ieſus
diſcipulis ſuis, Amē amē di-
co vobis, niſi granū frumēti cadēs
in terrā, mortuū fuerit: ipſum ſolū
manet. Si aūt mortuū fuerit, mul-
tū fructū affert. Qui amat animā
ſuā, perdet eā: et q̄ odit aīam ſuā in
hoc mundo, in vitā eternā cuſtodit
eam. Si quis mihi miniſtrat, me ſe
quatur. Et vbi ſum ego, illic et mi-
niſter meus erit. Si quis mihi mi-
niſtrauerit, honorificabit eum pa-
ter meus. Scd'm Mattheū.xvj.b.

In illo tēpe, Dixit dn̄s ieſus
diſcipulis ſuis, Si quis vult
poſt me venire, abneget ſemetipm,
et tollat crucē ſuā, et ſequatur me.
Qui eni voluerit aīam ſuā ſaluā
facere, perdet eā. Qui autē pdide-
rit aīam ſuā ppter me, inueniet eā.
Quid enī prodeſt homini, ſi vniuer
ſum mūdū lucretur, aīe vero ſue de
trimentū patiatur? Aut quā dabit
homo cōmutationē p aīa ſua? Fi-
lius enī hoīs vēturus eſt in gloriā
patris ſui cū angelis ſuis: et tūc red
det vnicuiq; ſcd'm opa ei⁹. Amē di-
co vobis, ſunt quidā de hic ſtātib⁹
q̄ nō guſtabūt mortē, donec videāt
filiū hoīs venientem in regno ſuo.
Offer. Gloria et honore coronaſti eū,
et cōſtituiſti eū ſup opa manuū tuarū
dn̄e. Pro nō pōtifice mart. Secre.

Muneribus nr̄is, q̄s dn̄e, preci
buſq; ſuſceptis, et celeſtib⁹
nos mūda myſterijs, et clemēter ex
audi, P. Pro pōtifice marty. Se.

Munera tibi dn̄e dicata ſan-
ctifica: et intercedēte beato.
N. martyre tuo atq; pontifice, p ea
dē nos placat⁹ intēde, Per. Cōm.
Qui vult venire poſt me, abneget ſe-
metipm, et tollat crucē ſuā et ſequatur me.
Poſtc. Pro nō pōtifice martyre.

Refecti participatione oro.
muneris ſacri, q̄s dn̄e de⁹ no
ſter, vt cui⁹ exequimur cultū, ſentia
mus effectū, P. Pro pōtifice mar

Hec nos cōmunio tyre. oro.
dn̄e purget a crimine: et inter
cedente beato. N. martyre tuo, ce-
leſtis remedij faciat eſſe cōſortes,
P. ¶ In natali plurimorū marty
rum. Introitus.

Intret i cōſpectu tuo
dn̄e gemit⁹ cōpedito-
rū, redde vicinis nr̄is
ſeptupliū in ſinu eorū:
vindica ſanguinē ſctorū tuorū qui effu
ſus eſt. Ps. Deus, venerūt gētes in here-
ditatē tuā, polluerunt tēplū ſctm tuū,
poſuerūt hieruſalem in pomorū cuſto
diā. Gl'ia pa. Gl'ia in excelſis. Oro.

Deus, qui nos cōcedis ſancto
rū martyrū tuorū. N. et. N
natalitia colere: da nobis in eterna
beatitudine de eorū ſocietate gau-
dere, Per. Alia oratio.

DEus, qui nos annua ſctorũ martyrũ tuorũ. N. et. N. ſolẽnitate letificas: cõcede ꝓpiti⁹: vt quorũ gaudemus meritis, inſtruamur exẽplis, P. Lcõ lib. ſap. iij. a.

IUſtorũ anime in manu dei ſunt, ⁊ nõ tanget illos tormẽtũ mortis. Viſi ſunt oculis inſipientiũ mori: et exiſtimata eſt afflictio, exitus illorũ. Et ab itinere iuſto abierũt in exterminiũ, et qđ a nobis eſt iter exterminij: illi autẽ ſunt in pace. Et ſi corã hoībus tormenta paſſi ſunt, ſpes illorũ immortalitate plena eſt. In paucis vexati, in multis bene diſponẽtur: qm̃ de⁹ tẽtauit eos, ⁊ inuenit illos dignos ſe. Tanq̃ aurũ in fornace probauit illos, et quaſi holocauſti hoſtiã accepit illos, et in tẽpore erit reſpectus illorũ. Fulgebũt iuſti, et tanq̃ ſcintille in arundineto diſcurrent. Iudicabũt nationes, et dñabũtur populis, et regnabit domin⁹ illorũ in perpetuũ. Lectio libri ſapiẽtie. v. c.

IUſti in perpetuum viuent, ⁊ apud dñm eſt merces eorũ, ⁊ cogitatio illorũ apud altiſſimum. Ideo accipient regnum decoris, ⁊ diadema ſpeciei de manu domini, quoniã dextera ſua teget eos, ⁊ brachio ſancto ſuo defendet illos. Et accipiet armaturam zelus illius, ⁊ armabit creaturã ad vltionẽ inimicorũ. Induet pro thorace iuſtitiã, et accipiet pro galea iudiciũ certũ. Sumet ſcutũ inexpugnabile equitatẽ: acuet autẽ dirã iram in lanceam, et pugnabit cũ illo orbis terrarũ cõtra inſenſatos. Ibunt directe emiſſiones fulgurũ, et ad certũ locũ deducet illos dominus de⁹ noſter Lectio libri prouerbiorũ. x. d.

EXpectatio iuſtorum, letitia: ſpes autẽ impiorum peribit. Puer. 10, d.
Fortitudo ſimplicis, via dñi: et pauor his qui operantur malum. Iuſtus in eternũ nõ commouebitur: impij autem non habitabũt ſuper terram. Os iuſti parturiet ſapientiam, lingua prauorũ peribit. Labia iuſti conſiderant placita: et os impiorũ peruerſa. Simplicitas iuſtorum diriget eos, ⁊ ſupplantatio Puer. 11, a.
peruerſorum vaſtabit illos. Non proderunt diuitie in die vltionis: iuſtitia autẽ liberabit a morte. Iuſtitia ſimplicis diriget viam eius: ⁊ in impietate ſua corruet impius. Iuſtitia rectorũ liberabit eos: et in inſidijs ſuis capiẽtur iniqui. Iuſtus de anguſtia liberatus eſt: et tradetur impius pro eo. Simulator ore decipit amicum ſuum: iuſti autem liberabuntur ſcientia. In bonis iuſtorum exultabit ciuitas: et in perditiõe impiorum erit laudatio. Benedictione iuſtorũ exaltabitur ciuitas: et ore impiorum ſubuertetur. Epiſtola ad Hebreos. capitu. xj. f.

FRatres, Sãcti per fidem vicerunt regna, operati ſunt iuſtitiam, adepti ſunt repromiſſiões, obturauerunt ora leonum, extinxe

runt impetū ignis, effugerunt aciē gladij, conualuerunt de infirmitate, fortes facti ſunt in bello, caſtra verterunt exterorū. Acceperūt mulieres de reſurrectione mortuos ſuos. Alij autē diſtēti ſunt, non ſuſcipientes redemptionē, vt meliorem inuenirent reſurrectionem. Alij vero ludibria et verbera experti, inſuper et vincula et carceres: lapidati ſunt, ſecti ſunt, tentati ſunt, in occiſione gladij mortui ſunt. Circuierūt in melotis, et in pellibus caprinis, egentes, anguſtiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus. In ſolitudinibus errantes, in montibus ꝛ ſpeluncis, ꝛ in cauernis terre. Et hi omnes teſtimonio fidei probati, inuēti ſunt in chriſto ieſu dño nr̃o.

Gradua. Glorioſus deus in ſanctis ſuis: mirabilis in maieſtate, faciēs prodigia. ℣. Dextera tua domine glorificata eſt in virtute: dextera manus tue cōfregit inimicos. Halla, halla. ℣. Sancti tui domine benedicent te: gloriam regni tui dicent, halla. A ſeptuageſima vſqꝫ ad paſcha dicitur ſequēs.

Tractus. Uenite benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum eſt ab origine mundi. ℣. Non oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit quāta paraui vobis. ℣. Percipietis immarceſſibilē eterne glorie coronā: et fulgebitis ſicut ſol in regno meo, dicit dñs. Secdm̄ Lu. cā. xxj. b.

In illo tēpore, Dixit dñs ieſus diſcipulis ſuis, Cū audieritis prelia et ſeditiones, nolite terreri. Oportet primū hec fieri, ſed nōdum ſtatim finis. Tunc dicebat illis, Surget gens contra gentem, et regnum aduerſus regnum: et terremotus magni erunt per loca, et peſtilentie et fames, terroreſqꝫ ꝛ ſigna de celo magna erūt. Sed ante hec omnia inijciēt vobis manus ſuas: et perſequentur tradētes in ſynagogas ꝛ cuſtodias, trahentes ad reges et preſides ꝓpter nomen meum. Continget autem vobis in teſtimonium. Ponite ergo in cordibus veſtris non premeditari quemadmodum reſpondeatis. Ego enim dabo vobis os et ſapientiam: cui non poterunt reſiſtere et contradicere omnes aduerſarij veſtri. Trademini autem a parentibus et fratribus, et cognatis et amicis: et morte afficient ex vobis. Et eritis odio omnibus propter nomē meum: et capillus de capite veſtro non peribit. In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras. Secūdum Mattheum. x. d.

In illo tēpe, Dixit dñs ieſus diſcipulis ſuis, Nolite arbitrari quia pacē venerim mittere in terrā. Nō veni pacē mittere: ſed gladiū. Ueni em̄ ſeparare hoiem aduerſus patrē ſuū, ꝛ filiam aduerſus matrē ſuā, et nurū aduerſus ſocrū ſuā: et inimici hois, domeſtici eius. Qui amat patrē aut matrē pluſqꝫ me, non eſt me dignus. Et qui

amat filiũ aut filiã ſuper me, nõ eſt me dignus. Et qui nõ accipit crucẽ ſuã, et ſequitur me: nõ eſt me dignus. Qui inuenit animã ſuã: perdet illã. Et qui perdiderit animam ſuam ꝓpter me: inueniet eã. Qui recipit vos, me recipit: et qui me recipit, recipit eũ qui me miſit. Qui recipit prophetam in nomĩe prophete: mercedẽ prophete accipiet. Et qui recipit iuſtum in nomine iuſti: mercedẽ iuſti accipiet. Et quicũq; potum dederit vni ex minimis iſtis calicem aque frigide tantũ, in noĩe diſcipli: amen dico vobis, non ꝑdet mercedẽ ſuã. Scdm Matth. x. c.

In illo tẽpore, Dixit dñs ieſus diſcipulis ſuis, Nihil opertũ qđ nõ reueletur: et occultum quod nõ ſciatur. Qđ dico vobis in tenebris, dicite in lumine: ⁊ qđ in aure auditis, predicate ſuꝑ tecta. Et nolite timere eos qui occidunt corpus, aĩam aũt nõ poſſunt occidere: ſed potius eũ timete qui poteſt ⁊ animã et corpus perdere in gehennã. Nõne duo paſſeres aſſe veneũt: ⁊ vnus ex illis nõ cadet ſuꝑ terrã ſine pr̃e v̄ro. Ṽri autẽ ⁊ capilli capitis oẽs numerati ſunt. Nolite ergo timere: multis paſſeribus meliores eſtis vos. Oĩs ergo q̃ cõfitebit̃ me corã hoĩb9, cõfitebor ⁊ ego eũ corã patre meo q̃ in celis eſt. Secũdum

In illo tpe, Dixit dñs ieſus diſcipulis ſuis, Matth. x. b. Ecce, ego mitto vos ſicut oues in medio luporũ. Eſtote ergo prudẽtes ſicut ſerpẽtes, et ſimplices ſicut columbe. Cauete autẽ ab hoĩbus. Tradẽt enim vos in cõcilijs: ⁊ in ſynagogis ſuis flagellabunt vos: et ad preſides et reges ducemini propter me in teſtimoniũ illis ⁊ gẽtib9. Cũ aũt tradent vos, nolite cogitare quomodo: aut quid loquamini, dabitur enim vobis in illa hora q̃d loquamini: Non enim vos eſtis q̃ loquimini ſed ſp̄us pr̄is v̄ri qui loquitur in vobis. Tradet enim frater fratrẽ in mortẽ, ⁊ pater filium: ⁊ inſurgent filij in parentes, ⁊ morte eos afficiẽt, et eritis odio oĩb9 hoĩbus ꝓpter nomẽ meũ. Qui aũt ꝑſeuerauerit vſq; in finẽ, hic ſaluus erit. Offer. Letamini in dño ⁊ exultate iuſti: et gl'iamini oẽs recti corde.

Munera tibi dñe nr̃e Secr. deuotionis offerimus: q̃ et pro tuorũ tibi grata ſint honore iuſtorũ: et nobis ſalutaria te miſerãte reddantur, Per. Alia ſecreta.

Oblatis, q̃s dñe, placare muneribus: et intercedẽtib9 ſanctis tuis. N. et. N. a cũctis nos defende periculis, P. Cõm. Iuſtorũ aĩe in manu dei ſunt: et nõ tãget illos tormentũ malitie, viſi ſunt oculis inſipientiũ mori, illi autem ſunt in pace.

Preſta nobis Poſtcõ. oro. dñe, queſumus, intercedentibus ſanctis tuis. N. et. N. vt q̃ ore cõtigimus, pura mente capiamus, Per. Alia poſtcommunio oratio.

HEc nos communio purget a crimine, et intercedẽtib⁹ ſanctis tuis. N. et. N. celeſtis remedij faciat eſſe cõſortes, P. ¶ In natali vni⁹ cõfeſſoris pontificis. Intro.

STatuit ei dñs teſtamentũ pacis: et principẽ fecit eũ, vt ſit illi ſacerdotij dignitas in eternũ. V. Inueni dauid ſeruũ meũ: oleo ſãcto meo vnxi eũ. Glia pa. Glia in excel. Orõ.

DA, q̃s ops de⁹: vt btī. N. confeſſoris tui atq; põtificis venerãda ſolẽnitas, ꝛ deuotionẽ nobis augeat et ſalutẽ, P. Alia orõ.

EXaudi, q̃s dñe, preces nr̃as: quas in beati. N. confeſſoris tui atq; põtificis ſolẽnitate deferimus: et q̃ tibi digne meruit famulari: eius intercedentibus meritis, ab omnib⁹ nos ſolue peccatis, Per. Lectio libri Eccleſiaſtici. xliiij. b.

ECce ſacerdos magn⁹, qui in dieb⁹ ſuis placuit deo, ꝛ inuẽtus eſt iuſt⁹, et in tpe iracũdie fact⁹ eſt recõciliatio. Nõ eſt inuentus ſimilis illi, q̃ cõſeruaret legẽ excelſi. Ideo iure iurando dedit illi gloriã in gẽte ſua. Bñdictionẽ oĩm gẽtiũ dedit illi: et teſtamentũ ſuum cõfirmauit ſuper caput iacob, agnouit eũ in benedictionibus ſuis, cõſeruauit illi homines mie inuenientes grãm in oculis omĩs carni⁹, glorificauit illũ ĩ cõſpectu regũ: ꝛ oſtẽdit illi gliam ſuã. Statuit ei teſtamentum eternũ: et dedit illi ſacerdotiũ gẽtis: et beatificauit in gloria. Fungi ſacerdotio: et habere laudem, et glorificare populũ ſuũ in nõmine ſuo. Lectio libri eccliaſtici. xlvij. b.

DEdit dñs cõfeſſionẽ ſancto ſuo, ꝛ excelſo in verbo glorie. eccl'ia ſtici. 47 b
De omĩ corde ſuo laudauit dñm, ꝛ dilexit deũ qui fecit illũ, et dedit illi contra inimico⁹ potentiã. Et ſtare fecit cantores cõtra altare, et in ſono eorũ dulces fecit modos. Et dedit in celebrationib⁹ decus, ꝛ ornauit tẽpora vſq; ad cõſumationẽ vite, vt laudarent nomẽ ſanctũ dñi, ꝛ amplificarẽt mane dei ſanctitatẽ. Chriſt⁹ purgauit pcc̃a ipſius, et exaltauit in eternum cornu eius. Sa eccl'ia ſtici. 24. a
piẽtia laudauit aĩam ſuã, et in dño honorabit: Et in medio populi ſui gliabitur, et in eccleſijs altiſſimi aperiet os ſuũ, ꝛ in cõſpectu virtutis illius gloriabitur, et in medio ppli ſui exaltabit, ꝛ in plenitudine ſancta admirabitur. Et in multitudine electorũ habebit laudẽ, et inter bñdictos benedicetur. Lcc̃o libri ſapientie. iiij. b.

IUſtus ſi morte preoccupatus fuerit, in refrigerio erit. Senectus em̃ venerabilis eſt nõ diuturna, neq; annorũ numero cõputata. Cani aũt ſunt ſenſus hoĩs: ꝛ etas ſenectut⁹, vita immaculata. Placẽs deo factus dilect⁹, et viuẽs inter pcc̃ores trãſlatus eſt. Raptus eſt, ne malitia mutaret intellectũ eius, aut ne fictio deciperet animã illius, Con-

ſummatus in breui expleuit tempora multa. Placita enim erat deo anima illius: propter hoc properauit educere illum de medio iniquitatum, quoniã gratia dei et miſericordia in ſanctos eius, et reſpectus in electos illius.

Lectio epiſtole beati Pauli apoſtoli Ad Hebreos. capitulo.

Fratres, Plures vij.d. facti ſunt ſacerdotes: idcirco q̈ morte prohiberẽtur permanere: ieſus autem eo q̈ maneat in eternum, ſempiternum habet ſacerdotium. Unde ⁊ ſaluare in perpetuum poteſt accedentes per ſemetipſum ad deũ: ſemper viuens ad interpellandum pro nobis. Talis enim decebat vt nobis eſſet pontifex, ſanctus, innocens, impollutus, ſegregatus a peccatoribus et excelſior celis factus. Qui non habet neceſſitatẽ quotidie (quẽadmodum ſacerdotes) prius ꝓ ſuis delictis hoſtias offerre, deinde pro populi. Hoc enim fecit ſemel ſe offerendo dominus noſter ieſus chriſtus.

¶ Subſcripta epiſtola dicitur tantum in doctoribus.

¶ Lectio epiſtole beati Pauli apoſtoli Ad Timotheum. ſecunda. capitulo quarto. a.

Charissime, Teſtificor coram deo, et Jeſu chriſto, qui iudicaturus eſt viuos et mortuos per aduentum ipſius, et regnum ei⁹: predica verbum, inſta opportune, importune: argue, obſecra, increpa, in omni patientia ⁊ doctrina. Erit enim tempus cum ſanam doctrinam non ſuſtinebunt: ſed ad ſua deſideria coaceruabunt ſibi magiſtros, prurientes auribus, et a veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur. Tu vero vigila, in omnibus labora, opus fac euangeliſte, miniſterium tuum imple, ſobrius eſto. Ego enim iam delibor: et tempus reſolutionis mee inſtat. Bonum certamen certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui. In reliquo, repoſita eſt mihi corona iuſtitie, quã reddet mihi dominus in illa die, iuſtus iudex: non ſolum autem mihi, ſed et ijs qui diligunt aduentum eius. Graduale. Ecce ſacerdos magnus qui in diebus ſuis placuit deo. Verſus. Non eſt inuentus ſimilis illi qui conſeruarẽt legem excelſi. Halleluia, halleluia. ℣. Juſtus germinabit ſicut lilium: et florebit in eternum ante dominum, halleluia. A ſeptuageſima vſq; ad paſcha dicitur ſequens. Tractus. Beatus vir qui timet

dominum: in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit ſemen eius: generatio rectorum benedicetur. ℣. Gloria et diuitie in domo eius: et iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi.

¶ Euangelium Secundũ Lucam. capitulo. duodecimo. e.

In illo tempore, Dixit domin⁹ ieſus diſcipulis ſuis, Sint lumbi veſtri precincti, et lucerne ardentes in manibus veſtris: et vos, ſimiles hominibus expectantibus dominum ſuum quando reuertatur a nuptijs: vt cum venerit, et pulſauerit, confeſtim aperiant ei. Beati ſerui illi, quos cum venerit dominus, inuenerit vigilantes. Amen dico vobis, ꝙ precinget ſe, et faciet illos diſcumbere, ⁊ tranſiens miniſtrabit illis. Et ſi venerit in ſecunda vigilia, et ſi in tertia vigilia venerit, et ita inuenerit: beati ſunt ſerui illi. Hoc autem ſcitote, quoniam ſi ſciret paterfamilias qua hora fur veniret, vigilaret vtiqꝫ, et non ſineret perfodi domum ſuam. Et vos eſtote parati: quia qua hora non putatis, filius hominis veniet.

¶ Euangelium Secundum Mattheum. Capitulo. viceſimo quinto. b.

In illo tempore, Dixit dominus Jeſus diſcipulis ſuis parabolam hanc. Homo quidam peregre proficiſcens vocauit ſeruos ſuos, et tradidit illis bona ſua. Et vni dedit quinqꝫ talenta, alij autem duo, alij vero vnum, vnicuiqꝫ ſecũdum propriam virtutem: ⁊ profectus eſt ſtatim. Abijt autem qui quinqꝫ talenta acceperat, et operatus eſt in eis, et lucratus eſt alia quinqꝫ. Similiter et qui duo acceperat, lucratus eſt alia duo. Qui autem vnum acceperat, abiens, fodit in terram, et abſcondit pecuniam domini ſui. Poſt multum vero temporis venit dominus ſeruorum illorum, ⁊ poſuit rationem cum eis. Et accedẽs qui quinqꝫ talenta acceperat, obtulit alia quinqꝫ talenta, dicẽs, Domine, quinqꝫ talẽta tradidiſti mihi: ecce, alia quinqꝫ ſuperlucratus ſum. Ait illi dominus eius, Euge ſerue bone ⁊ fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam: intra in gaudium domini tui. Acceſſit autem et qui duo talenta acceperat, ⁊ ait, Domine, duo talẽta tradidiſti mihi: ecce, alia duo lucratus ſum. Ait illi dominus ei⁹, Euge ſerue bone ⁊ fidelis, quia ſuꝑ pauca fui-

ſti fidelis, ſup̄ multa te cōſtituā, in
tra in gaudiū dn̄i tui. Subſcriptū
euāgeliū dr̄ tm̄ in q̄tuoꝛ eccleſie do
ctoꝝ feſtis, auguſtini, hieronymi,
gregoꝛij, ⁊ ambꝛoſij. Scd̄m Mat-
IN illo tp̄e, Di- theum. v. b.
xit dn̄s ieſus diſcipulis ſuis,
Vos eſtis ſal terre. Q᷑ ſi ſal eua-
nuerit, in quo ſalief? Ad nihilū va-
let vltra, niſi vt mittat̄ foꝛas, ⁊ con
culcetur ab hoībus. Vos eſtis lux
mūdi. Nō poteſt ciuitas abſcondi
ſupꝛa montē poſita, neq̄ accendūt
lucernā, ⁊ ponunt eam ſub modio,
ſed ſup̄ candelabꝛū, vt luceat omni
bus q̄ in domo ſunt. Sic luceat lux
veſtra coꝛā hoībus, vt videant ope
ra veſtra bona, et gloꝛificēt patrē
veſtrū qui in celis eſt. Nolite puta
re quoniam veni ſoluere legē: aut
pꝛophetas: nō veni ſoluere: ſed ad
implere. Amen quippe dico vobis,
donec trāſeat celū ⁊ terra, iota vnū
aut vnus apex nō pꝛeteribit a lege,
donec omnia fiāt. Qui ergo ſolue-
rit vnū de mādatis iſtis minimis,
⁊ docuerit ſic hoīes: minimus voca
bitur in regno celoꝝ. Qui autē fe-
cerit et docuerit: hic magnus voca
bitur in regno celoꝝ. Offer. Veri
tas mea ⁊ miſericoꝛdia mea cū ipſo, et
in noīe meo exaltabit̄ coꝛnu ei⁹. Secr.
SAnctus tuus. N. nos, q̄s do
mine, vbiq̄ letificet, vt dū ei⁹
merita recolimus: patrocinia ſen-
tiamus, Per. Alia ſecreta.
SAncti, N. cōfeſſoꝛis tui atq̄
pōtificis, q̄s dn̄e, annua ſolēnitas
pietati tue nos reddat acceptos: vt
per hec pie placatiōis officia, ⁊ illū
bt̄a retributio comitet̄, ⁊ nobis gr̄e
tue dona cōciliet, P. Cō. Beat⁹ ſer
uus, quē cū venerit dn̄s eius, inuenerit
vigilantē: amē dico vobis, ſuper oīa bo
na ſua cōſtituet eū. Poſtcō. oꝛatio.
PReſta, q̄s, oḿps de⁹: vt de per
ceptis muneribus gratias ex-
hibētes, ⁊ intercedēte bt̄o. N. con-
feſſoꝛe tuo atq̄ pōtifice, bn̄ficia po
tioꝛa ſumam⁹, P. Alia poſtc. oꝛo.
DEus fidelium remuneratoꝛ
aīarū, pꝛeſta: vt bt̄i. N. cōfeſ
ſoꝛis tui atq̄ pōtificis, cuius vene-
randā celebꝛam⁹ feſtiuitatē, pꝛeci-
bus indulgentiā cōſequamur, P.
¶ In natali vni⁹ cōfeſſo. nō poti.
OS iuſti meditabit̄ Intr.
ſapientiā: ⁊ lingua ei⁹ lo
quetur iudiciū: lex dei ei⁹
in coꝛde ipſius. V. Noli
emulari in malignantibus: neq̄ zela-
ueris faciētes iniquitatem. Gloꝛia pa
tri. Gloꝛia in excelſis deo. Oꝛatio.
ADeſto dn̄e ſupplicationib⁹
nr̄is: quas in beati. N. cōfeſ
ſoꝛis tui ſolēnitate deferimus: vt q̄
nr̄e iuſtitie fiduciā nō habem⁹: ei⁹,
qui tibi placuit, p̄cibus adiuuemur,
Per. Alia oꝛatio, ſi fuerit abbas.
INterceſſio nos, q̄s dn̄e, bt̄i.
N. abbatis cōmendet, vt qd̄
noſtris meritis non valemus, eius
patrocinio aſſequamur, Per do.
Lectio libꝛi ſapientie. capitu. x. b.

Iuſtũ deduxit dñs ꝑ vias rectas, et oſtẽdit illi regnũ dei, et dedit illi ſcientiã ſanctorũ, honeſtauit illũ in laborib⁹, ⁊ cõpleuit labores illius. In fraude circũueniẽtiũ illũ, affuit illi, et honeſtũ fecit illũ. Cuſtodiuit illũ ab inimicis, et a seductoribus tutauit illũ, et certamẽ forte dedit illi vt vinceret, et ſciret q̃m omniũ potentior eſt ſapientia. Hec, vẽditũ iuſtum non dereliquit, ſed a peccatoribus liberauit eũ: deſcẽditq; cum illo in foueam, ⁊ in vinculis non dereliquit illũ, donec afferret illi ſceptrũ regni, ⁊ potentiam aduerſus eos qui eũ deprimebãt: et mẽdaces oſtẽdit q̃ macu lauerũt illum: ⁊ dedit illi claritatẽ eternã dñs de⁹ nr̃. Lcõ li. eccliaſtici. xxxix. a.

Iuſt⁹ cor ſuũ tradet ad vigilãdũ diluculo ad dñm qui fecit illũ, ⁊ in cõſpectu altiſſimi deprecabit̃. Aperiet os ſuũ in orõne, et ꝓ delictis ſuis deꝑcabitur. Si em̃ dñs magnus voluerit, ſpiritu intelligentie replebit illum: et ipſe tãq̃ imbres emittet eloquia ſapientie ſue, ⁊ in orõne cõfitebitur dño. Et ipſe diriget cõſiliũ eius, ⁊ diſciplinã, ⁊ in abſcõditis ſuis cõſiliabitur. Et ipſe palã faciet diſciplinã doctrine ſue, ⁊ in lege teſtamẽti dñi gl̃iabitur. Collaudabũt multi ſapientiã ei⁹, ⁊ vſq; in ſeꝉm nõ delebitur. Nõ recedet m[illegible] nomẽ ei⁹ reqret a[illegible] neratione. Le[illegible]

Dilect⁹ deo et hoib⁹, cui⁹ memoria in bñdictione eſt. Similẽ illũ fecit in gloria ſanctorũ, et magnificauit eũ in timore inimicorũ, et in verbis ſuis monſtra placauit. Glorificauit illũ in cõſpectu regũ, ⁊ iuſſit illi coram populo ſuo, et oſtẽdit illi gloriã ſuã. In fide et lenitate ipſi⁹ ſanctũ fecit illũ, ⁊ elegit eũ ex oĩ carne. Audiuit em̃ eũ, ⁊ vocẽ ipſi⁹, ⁊ induxit illũ in nubẽ, et dedit illi cor ad ꝑcepta, ⁊ legẽ vite, et diſcipline. Lcõ lib. eccliaſti. xxiiij. a.

Sapiẽtia laudabit aĩam ſuã, ⁊ in deo honorabit̃, et in medio populi ſui gloriabit̃, et in eccleſijs altiſſimi aperiet os ſuum, et in cõſpectu virtutis illius gloriabit̃, et in medio populi ſui exaltabitur, et in plenitudine ſancta admirabitur, ⁊ in multitudine electorũ habebit laudẽ, ⁊ inter bñdictos benedicetur, dicens, Ego ex ore altiſſimi ꝓdiui, primogenita ante oẽm creaturã. Ego quaſi liban⁹ nõ inciſus vaporaui habitationẽ meã, et quaſi balſamũ nõ miſtum odor meus. Ego quaſi terebinthus extendi ramos meos, et rami mei honoris et gratie. Grad. Os iuſti meditabitur ſapientiã: ⁊ lingua eius loquetur iudicium. ℣. Lex dei eius in corde ipſius, et non ſupplantabuntur greſſus eius. ℟ Alla. alla. ℣ Iuſtus vt palma flore

rium anime eius tribuiſti ei: et volun-
tate labiorũ eius nõ fraudaſti eum. ℣.
Dñe preueniſti eũ in benedictionibus
dulcedinis: poſuiſti in capite eius coro
nã de lapide precioſo. Sc͂dm Lucã.

In illo tempore, Dixit xj.e.
dominus ieſus diſcipulis ſuis,
Nemo lucernam accẽdit: et in ab-
ſcondito ponit: neq₃ ſub modio: ſed
ſupra cãdelabrum, vt qui ingrediũ-
tur lumen videãt. Lucerna corpo-
ris tui, eſt oculus tuus. Si oculus
tuus fuerit ſimplex, totum corpus
tuum lucidum erit. Si autem neq̃
fuerit, etiam corpus tuum tenebro
ſum erit. Uide ergo ne lumẽ quod
in te eſt, tenebre ſint. Si ergo corpus
tuum lucidum fuerit, non habens
aliquam partem tenebrarum: erit
lucidum totũ. Et ſicut lucerna ful-
goris illuminabit te. Secundum

In illo Mattheum xxiiij.d.
tempore, Dixit dñs ieſus di-
ſcipulis ſuis, Uigilate, quia neſci-
tis qua hora dñs veſter venturus
ſit. Illud autẽ ſcitote quoniã ſi ſci-
ret pater familias qua hora fur vẽ
turus eſſet, vigilaret vtiq₃, et non ſi
neret perfodi domum ſuam. Ideo
et vos eſtote parati: quia qua ne-
ſcitis hora filius hominis vẽturus
eſt. Quis putas eſt fidelis ſeruus et
prudens, quem cõſtituit dñs ſuus
ſuper familiã ſuã, vt det illis cibum
ſuper oĩa bona ſua cõſtituet eum.
Offerto. Deſideriũ anime eius tri-
buiſti ei dñe: et voluntate labiorũ eius
non fraudaſti eum. Secreta.

Interceſſio, q̃ſumus dñe, bea-
ti. N. cõfeſſoris tui munera noſtra
commendet, noſq₃ eius veneratio
ſcã tue maieſtati reddat acceptos.
Per Si fuerit abbas. Secreta.

Sacris altaribus dñe hoſtias
ſuperpoſitas ſanctus. N. ab
bas, queſumus, in ſalutẽ nobis pro
uenire depoſcat. Per Cõmu. Fide-
lis ſeruus et prudens, quem conſtituit
dñs ſuper familiã ſuã: vt det illis in tẽ
pore tritici menſurã. Poſtcõ. orõ.

Queſumus oĩps deus: vt qui cele
ſtia alimenta pcepimus, inter
cedente beato. N. cõfeſſore tuo, cõ
tra oĩa aduerſa muniamur: et ad e-
terna gaudia conſequẽda ſpes no-
bis ſuppetat et facultas. Per. Si
fuerit abbas: poſtcõmu. orõ.

Protegat nos dñe cũ tui per
ceptione ſacramenti beatus. N. ab
bas pro nobis intercedẽdo, vt con-
uerſationis eius experiamur inſi-
gnia. Per. ¶ In natali vnius vir
ginis. Intro.

Gaudeamus omnes in dño diem
feſtum celebrãtes ſub ho
nore. N. virginis Si fue
rit virgo et martyr dicimus: de cuius
paſſione. Si non fuerit martyr dici-
... ſolennitate, gaudẽt an-
... t filium dei. ℣. Gau-
... nt archangeli le-

tantur iuſti, et cõgratulantur omnes ſancti. Gloria patri. Gloria in excelſis deo. Alius introitus.

Dilexiſti iuſtitiã et odiſti iniquitatem, propterea vnxit te deus deus tuus oleo leticie pre conſortibus tuis. ℣. Eructauit cor meũ verbũ bonũ: dico ego opera mea regi. Gloria patri. Gloria in excelſis.

Pro virgine et martyre. Oratio.

Omnipotẽs ſempiterne deꝰ qui infirma mundi eligis: vt fortia queqꝫ cõfundas, cõcede propitius, vt qui beate. N. virginis et martyris tue ſolennia colimus: eiꝰ apud te patrocinia ſentiamus, Per dominũ. Alia oratio. Si fuerit virgo tãtũ, aut nec virgo nec martyr.

Exaudi nos deꝰ ſalutaris noſter: vt ſicut de beate. N. feſtiuitate gaudemus: ita pie deuotionis erudiamur effectu, Qui viuis. Ad Corinthios. ij. x. d.

Fratres, Qui gloriatur: in dño glorietur. Nõ enĩ qui ſe ipſum cõmendat, ille probatꝰ eſt: ſed quẽ deus cõmendat. Utinam ſuſtineretis modicum quid inſipiẽtie mee: ſed ⁊ ſupportate me. Emulor enĩ vos dei emulatione. Deſpõdi enim vos vni viro, virginem caſtam exhibere chriſto. Lcõ lib. Eccleſiaſtici. lj. b.

Dominꝰ deuꝰ meus exaltaſti ſup terrã habitationẽ meã, et pro morte defluẽte deprecata ſum. Inuocaui dñm patrẽ dñi mei, vt non derelinquat me in die tribulationis mee, ⁊ in tẽpore ſuperborum ſine adiutorio. Laudabo nomen tuum aſſidue, et collaudabo illud in confeſſione, et exaudita eſt oratio mea. Et liberaſti me de perditiõe, et eruiſti me de tempore iniquo. Propterea confitebor, et laudem dicam tibi domine deus noſter. Lectio libri Eccleſiaſtici. lj. a.

Confitebor tibi domine rex, et collaudabo te deum ſaluatorẽ meum. Cõfitebor nomini tuo: qm̃ adiutor et protector factus es mihi, et liberaſti corpus meum a perditione, a laqueo lingue inique, et a labijs operantiũ mendaciũ, et in cõſpectu aſtantium factus es mihi adiutor. Et liberaſti me ſcdm multitudinẽ miſericorde nois tui a rugientibus preparatis ad eſcam de manibus querentiũ animã meã, et de portis tribulationũ que circundederũt me: a preſſura flamme, que circũdedit me, et in medio ignis nõ ſum eſtuata. De altitudine ventris inferi, et a lingua coinquinata, et a verbo mẽdacij. A rege iniquo, et a lingua iniuſta. Laud

anima mea

ſtinẽtes te

anguſtie

O

℣. P.

oleo

grat

dixit

geſima vſq̧ ad paſcha dicit̃ ſequẽs
Tract. Qui ſeminãt in lachrymi⁹: in
gaudio metent. ℣. Euntes ibant ⁊ fle-
bant mittẽtes ſemina ſua. ℣. Veniẽtes
aũt veniẽt cũ exultatiõe: portãtes ma-
nipulos ſuos. Scdm Mattheum.

In illo tẽpe, Dixit dñs xiiij.f.
ieſus diſcipulis ſuis parabo-
lã hanc, Simile eſt regnũ celorum
theſauro abſcõdito in agro: quem
qui inuenit homo, abſcondit, ⁊ pre
gaudio illius, vadit ⁊ vẽdit vniuer
ſa q̃ habet, ⁊ emit agrũ illũ. Iterũ,
ſimile eſt regnũ celorum homini ne
gociatori, querenti bonas marga-
ritas. Inuẽta autem vna precioſa
margarita, abijt, et vendidit oĩa q̃
habuit, et emit eã. Iterũ, ſimile eſt
regnũ celorũ ſagene miſſe in mare,
⁊ ex omni genere piſciũ congregan
ti: quã cum impleta eſſet, educẽtes,
et ſecus litus ſedẽtes, elegerũt bo-
nos in vaſa, malos autẽ foras mi-
ſerũt. Sic erit in cõſummatione ſe-
culi: exibunt angeli, et ſeparabunt
malos de medio iuſtorum, et mit-
tent eos in caminũ ignis, ibi erit fle
tus ⁊ ſtridor dentiũ. Intellexiſtis
[torn] Etiã dñe. Ait
[torn] doctus in re-
[torn] mini patri
[torn] auro ſuo
[torn] tur
[torn] eius
[torn] tio-
[torn] aut
[torn] eta.

Hoſtias dñe, quas tibi offeri
mus, propiti⁹ ſuſcipe: et inter
cedente beata. N. martyre tua vin
cula peccatorũ nr̃orũ abſolue, P.
Alia ſecreta. ſi fuerit virgo tm̃. aut
nec virgo: nec martyr.

Accepta tibi ſit dñe ſacrate plebis
oblatio p tuorũ honore ſanctorũ:
quorũ ſe meritis percepiſſe de tri-
bulatione cognoſcit auxilium, P.
Cõm. Simile eſt regnũ celorũ homi-
ni negociatori querenti bonas marga
ritas: inuenta vna precioſa margari-
ta, dedit omnia ſua et cõparauit eam.
Poſtcõm. oratio. ſi fuerit martyr
tãtum: aut virgo et martyr.

Auxilientur nobis dñe ſum-
pta myſteria: et intercedẽte beata.
N. martyre tua ſempiterna faciãt
ptectione gaudere, Per. Alia ora
tio. ſi fuerit virgo tantum: aut nec
virgo nec martyr.

Satiaſti dñe familiam tuam muneri-
bus ſacris: eius, queſum⁹, ſemp in-
teruentione nos refoue: cuius ſolẽ-
nia celebramus, Per. ¶ In nata
li plurimarũ virginum. Introit⁹.

Offerentur regi virgines
poſt eam: proxime ei⁹ offe
rẽtur tibi in leticia et ex-
ultatione: adducentur in
tẽplũ regi dño. ℣. Eructauit cor meũ
verbũ bonũ: dico ego opera mea regi.
Gloria patri. Gloria in excel. Oro.

Da nobis dñe de⁹ noſter ſan-
ctarum virginũ tuarũ. N. ⁊
N. palmas inceſſabili deuotiõe ve

nerari: ⁊ quas digna mente nō poſ
ſumus celebrare, humilib⁹ ſaltē fre
quētem⁹ obſequijs. P. Lcĉo ep̄le
bt̄i Pauli ap̄li. Ad corinth. j. vij. d.

FRatres, De virginibus pre
ceptum dn̄i nō habeo: conſi
liū aūt do, tanq̄ miſericordiā con
ſecutus a dn̄o, vt ſim fidelis. Exiſti
mo ergo hoc bonū eſſe propter in
ſtātem neceſſitatem, qm̄ bonū eſt
homini ſic eſſe. Alligatus es vxori:
noli querere ſolutionē. Solut⁹ es
ab vxore: noli querere vxorem. Si
aūt acceperis vxorē: non peccaſti.
Et ſi nupſerit virgo: non peccauit.
Tribulationē tamen carnis habe
bunt huiuſmodi. Ego autē vobis
parco. Hoc itaq̄ dico fratres, tem
pus breue eſt. Reliquū eſt vt ⁊ qui
habent vxores, tanq̄ non haben
tes ſint: et qui flent, tanq̄ non flen
tes: ⁊ q̄ gaudent, tanq̄ nō gauden
tes: ⁊ q̄ emunt, tanq̄ non poſſiden
tes: ⁊ q̄ vtuntur hoc mundo, tanq̄
nō vtātur. preterit enim figura hu
ius mūdi. Volo autem vos ſine ſo
licitudine eſſe. Qui ſine vxore eſt:
ſolicit⁹ eſt que dn̄i ſunt, quomodo
placeat deo. Qui aūt cū vxore eſt,
ſolicitus eſt q̄ ſunt mundi, quomo
do placeat vxori: et diuiſus eſt. Et
mulier innupta et virgo, cogitat q̄
dn̄i ſunt: vt ſit ſancta et corpore et
ſpiritu in ieſu chriſto domino nr̄o.

Gra. Media nocte clamor factus eſt,
Ecce, ſponſus venit, exite obuiam ei. v.
Tunc ſurrexerunt oēs virgines ille et
ornauerunt lampades ſuas: et exierūt
obuiam ſpōſo et ſponſe. Hall'a, hall'a.
v. Quinq̄ prudentes virgines accepe
runt oleum in vaſis ſuis cum lampadi
bus: media autem nocte clamor factus
eſt, ecce, ſponſus venit, exite obuiā chri
ſto domino, hall'a. A ſeptuageſima
vſq̄ ad paſcha dicitur ſequēs Tra
ctus. Qui ſeminant in lachrymis, in
exultatione metēt. v. Euntes ibant et
flebāt mittētes ſemina ſua. v. Venien
tes aūt, veniēt cū exultatione, portātes
manipulos ſuos. Scdm Matth.

IN illo tp̄e, Dixit dn̄s xxv. a.
ieſus diſcipulis ſuis, Simile
eſt regnū celorū decē v̄ginib⁹: q̄ ac
cipiētes lampades ſuas exierūt ob
uiā ſpōſo et ſpōſe. Quinq̄ aūt ex eis
erāt fatue, ⁊ quinq̄ prudētes. Sed
q̄nq̄ fatue, acceptis lāpadib⁹, non
ſumpſerūt oleū ſecū. Prudētes vo
acceperunt oleū in vaſis ſuis cū lā
padib⁹. Morā aūt faciēte ſponſo,
dormitauerunt oēs ⁊ dormierunt.
Media autē nocte clamor factus
eſt. Ecce, ſpōſus venit, exite obuiā
ei. Tūc ſurrexerunt oēs virgines il
le: et ornauerūt lāpades ſuas. Fa
tue aūt ſapiētibus dixerunt. Date
nobis de oleo vr̄o: q̄a lāpades nr̄e
extinguntur. Reſpōderūt pruden
tes, dicentes, Ne forte nō ſufficia
nobis ⁊ vobis, ite poti⁹ ad vēdētes
⁊ emite vobis. Dū aūt irent emere,
venit ſpōſus, ⁊ q̄ parate erāt, intra
uerūt cum eo ad nuptias, ⁊ clauſa
eſt ianua. Nouiſſime vero veniūt

et relique virgines, dicentes, Dñe,
dñe, aperi nobis. At ille respõdẽs,
ait, Amen dico vobis: nescio vos.
Uigilate itaqꝫ: qꝛ nescitis diẽ neqꝫ
horã Offert. Offerentur regi virgi
nes post eã: proxime eius offerentur ti
bi in letitia et exultatione: adducẽtur
in templum regi dño. Secret.
Intende dñe, q̃s, munera al
taribꝰ tuis ꝓ scãrũ virginũ tuarũ
N. et N. cõmemoratione preposi
ta: vt sicut ꝑ hec bta mysteria illis
gloriã cõtulisti, ita earũ interuentu
nobis indulgentiã largiaris, Per.
Cõm. Quinqꝫ prudẽtes virgines ac
ceperũt oleũ in vasis suis cũ lãpadibꝰ:
media aũt nocte clamor factus est, ecce,
sponsus venit: exite obuiã christo dño.
Presta nobis dñe, Postcõ.
q̃s, intercedentibus meritis
sanctarũ ṽginũ tuarũ. N. ⁊ N. vt
que ore contigimus, pura mẽte ca
piamus, Per. ¶ Missa de natiui
tate domini. Introitꝰ.
Puer natus est nobis ⁊ fi
lius datꝰ est nobis: cuiꝰ
imperiũ sup humerũ eiꝰ:
et vocabitur nomẽ eius, magni cõsilij
angelus. ℣. Cãtate dño canticũ nouũ:
quia mirabilia fecit. Glia pa. Nõ di
citur Gloria in excelsis. Oratio.
Concede, q̃s ops deꝰ: vt nos
vnigeniti tui noua per carnẽ
natiuitas liberet: quos sub pctĩ iu
go vetusta seruitus tenet, Per eũd.
Fratres, Mul Ad heb. j. a.
tifarie multisqꝫ modis olim
deꝰ loquens patribus in ꝓphetis,
nouissime diebꝰ istis locutꝰ est no
bis in filio, quẽ constituit heredem
vniuersorũ, per quẽ fecit et secula.
Qui cũ sit splendor glorie ⁊ figura
substãtie eius, portansqꝫ oĩa verbo
virtutis sue, purgationẽ peccatorũ
faciens, sedet ad dexterã maiesta
tis in excelsis: tanto melior ange
lis effectus, quãto differentius pre
illis nomen hereditauit. Cui enim Ps. 2.
dixit aliquãdo angelorum, Filius
meus es tu: ego hodie genui te? Et
rursum, Ego ero illi in patrẽ: ⁊ ipse 2. Re.
erit mihi in filiũ. Et cũ iterũ intro 7. b.
ducit primogenitũ in orbẽ terre, di psal.
cit, Et adorent eum omnes angeli 96.
dei. Et ad angelos quidem dicit, psal.
Qui facit angelos suos spũs: ⁊ mi 103.
nistros suos flammã ignis. Ad fi psal.
liũ autẽ, Thronus tuus deus in se 44.
culũ seculi: virga eq̃tatis, virga re psal.
gni tui. Dilexisti iustitiam et odisti 44.
iniquitatẽ: propterea vnxit te deus,
deus tuꝰ, oleo exultationis pre par
ticipibus tuis. Et, Tu in principio psal.
dñe terrã fundasti: ⁊ opera manuũ 101.
tuarũ sunt celi. Ipsi peribũt, tu au
tẽ permanebis: ⁊ oẽs vt vestimen
tũ veterascẽt. Et velut amictũ mu
tabis eos, ⁊ mutabũtur: tu aũt idẽ
ipse es, ⁊ anni tui nõn deficiẽt. Gra.
Uiderunt oẽs fines terre salutare dei
nostri: iubilate deo oĩs terra. ℣. Notũ
fecit dñs salutare suũ ante conspectũ
gentiũ reuelabit iustitiã suam. All. tr.
vsqꝫ ad pascha loco tractus: omib

ſo Halla dicitur ſequens. V. Halla, halla. V. Dies ſanctificatus illuxit nobis: venite gentes, et adorate dñm: q2 deſcẽdit lux magna ſuper terrã, halla,

Initiũ ſcti euãgelij ſm Joan. j.a.

IN principio erat verbũ, Et verbũ erat apud deũ, ⁊ deus erat verbum. Hoc erat in principio apud deũ, Oia per ipm facta ſunt: et ſine ipſo factũ eſt nihil quod factum eſt, In ipo vita erat, Et vita erat lux hoim: Et lux in tenebris lucet, et tenebre eam non comprehenderunt. Fuit homo miſſus a deo, cui nomen erat ioannes. Hic venit in teſtimoniũ vt teſtimoniũ perhiberet de lumine, vt oẽs crederent p illum. Non erat ille lux: ſed vt teſtimoniũ perhiberet de lumine. Erat lux vera, que illuminat omnẽ hominẽ venientem in hunc mundũ. In mundo erat, et mundus per ipſum factus eſt, et mundus eum non cognouit. In propria venit: et ſui eũ nõ receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios dei fieri, his qui credunt in nomine eius. Qui nõ ex ſanguinibus, neq; ex volũtate carnis, neq; ex voluntate viri, ſed ex deo nati ſunt. Et verbum caro factum eſt: et habitauit in nobis. Et vidimus gloriã eius: gloriã quaſi vnigeniti a patre, plenũ gratie et veritatis.

Nõ dicit. Credo. Offer. Tui ſunt celi et tua eſt terra: orbẽ terrarũ et plenitudinẽ eius tu fundaſti: iuſtitia ⁊ iudiciũ preparatio ſedis tue. Secreta.

Oblata dñe mũera noua vnigeniti tui natiuitate ſanctifica: noſq; a peccatorũ nrorũ maculis emũda, P. Nõ dicitur prefatio de natiuitate, ſed cõmunis. Cõm.

Uiderunt omnes fines terre ſalutare dei noſtri. Poſtcõm. oratio.

Preſta, q̃s ops deus: vt natus ſaluator mundi, ſicut diuine nobis generationis eſt auctor, ita ⁊ immortalitatis ſit ipſe largitor, Qui tecũ.

Benedicamus dño. R. Deo grãs.

¶ Miſſa de epiphania dñi. Int.

Ecce, aduenit dñator dñs: et regnũ in manu eius, ⁊ poteſtas ⁊ imperium. V. Deus iudiciũ tuũ regi da, et iuſtitiã tuã filio regis. Gloria patri.

Nõ dicitur Glia in excelſis. Oro.

Deus, qui vnigenitũ tuũ gentibus ſtella duce reuelaſti: cõcede propitius: vt, qui iam te ex fide cognouimus: vſq; ad contemplandam ſpeciẽ tue celſitudinis perducamur, Per eundẽ. Lectio Eſaie prophete. lx.a.

Surge, illuminare hieruſalẽ: quia venit lumen tuũ, et gloria dñi ſup te orta eſt. Quia ecce, tenebre operiẽt terrã, et caligo populos: ſuper te aũt orietur dñs, ⁊ gloria eius in te videbitur. Et ambulabũt gentes in lumine tuo, et reges in ſplendore ortus tui. Leua in circuitu oculos tuos, et vide: omnes iſti congregati ſunt, venerunt tibi. Filij tui de lon-

ge venient, et filie tue de latere ſurgēt. Tunc videbis et afflues, ⁊ mirabitur et dilatabitur cor tuū, quādo cōuerſa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo gentium venerit tibi. Inundatio camelorū opiet te, dromedarij madián et ephá: Oēs de ſabá veniēt, aurū et thus deferētes: ⁊ laudē dn̄o annūciātes. Gra.

O ēs de ſaba veniēt, aurū et thus deferētes: ⁊ laudē dn̄o annūciātes. ℣. Surge et illuminare hierl'm: quia gl'ia dn̄i ſup te orta eſt. A. lxx. vſq; ad paſcha loco tract⁹, omiſſo Halla dr ſeqn̄s. ℣. Halla, halla. ℣. Vidim⁹ ſtellā ei⁹ in oriēte: ⁊ venim⁹ cū munerib⁹ adorare dn̄m, halla. Scdm Mattheū. ij. a.

CUm nat⁹ eſſet ieſus in bethlehē iudee in diebus herodis regis, ecce, magi ab oriēte venerūt hieroſolymā, dicētes, Ubi eſt q̄ natus eſt rex iudeorū? Vidim⁹ enim ſtellā ei⁹ in oriēte, et venim⁹ adorare eū. Audiēs aūt herodes rex, turbat⁹ eſt, et oīs hieroſolyma cū illo. Et cōgregās oēs principes ſacerdotum ⁊ ſcribas populi, ſciſcitabatur ab eis, vbi chriſtus naſceretur. At illi dixerunt ei, In bethlehē iudee. ſic enim ſcriptum eſt per prophetam, Et tu bethlehem terra iudá, nequaq̄ minima es in principibus iuda: ex te enim exiet dux, qui regat populum meum iſraél. Tūc herodes clam vocatis magis, diligenter didicit ab eis tempus ſtelle que apparuit eis. Et mittens illos in bethlehem, dixit, Ite, et interrogate diligenter de puero: et cum inueneritis, renunciate mihi, vt ⁊ ego veniēs adorem eum. Qui cum audiſſent regē, abierunt. Et ecce, ſtella, quam viderant in oriente, antecedebat eos, vſq; dū veniēs ſtaret ſupra vbi erat puer. Vidētes aūt ſtellam, gauiſi ſūt gaudio magno valde. Et intrantes domum, inuenerunt puerum cum maria matre eius, et procidentes adorauerunt eum: et apertis theſauris ſuis obtulerunt ei munera, aurum, thus, ⁊ myrrham. Et reſponſo accepto in ſomnis ne redirēt ad herodem, per aliam viam reuerſi ſunt in regiōnē ſuam. Nō dicitur Credo. Offert.

Reges tharſis et inſule munera offerent, reges árabum et ſabá dona adducent: et adorabunt eum omnes reges terre, oēs gentes ſeruient ei. Secre.

ECcleſie tue, queſumus dn̄e, dona propitius intuere: quibus non iam aurum, thus, et myrrha profertur: ſed quod eiſdem muneribus declaratur, immolatur et ſumitur, Per. Non dicitur prefatio de Epiphania, ſed communis. Cōm. Vidimus ſtellam eius in oriēte, et venimus cum muneribus adorare dominū. Poſtcōmn. oro.

PReſta, queſumus ōps deus: vt que ſolenni celebramus officio: purificate mentis intelligentia cōſequamur, Per. Benedicam⁹ domino. R. Deo grátias.

**Miſſa de reſurrectiõe dñi. Intr.**

Reſurrexi et adhuc tecum ſum, halla: poſuiſti ſup me manũ tuã, halla: mirabilis facta eſt ſcientia tua, halla, halla. ℣. Dñe probaſti me ⁊ cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſſionẽ meam ⁊ reſurrectionem meam. Glia patri. Nõ dicitur Gloria in excelſis. Oratio.

Deus, qui per vnigenitũ tuũ eternitatis nobis aditũ deuicta morte, reſeraſti: vota noſtra, q̃ preueniẽdo aſpiras, etiã adiuuando proſequere, Per eun. Ad corinthios. j. v. b.

Fratres, Expurgate vetus fermentũ, vt ſitis noua cõſperſio, ſicut eſtis azymi. Etenim paſcha nr̃m immolatus eſt chriſtus. Itaq; epulemur, nõ in fermẽto veteri, neq; in fermento malitie ⁊ nequitie, ſed in azymis ſinceritatis ⁊ veritatis. Gra. Hec dies quã fecit dñs, exultemus ⁊ letemur ĩ ea. ℣. Cõfitemini dño qm̃ bonus, qm̃ in ſeculũ mĩa eius. A. lxx. vſq; ad paſcha, loco trac. omiſſo halla, dr ſeq̃ns. ℣. Halla, halla. ℣. Angelus dñi deſcẽdit de celo: et accedẽs reuoluit lapidẽ et ſedebat ſup eũ, halla. Scdm Marcũ xvj. a.

In illo tẽpe, Maria magdalene, et maria iacobi ⁊ ſalome emerunt aromata, vt venientes vngerẽt ieſum. Et valde mane vna ſabbatorũ, veniunt ad monumentũ, orto iam ſole: et dicebãt adinuicẽ, Quis reuoluet nobis lapidẽ ab oſtio monumẽti? Et reſpicientes viderũt reuolutũ lapidem. Erat quippe magnus valde. Et introeũtes in monumentũ, viderunt iuuenẽ ſedentẽ in dextris, coopertũ ſtola cãdida: et obſtupuerũt. Qui dicit illis, Nolite expaueſcere: Ieſum queritis nazarenũ, crucifixũ: ſurrexit, nõ eſt hic: ecce locus vbi poſuerũt eũ. Sed ite, dicite diſcipulis eius ⁊ petro: q̄ precedit vos in galileã: ibi eum videbitis, ſicut dixit vobis. Nõ dicit. Credo. Offer. Terra tremuit et quieuit, dũ reſurgeret in iudicio deus halla: notus in iudea deus: in iſrael magnũ nomẽ eius, halla. Sec.

Suſcipe, q̃s dñe, preces ppli tui cũ oblationibus hoſtiarũ, vt paſchalibus initiata myſterijs, ad eternitatis nobis medelam, te operãte, proficiãt, P. Nõ dicit prefatio de reſurrectiõe, ſed cõmunis. Cõmu. Paſcha nr̃m immolatus eſt chriſtus, halla: itaq; epulemur in azymis ſynceritatis ⁊ veritatis, halla, halla.

Spiritũ nobis Poſtcõ. orõ. dñe tue charitatis infunde: vt quos ſacramẽtis paſchalibus ſatiaſti, tua facias pietate cõcordes, P dñm. in vnitat. eiuſdẽ ſpũs. Benedicamus dño. ℟. Deo gratias.

**¶ Miſſa de aſcenſione dñi. Intr.**

Viri galilei, quid admiramini aſpiciẽtes in celum, halla. quemadmodũ vidiſtis eũ aſcendentẽ in celũ, ita veniet, halla, halla, halla. ℣. Cumq;

intuerētur in celū euntē illū: ecce, duo
viri aſtiterūt iuxta illos in veſtibus al-
bis, q̄ et dixerūt. Glīa pa. Nō dicitur
Gloria in excelſis. Oratio.
Concede, q̄s oſ̄s deus: vt qui
vnigenitū tuū, redēpt[illegible] noſtrum,
ad celos aſcēdiſſe credimus: ipſi q̄ꝫ,
mēte in celeſtib⁹ habitem⁹, Per eun
dem. Lectio Actuū apoſtolorū. j. a.
Primū quidē ſermonē feci de
oībus, o theophile, que cepit
ieſus facere et docere, vſqꝫ in diem
qua precipiēs apl'is per ſpūm ſcm̄,
quos elegit, aſſumptus eſt: quibus
et prebuit ſeipm̄ viuū poſt paſſionē
ſuā in multis argumētis, per dies
quadraginta apparens eis, et lo-
quēs de regno dei. Et conueſcēs,
precepit eis, ab hieroſolymis ne di-
ſcederēt, ſed expectarent promiſſio
nē patris, quā audiſtis (inquit) per
os meū: quia ioannes quidē bapti
zauit aqua, vos aūt baptizabimi-
ni ſpūſancto non poſt multos hos
dies. Igitur qui cōuenerant, inter-
rogabāt eū, dicentes, Dñe, ſi in tē-
pore hoc reſtitues regnum iſrael?
Dixit aūt eis, Nō eſt veſtrū noſſe
tēpora vel momēta, q̄ pater poſuit
in ſua poteſtate: ſed accipietis vir-
tutē ſupueniētis ſpūſſancti in vos:
et eritis mihi teſtes in hieruſalem,
et in omni iudea, et ſamaria, ꝛ vſqꝫ
ad vltimū terre. Et cū hec dixiſſet,
videntibus illis eleuatus eſt: et nu
bes ſuſcepit eum ab oculis eorum.
Cumqꝫ intuerētur in celū euntem
illū: ecce, duo viri aſtiterunt iuxta il
los in veſtib⁹ albis, qui et dixerūt,
Viri galilei, quid ſtatis aſpiciētes
in celū? hic ieſus qui aſſumpt⁹ eſt a
vobis in celū, ſic veniet, quēadmo-
dū vidiſtis eū euntem in celum. A
ſeptuageſima vſqꝫ ad paſcha loco
grad. omiſſo Halla, dicitur ſequēs.
℣. Grad. Halla. ℣. Aſcēdit deus in iu
bilatione, dñs in voce tube. A ſeptua
geſima vſqꝫ ad paſcha loco tract⁹
omiſſo Halla, dicitur ſequens. ℣.
Halla, halla. ℣. Aſcendo ad patrem
meum et patrē veſtrū, deū meū et deū
veſtrū, halla. Scdm̄ Marcū. xvj. c.
In illo tēpore, Recūbētibus
vndecim diſcipulis, apparuit
illis ieſus: ꝛ exprobrauit increduli-
tatē eorū, ꝛ duritiā cordis, quia his
qui viderāt eū reſurrexiſſe, non cre-
diderant. Et dixit eis, Euntes in
mundū vniuerſum, predicate euan
geliū omni creature. Qui credide-
rit ꝛ baptizatus fuerit, ſaluus erit.
Qui vero nō crediderit: condēna-
bitur. Signa autē eos qui credide-
rint, hec ſequētur, In noīe meo de
monia eijciēt, linguis loquētur no-
uis, ſerpētes tollēt, Et ſi mortiferū
quid biberint non eis nocebit, Su-
per egros manus imponēt: ꝛ bene
habebūt. Et dominus quidē ieſus
poſtq̄ꝫ locut⁹ eſt eis, aſſumpt⁹ eſt
in celum: et ſedet a dextris dei. Illi
autē profecti, predicauerūt vbiqꝫ:
dño cooperāte, et ſermonem cōfir-
mante ſequētib⁹ ſignis. Non dici

tur Credo. Offerto. Viri galilei, quid admiramini aſpiciētes in celum: hic ieſus qui aſſumpt⁹ eſt a vobis in celum: ſic veniet, quemadmodū vidiſtis eū aſcendentem in celū, halla. Secret.

Suſcipe, q̄s dn̄e, munera que pro filij tui glorioſa aſcenſione deferimus: ⁊ concede propitius, vt a p̄ſentib⁹ periculis liberemur: ⁊ ad vitā perueniam⁹ eternā, P eundem. Nō dicitur prefatio de aſcenſione. Cōm. Pſallite dn̄o, qui aſcendit ſuper celos celorū ad orientē, halla.

Preſta, q̄s ops Poſtc̄. orō. et miſericors deus: vt, que viſibilibus myſterijs ſumenda percepimus, inuiſibili conſequamur effectu, Per. Benedicamus dn̄o. R. Deo gratias. ¶ Miſſa de ſpiritu ſancto. Introitus.

Spiritus dn̄i repleuit orbē terrarū, halla, et hoc qđ continet oīa, ſcientiam habet vocis halla, halla, halla. ℣. Cōfirma hoc de⁹ qđ operatus es in nobis a templo ſancto tuo, qđ eſt in hieruſalem: tibi offerūt reges munera, Gl'ia pa. Ali⁹ ſubſequens introitus a ſeptuageſima vſq3 ad paſcha dicitur.

Dum ſanctificat⁹ fuero in vobis, congregabo vos de vniuerſis terris: et effundā ſup vos aquā mundā et mūdabimini ab oībus inquinamētis veſtri⁹: ⁊ dabo vobis ſpm̄ nouū. ℣ Benedicā dn̄m in om̄i tēpe, ſemp laus ei⁹ in ore meo.

Deus, Oratio. Gloria patri. qui corda fideliū ſancti ſpūs illuſtratiōe docuiſti: da nobis in eo dē ſpū recta ſapere: ⁊ de eius ſemp cōſolatione gaudere, Per dn̄m in vnitate eiuſdē ſpūs. Lectio actuū

In dieb⁹ apoſtolorū. viij. d. illis, Cum audiſſent apl'i qui erant hieroſolymis, q̄ recepiſſet ſamaria verbū dei: miſerūt ad eos petrū ⁊ ioannē. Qui cū veniſſent, orauerūt p ipſis, vt acciperēt ſpm̄ ſanctū. Nondū em̄ in quemq̄ illorum venerat, ſed baptizati tātū erāt in noīe dn̄i ieſu. Tūc imponebāt manus ſup illos: ⁊ accipiebāt ſpiritū ſanctū. Gra. Beata gēs, cui⁹ eſt dn̄s de⁹ eorū: ppl's quē elegit dn̄s in hereditatē ſibi. ℣ Verbo dn̄i celi firmati ſūt: et ſpū oris ei⁹ oīs virt⁹ eorum. A. lxx. vſq3 ad paſcha loco tract. omiſſo Halla, dicitur ſequēs. v̄ſus. Halla, halla. ℣. Veni ſc̄te ſpiritus reple tuorū corda fideliū: et tui amoris in eis ignē accēde, halla. Sc̄dm Ioannē. xv. d.

In illo tēpe, Dixit dn̄s ieſus diſcipulis ſuis, Cum venerit paracletus, quē ego mittā vobis a patre ſpūm veritatis q̄ a patre procedit: ille teſtimonium phibebit de me. Et vos teſtimoniū phibebitis: q̄a ab initio mecū eſtis. Hec locut⁹ ſum vobis, vt nō ſcandalizemini. Abſq3 ſynagogis faciēt vos. Sed venit hora, vt oīs q̄ īterficit vos, arbitret obſequiū ſe preſtare deo. Et hec faciēt vobis: quia nō nouerunt

patrē,neq; me. Sed hec locut⁹ sum
vobis,vt cū venerit hora,eorū remi
niſcamini,q̄a ego dixi vobis. Non
dicit̄ Credo. Offer. Cōfirma hoc
deus,qđ operatus es in nobis a tēplo
ſancto tuo,qđ eſt in hieruſalē:tibi offe
runt reges munera,halla. Secreta.
Propitiare dñe ſupplicationibus nr̃is, et inſtitutis tuis, quibus propagationẽ humani generis ordinaſti, benign⁹ aſſiſte: vt, quod te autore iungitur: te auxiliante ſeruetur, Per dñm nr̃m ieſum chriſtũ filiũ tuũ: qui tecũ viuit et regnat in vnitate ſpiritusſancti de⁹.

Per oĩa ſecula ſeculorũ. ℟. Amen. Prefatio. Dñs vobiſcũ. ℟. Et cũ ſpũ tuo. Surſum corda. ℟. Habemus ad dñm. Gratias agamus dño deo noſtro. ℟. Dignũ et iuſtũ eſt. Vere, dignum et iuſtũ eſt, equũ et ſalutare, Nos tibi ſemper ⁊ vbiq; grãs agere, dñe ſancte, pater omĩps, eterne deus, Qui poteſtate virtutis tue de nihilo cuncta feciſti: qui diſpoſitis vniuerſitatis exordijs, homini ad imaginẽ dei facto, ideo inſepabile mulieris adiutoriũ contuliſti: vt femineo corpi, de virili dares carne principiũ: docens, vt, qd̃ ex vno placuiſſet inſtitui: nunq̃ liceret diiungi. De⁹, qui tã excellenti myſterio cõiugalem copulam conſecraſti: vt chriſti et eccleſie ſacramentum preſignares in federe nuptiarum, Deus, per quem mulier iungitur viro, et ſocietas principaliter ordi-

197

nata, ea bene ✠ dictiōe donatur, q̄ ſola, nec ꝑ originalis pc̄ti penā, nec ꝑ diluuij eſt ablata ſentētiam. ¶ Aduerte ꝙ iſta bn̄dictio, ſcilicet Reſpice dn̄e. nō debet dari in ſc̄dis nuptijs: quādo nuptie ſunt ſecūde ex parte mulieris: q̄a ſi virgo cōtraxerit, etiā cū illo q̇ habuit aliā vxorē, dabit̄ iſta bn̄dictio ſuꝑ feminā. Hic extēdat manū ſuper feminam.

Reſpice dn̄e propiti⁹ ſuꝑ hāc famulā tuā, que maritali iū genda cōſortio, tua ſe expetit protectione muniri. Sit in ea iugum dilectionis et pacis, fidelis et caſta nubat in chriſto, imitatrixq̧ ſanctarū permaneat feminarū. Sit amabilis vt rachel viro, ſapiens vt rebecca, longeua ꝛ fidelis vt ſara. Nihil in ea ex actibus ſuis ille autor preuaricationis vſurpet. Nexa fidei mādati⁹ permaneat, vni thoro iuncta, contactus illicitos fugiat, muniat infirmitatē ſuā robore diſcipline, ſit verecūda, grauis, pudore venerabilis, doctrinis celeſtib⁹ erudita. Sit fecunda in ſobole, ſit probata ꝛ innocens, ꝛ ad beatorū requiē atq̧ celeſtia regna perueniat. Et videat filios filiorū ſuorum vſq̧ ad tertiā et quartā ꝓgeniē, ꝛ ad optatā ꝑueniat ſenectutē, Per. Quo peracto, ſacerdo⁹ redeat ad altare, dicens, Cōm. Factus eſt repēte. Et cōtinuet officiū vſq̧ ad finē miſſe.

Cōm. Factus eſt repēte de celo ſon⁹, aduenientis ſpūs vehementi⁹, vbi erant ſedentes, halla: et repleti ſunt oēs ſpirituſancto, loquentes magnalia dei, halla, halla Poſtcōmunio. oratio.

Sanctiſpiritus, q̄s dn̄e, corda nr̄a mundet infuſio: ꝛ ſui roris intima aſperſione fecundet.

¶ Alia orō: et dicit̄ ſub vna cōcluſione.

Queſum⁹ op̄s deus, inſtituta prouidētie tue pio amore comitare: vt quos legittima ſocietate cōnectis: longeua pace cuſtodias, P dn̄m. in vnit. eiuſdē. Jte miſſa eſt. Finita bn̄dictione generali vt moris eſt, ſacerdos vertat ſe ad nubētes, ꝛ extenſa manu ſupra eos, dicit ſequentē benedictionē: que datur indifferēter in oībus nuptijs: ſiue primis, ſiue ſecundis: tā ex parte viri ꝙ ex parte mulieris. Et incipit̄ abſolute ſine Dn̄e exaudi orōnē meā (et) Dn̄s vobiſcū.

Bene ✠ dicat vos Oratio. op̄s dn̄s noſter oris ſui eloquio: ꝛ cor veſtrū ſynceri amoris copulet nexu perpetuo. ℟. Amē. Floreatis rerū preſentiū copia, fructificetis decēter in filijs, gaudeati⁹ perhenniter cum fidelibus amicis. ℟. Amen. Tribuat vobis dn̄s dona perhēnia: et poſt preſentia tēpora feliciter dilatata ſentiatis gaudia ſempiterna. ℟. Amē. Jpſe, q̇ vnū, triuūq̧ poſſidet nomē et gloriatur deus: bene ✠ dicat vos in ſecula ſeculorū. ℟. Amē. Nō dicitur Dn̄e exaudi orationē meā. Dn̄s vobiſcum, nec Benedicam⁹ dn̄o. Benedictio.

Et bene ✠ dictio dei patris omni
potētis ✠ et filij ꝛ ſpiritus ✠ ſan
cti deſcendat ꝛ maneat ſuper vos:
et angelus dñi bon⁹ cuſtodiat vos
ſemꝑ. ℟. Amē. Quo dicto, ꝛ amo
to cingulo ꝛ velo ex nubētibus per
ſacerdotē, dicit ſacerdos celebrans
miſſam accipiendo manus ſponſi
ꝛ ſponſe. Hic accepiſtis benedictio
nē a dño et miſericordiā a deo ſalu
tari ſuo, quia hec eſt generatio que
rentiū eum, querentium faciem dei
iacob. In nomine patris ✠ et filij
et ſpiritusſancti. Amē. Accipe vxo
rem tuā, nō ancillam, ſed vxorem:
diliges eam, ſicut chriſt⁹ qui eſt ca-
put eccleſie, dilexit eā. In noīe pa-
tris ✠ et filij et ſpūſſancti. Amē.

¶ Miſſa pro defunctis. Introi.

REquiē eternā dona eis
dñe: et lux ꝑpetua luceat
eis. ℣. Te decet hymnus
deus in ſion: ꝛ tibi redde
tur votū in hieruſalē. ℣. Exaudi deus
orationē meā, ad te omnis caro veniet
Non dicit Gloria pri. ſed finito. ℣.
Exaudi de⁹ orationē. abſolute repe-
titur. Requiē eternā. vſqꝫ ad primū.
℣. In die depoſitiōis defūcti. Oro

DEus, cui proprium eſt miſe-
reri ſemꝑ ꝛ parcere: te ſuppli
ces deprecamur ꝓ aīa famuli tui.
N. quā hodie de hoc ſeculo migra
re iuſſiſti: vt nō tradas eam in ma-
nibus inimicorū, ne obliuiſcaris in
finē, ſed iubeas eam a ſanctis ange
lis ſuſcipi: ꝛ ad patriā paradiſi per-
duci: et quia in te ſperauit et credi-
dit, nō penas inferni ſuſtineat, ſed
gaudia ſempiterna poſſideat, P.

¶ Feria. ij. ꝛ. v. dr ſequēs epiſtola.
Lectio libri machabeorū. ij. xij. c.

IN diebus illis, Uir fortiſſi-
mus iudas facta collatione,
duodecim milia drachmas argēti
miſit hieroſolymā, offerri pro pec-
catis mortuorū ſacrificiū, bene ꝛ re
ligioſe de reſurrectione cogitans.
(Niſi enim eos qui ceciderāt, reſur
recturos ſperaret, ſuperfluū videre
tur ꝛ vanū orare pro mortuis) Et
quia cōſiderabat ꝙ hi qui cū pieta-
te dormitionē acceperant, optimā
haberent repoſitam gratiam. Sā-
cta ergo et ſalubris eſt cogitatio ꝓ
defunctis exorare, vt a peccatis ſol
uantur. ¶ Feria. iij. et. vj. dicitur ſe
quēs epla. Ad Corinthios. j. xv. c.

FRatres, Ecce, myſteriū vo-
bis dico, Oēs quidē reſurge
m⁹: ſed nō oēs immutabimur. In
momēto, in ictu oculi, in nouiſſima
tuba (Canet enim tuba) et mortui
reſurgent incorrupti, ꝛ nos immu-
tabimur. Oportet enim corrupti-
bile hoc, induere incorruptionem: ꝛ
mortale hoc, induere immortalita
tem. Cū aūt mortale hoc induerit
immortalitatē: tunc fiet ſermo qui
ſcript⁹ eſt, Abſorpta eſt mors in vi
ctoria. Ubi eſt mors victoria tua?
Ubi eſt mors ſtimulus tuus? Sti-
mulus aūt mortis, peccatū eſt: vir-
tus vero peccati, lex. Deo aūt gra-

tias qui dedit nobis victoriã, per ieſum chriſtũ dñm noſtrũ. ¶ Feria. iiij. et ſabbato dicitur ſequẽs epla. Lectio libri apocalypſis beati Jo annis apli. xiiij. c.

In diebus illis, Audiui vocẽ, de celo dicentẽ mihi, Scribe, Beati mortui qui in domino moriuntur. Amodo enim iam dicit ſpũs, vt requieſcant a laboribus ſuis, opera enim illorũ ſequũtur illos. ¶ In die depoſitionis defuncti dicitur ſequens epla. Ad Theſſalonicenſes. iiij. c.

Fratres, Nolumus vos ignorare de dormientibus, vt nõ contriſtemini, ſicut et ceteri qui ſpem non habẽt. Si enĩ credimus q ieſus mortuus eſt et reſurrexit: ita et deus eos qui dormierunt per ieſum, adducet cum eo. Hoc enim vobis dicimus in verbo dñi, quia nos qui viuimus, qui reſidui ſumus in aduẽtu dñi, non preueniemus eos qui dormierunt. Quoniã ipſe dñs in iuſſu et in voce archangeli et in tuba dei deſcendet de celo: et mortui qui in chriſto ſunt, reſurgent primi. Deinde nos qui viuimus qui relinquimur: ſimul rapiemur cũ illis in nubibus obuiã dño in aera, et ſic ſemp cum dño erimus. Itaq̃ cõſolamini inuicem in verbis iſtis. Gra. Requiẽ eternam dona eis dñe, et lux perpetua luceat eis. ℣. In memoria eterna erunt iuſti: ab auditione mala nõ timebunt. Tract. De profundis clamaui ad te dñe: dñe exaudi vocẽ meam. ℣. Fiant aures tue intendentes in orationem ſerui tui. ℣. Si iniquitates obſeruaueris dñe, dñe quis ſuſtinebit? ℣. Quia apud te propitiatio eſt: et propter legẽ tuam ſuſtinui te dñe. ¶ Feria. ij. et. v. dicitur ſequens euangelium. Hic non petit benedictionem diaconus, ſi in officio diaconatus ſeruiat: alioquin ipſe ſacerdos. Scdm Joannẽ. vj. f.

In illo tempore, Dixit ieſus turbis iudeorũ. Ego ſum panis viuus, qui de celo deſcendi. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in eternum. Et panis quẽ ego dabo, caro mea eſt pro mũdi vita. Litigabãt ergo iudei ad inuicem, dicentes, Quomodo poteſt hic nobis carnem ſuam dare ad manducãdum? Dixit ergo eis ieſus, Amẽ amen dico vobis, niſi manducaueritis carnem filij hominis, et biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitã in vobis. Qui manducat meã carnem et bibit meum ſanguinem, habet vitam eternam, et ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die. Finitũ euangeliũ no oſculetur ſacerdos, quando dicit pro defunctis.

¶ Feria. iij. et. vj. dicitur ſequens euangelium. Scdm Joannẽ. vj. d.

In illo tempore, Dixit dñs ieſus diſcipulis ſuis, Omne qđ dat mihi pater, ad me veniet: et eũ qui venit ad me, non eijciam foras. Quia deſcendi de celo, non vt faciam voluntatem meam, ſed volũtatem eius qui miſit me. Hec eſt au

tem voluntas eius qui miſit me,
patris: vt omne quod dedit mihi
non perdam ex eo, ſed reſuſcitem il
lud in nouiſſimo die. Hec eſt autē
voluntas patris mei qui miſit me:
vt omnis qui videt filium et credit
in eū, habeat vitā eternam, et ego
reſuſcitabo eum in nouiſſimo die.
¶ Feria .iiij. ⁊ ſabbato dicit̄ ſequēs
euangelium. Sc̄dm Joannē .v. d.
IN illo tēpe, Dixit dn̄s ieſus
diſcipulis ſuis, Sicut pater
ſuſcitat mortuos et viuificat: ſic ⁊ fi
lius quos vult viuificat. Neqȝ enī
pater iudicat quenqȝ: ſed om̄e iudi
ciū dedit filio, vt omnes honorificēt
filium, ſicut honorificant patrem.
Qui nō honorificat filium, non ho
norificat patrem qui miſit illum.
Amen amen dico vobis quia q̄ ver
bum meū audit, et credit ei qui mi
ſit me, habet vitam eternam: et in
iudicium non venit, ſed tranſijt a
morte in vitā. In die depoſitionis
defuncti dicitur ſequēs euangeliū.
IN illo tp̄e, Sc̄dm Joā. xj. d.
Dixit martha ad dn̄m ieſū,
Dn̄e, ſi fuiſſes hic, frater meus nō
fuiſſet mortuus. Sed et nunc ſcio,
quia quecunqȝ popoſceris a deo,
dabit tibi deus. Dixit illi ieſus, Re
ſurget frater tuus. Dixit ei mar
tha, Scio quia reſurget in reſurre
ctione in nouiſſimo die. Dixit ei
ieſus, Ego ſum reſurrectio et vi
ta. Qui credit in me: etiam ſi mor
tuus fuerit, viuet. Et omnis qui
viuit et credit in me: non morieť in
eternū. Credis hoc? Ait illi, Utiqȝ
dn̄e. Ego credidi quia tu es chriſtus
filius dei viui qui in hūc mūdum
veniſti. Offert. Dn̄e ieſu chriſte, rex
glorie, libera animas fideliū defuncto
rū de manu inferni et de profundo la
cu. Libera eas de ore leonis, ne abſor
beat eas tartarus, ne cadant in obſcu
ra, ſed ſignifer ſanctus michael repre
ſentet eas in lucē ſanctam. Quā olim
abrahe promiſiſti, ⁊ ſemini eius. ℣. Ho
ſtias et preces offerimus tibi dn̄e, tu ſu
ſcipe pro animabus illis, quarum ho
die memoriā agimus. Fac eas dn̄e de
morte tranſire ad vitā. ℣. Anime eorū
in bonis demorētur: et ſemē eorū here
ditet terram. ℣. Animas fideliū, quas
aſſumpſiſti dn̄e, fac gaudere cū ſanctis
tuis in gloria: et libera eas de locis tor
mētorū. ℣. Requiē etnā dona eis dn̄e:
et lux ppetua luceat eis. ℟. Quā olim.
PRopitiare dn̄e, q̄s, Secret.
anime famuli tui. N. p qua
hoſtias placationis tibi immola
mus, maieſtatē tuā ſupplices de
precantes: vt, per hec pie placatio
nis officia, peruenire mereatur ad
requiē ſempiternā, Per. Dicitur
prefatio cōmunis. Cōm. Abſolue
dn̄e animas eorū ab omni vinculo de
lictorū, vt in reſurrectionis gloria, in
ter ſanctos tuos reſuſcitati reſpirent.
In die depoſitionis defuncti dicit̄
ſequēs. Cōm. Lux eterna luceat eis
dn̄e, cū ſanctis tuis in eternum: quia
pius es, pro quorū cōmemoratiōe cor

pus chriſti ſumit, dona eis requiē ſem piternā et locū indulgētie. Postcō.

P Reſta, q̄s dn̄e: vt aīa famuli tui. N. quā hodie de hoc ſeculo migrare iuſſiſti: his ſacrificijs expiata, indulgentiā, pariter et requiē capiat ſempiternā, P do. Requieſcat ī pace, Amē. ¶ Miſſa in anniuerſario vni⁹ defuncti. Orō.

Q Ueſum⁹ dn̄e, vt famulo tuo. N. cuius obitus diē commemoramus, ſanctorū, atq; electorū tuorū largiri digneris conſortiū: et rorem miſericordie tue ei perēnem infundas, Per. Secreta.

A Deſto dn̄e ſupplicationibus nr̄is, vt hanc oblationē, quam tibi offerimus ob diē depoſitionis, pro anima famuli tui. N. placatus ac benign⁹ aſſumas, P. Poſtc̄. orō.

O Mnīps ſempiterne deus, collocare digneris animā famuli tui. N. cuius diē depoſitionis celebramus, in ſinu abrahe, iſaac, ⁊ iacob: vt cum dies agnitionis tue aduenerit: inter ſc̄tos ⁊ electos tuos illum reſuſcitare precipias, Per. ¶ Miſſa in anniuerſario defunctorū. Orō.

P Reſta, q̄s dn̄e: vt anime famulorū tuorum. N. quorū anniuerſarium depoſitionis diē celebram⁹: omniū peccatorū purgate contagijs indulgentiā parit̄ ⁊ requiē, capiāt ſempit̄nā, P. Secre.

P Ropitiare dn̄e ſupplicationibus nr̄is p̄ aīabus famulorū tuorū. N. quorū hodie annua dies agit̄: pro quibus tibi offerimus hoc ſacrificiū laudis: vt eas ſanctorū tuorū conſortio ſociare digneris, Per. Poſtcōmu. oratio.

S Uſcipe dn̄e preces noſtras pro aīabus famulorū tuorū: vt ſi q̄ eis macule de terrenis cōtagijs adheſerūt: remiſſionis tue miſericordia deleantur, Per dn̄m.

¶ Miſſa pro epiſcopis, seu ſacerdotibus. Oratio.

D Eus, qui inter apoſtolicos ſacerdotes famulos tuos: pontificali vel ſacerdotali, feciſti dignitate vigēre: preſta, q̄s: vt eorū quoq; perpetuo aggregentur conſortio, P. Secreta.

S Uſcipe dn̄e preces nr̄as pro animabus famulorū tuorū ſacerdotum ⁊ quas tibi offerim⁹ hoſtias: vt quib⁹ pontificale vel ſacerdotale, donaſti myſterium, dones et premium, P. Poſtcōmu. orō.

P Ropitiare dn̄e ſupplicationibus nr̄is: et aīas famulorū tuorū pontificum vel ſacerdotū, in regione viuorum eternis gaudijs iubeas ſociari, Per dn̄m. ¶ Miſſa p̄ ſacerdotibus defunctis. Orō.

D A nobis dn̄e vt animas famulorum tuorū ſacerdotum: quas de huius ſeculi eduxiſti laborioſo certamine: ſanctorū tuorū cetui tribuas eſſe cōſortes, P dn̄m. Secre.

A Nnue nobis dn̄e: vt animabus famulorū tuorum ſacerdotum hec proſit oblatio: quā immolādo totius mūdi tribuiſti re

laxari delicta, Ꝑ do. Post cō. orō.
HIs ſacrificijs, que ſumus om
nipotens deus: purgate ani
me famulorum tuorū ſacerdotum
ad indulgentiam et refrigeriū ſem
piternū peruenire mereantur, Ꝑ.
¶ Miſſa pro defunctis fratribus.
DEus, venie largitor, oratio.
et humane ſalutis amator,
queſumus clementiā tuā: vt noſtre
congregationis fratres qui ex hoc
ſeculo tranſierunt: beata, ſemꝑ vir
gine maria intercedēte cum omni
bus ſanctis, ad perpetue beatitudi
nis conſortiū peruenire concedas,
Per dominum. Secreta.
DEus, cuius miſericordie nō
eſt numerus: ſuſcipe propitius pre
ces humilitatis noſtre: et anima
bus famulorum tuorum fratrum
noſtrorū, quib⁹ tui nōis dediſti con
feſſionē: per hec ſacramēta ſalutis
noſtre, cunctorū remiſſionē tribue
peccatorū, Per. Poſt cōmu. orō.
PReſta, q̄s ops et miſericors
de⁹: vt anime famulorū tuo
rum fratrum noſtrorum, pro qui
bus hoc ſacrificium laudis tue ob
tulimus maieſtati, per huius virtu
tem ſacramēti a peccatis om̄ibus
expiate, lucis perpetue, te miseran
te, recipiāt beatitudinem, Ꝑ dnm̄.
¶ Miſſa ꝓ benefactoribus orō.
MIſerere, q̄s dn̄e, aīabus oīm
bn̄factorū nr̄orū defuncto
rū: et de beneficijs, que nobis largi
ti ſunt in terris: premia eterna con
ſequantur in celis, Ꝑ dnm̄. Secre.
SUſcipe dn̄e hec munera, que
pro aīab⁹ oīm benefactorū
noſtrorū requieſcentium immola
mus, et pro beneficijs eorum quib⁹
ſuſtentamur in terris: da eis retri
butionē in regno celorū, Per do.
SUmpta ſa Poſt cō. orō.
cramenta, q̄s dn̄e, nos abſol
uant a vinculis peccatorū: et anime
omniū benefactorū noſtrorum de
functorū conſortiū obtineant ſpiri
tuū beatorum, Ꝑ dnm̄. ¶ Miſſa
pro omnibus defunctis. Oratio.
OMnips ſempiterne deus, cui
nunq̄ ſine ſpe miſericordie
ſupplicatur: propitiare aīabus fa
mulorū famularūq̄ tuarū: vt qui
de hac vita in tui nōis confeſſione
deceſſerunt: ſanctorū tuorū nume
ro facias aggregari, Ꝑ do. Secre.
PRopitiare, q̄s dn̄e, aīab⁹ fa
mulorum famularūq̄ tua
rum, pro quibus tibi hoſtias placa
tionis offerimus: et quia in hac lu
ce in fide manſerūt catholica, in fu
tura vita, pia eis retributio condo
netur, Per dnm̄. Poſt cōm. orō.
PReſta, q̄s ops deus: vt aīas
famulorū famularumq̄ tua
rum ab angelis lucis ſuſceptas, in
preparata habitacula deduci fa
cias beatorū, Per dnm̄. ¶ Miſ
ſa pluralis pro defunctis. Oratio.
PRopitiare, q̄ſumus dn̄e, ani
mabus famulorum famula
rumq̄ tuarum miſericordia ſempi

terna: vt mortalitatis nexib⁹ expe-
ditas, lux eas eterna poſſideat, P.

Hoſtias tibi dñe hu- Secre.
mili deprecatione deferim⁹:
vt aīe famulorū famularūqꝫ tuarū
per hec pie placationis officia tuā
miſericordiā conſequantur, Per.

Deus, vita vi- Poſtcō. orō.
uentiū, ſpes morientiū, ſalus
omniū in te ſperantiū, preſta propi
tius: vt aīe famulorū famularūqꝫ
tuarū, a nr̄e mortalitatis tenebris
abſolute, beata maria, ſemper vir-
gine, intercedēte, in ꝑpetua cū ſctis
tuis luce letentur, Per. Miſſa
pro vno defuncto. Oratio.

Inclina dñe aurē tuā ad pre
ces noſtras, quibus miſericordiam
tuā ſupplices deprecamur: vt ani-
mā famuli tui. N. quam de hoc ſe-
culo migrare iuſſiſti: in pacis ac lu
cis regione conſtituas: et ſanctorū
tuorū iubeas eſſe cōſortem, Per.

Hoſtiā tibi dñe pla- Secre.
cationis offerimus pro ſpiri-
tu famuli tui obſecrantes: vt ſacri
huius libaminis interuentu, propi
ti⁹ locū illi lucis, ⁊ refrigeriū beate
quietis, attribuas, P. Poſtc̄. orō.

Propitiare dñe ſupplicatiōi-
bus nr̄is pro aīa famuli tui.
N. pro qua tibi obtulim⁹ hoc ſacri-
ficiū laudis: vt eā ſanctorū tuorum
cōſortio ſociare digneris, P dñm.

Miſſa ꝓ vno defuncto. Orō.

Deus, cui ꝓpriū eſt miſereri
ſemꝑ, et parcere: propitiare
aīe famuli tui. N. ⁊ om̄ia eiu⁹ pc̄ta
dimitte: vt mortis vinculis abſolu
ta, trāſire mereatur ad vitam, P.

Animā famuli tui. Secreta.
N. q̄s dñe, ab omnib⁹ vitijs
conditionis humane hec abſoluat
oblatio: que totius mundi tulit im-
molata peccatū, P. Poſtcō. orō.

Preſta, queſum⁹ dñe, anime
famuli tui. N. miſericordiā
ſempiternā: vt mortalitatis nexib⁹
expedita, lucē eternā poſſideat, P.

Miſſa pro feminis defunctis.

Queſumus dñe pro Oratio.
tua pietate, miſerere aīabus
famularū tuarum: et a contagijs
mortalitatis exutas: in eterne ſal-
uatiōis partē reſtituas, P. Secr.

His ſacrificijs dñe anime fa-
mularū tuarū a pc̄tis omni-
bus exuantur: ſine quibus a culpa
nemo liber extitit: vt ꝑ hec pie pla-
cationis officia, perpetuam miſeri-
cordiā cōſequantur, Per. Poſtc̄.

Inueniant, queſum⁹ oratio.
domine, anime famularum
tuarum lucis eterne conſortium:
quarum perpetue gratie conſecute
ſunt ſacramentum, P. Miſſa
pro his qui in cemiterio requieſcūt.

Deus, cuius miſeratio- orō.
ne anime fideliū requieſcūt,
famulis et famulabus tuis, omni-
bus hic et vbiqꝫ in chriſto quieſcen
tibus, da propitius veniam pecca-
torū: vt a cunctis reatib⁹ abſoluti,
tecū ſine fine letētur, P eun. Secr.

PRo animabus famulorum famularumqꝫ tuarum omnium catholicorũ, hic et vbiqꝫ dormientium, hoſtiam domine ſuſcipe benignus oblatam: vt hoc ſacrificio ſingulari, vinculis horrẽde mortis exuti, vitam mereantur eternã, Per. Poſtcõmunio. orõ.

DEus, fidelium lumen animarum, adeſto ſupplicationibus noſtris, et da famulis et famulabus tuis, quorũ corpora hic et vbiqꝫ in chriſto requieſcunt: refrigerij ſedẽ, quietis beatitudinẽ, et luminis claritatem, Per eundem. ¶ Miſſa pro patre et matre. Oratio.

DEus, qui nos patrẽ ⁊ matrẽ honorare precepiſti: miſerere, q̃ſumus, animabus patris et matris mee. N. eorumqꝫ peccata dimitte, meqꝫ in eterne claritatis gaudio cum eis conſtitue, Per. Secreta.

SUſcipe dñe ſacrificium qđ tibi pro animabꝰ patris ⁊ matris mee. N. offertur: eiſqꝫ gaudiũ ſempiternum et locũ pacis tribue: meqꝫ felicitati ſanctorum cum eis coniunge, Per. Poſtcõ. oratio.

CEleſtis participatio ſacramẽti, queſumus dñe, animabus patris et matris mee. N. requiem et lucem obtineat perpetuã: meqꝫ cum illis gratia tua coronet eterna, Per. ¶ Miſſa pro deſiderantibus penitentiam. Oratio.

OMnipotens ſempiterne deus in cuius humana conditio poteſtate conſiſtit: animã famuli tui. N. queſumus, ab oĩbꝰ abſolue peccatis: vt penitentie fructum, quem volũtas eiꝰ optauit: preuẽtu mortalitatis nõ perdat, P dñm. Secr.

SAtiſfaciat tibi domine, queſumꝰ, pro anima famuli tui. N. ſacrificij preſentiꝰ oblatio: ⁊ peccatorum veniam, quã queſiuit, inueniat, ⁊ quod officio lingue implere non potuit: deſiderate penitentie conpenſatione percipiat, Per. Poſtcõm. orõ.

DEus, a quo ſperatꝰ humani corporis omne quod bonum eſt: tribue per hec ſancta que ſumpſimus: vt ſicut animam famuli tui. N. penitentiam velle donaſti: ita indulgentiam tribuas miſeratuꝰ optatam, P dñm. ¶ Miſſa generalis pro fidelibus defunctis. Orõ.

FIdelium deus oĩm, conditor et redemptor, aiabꝰ famulorũ famularũqꝫ tuarũ remiſſionẽ cũctorum tribue peccatorũ, vt indulgentiã, quã ſemper optauerunt, pijs ſupplicationibus conſequantur, Qui viuis. ⁊c. Secreta.

HOſtias, queſumꝰ domine, quaſ pro animabuſ famulorũ famularũqꝫ tuarũ offerimus, propitiatus intende, vt quibꝰ fidei chriſtiane meritum contuliſti, dones et premiũ, P. Poſtcõ. orõ.

ANimabus, q̃s dñe, famulorum famularũqꝫ tuarũ oratio proficiat ſupplicantium: vt eas, et a peccatis oĩbus exuas, et tue

redēptionis facias eſſe participes, Qui viuis ⁊ regnas. ¶ Alia miſſa pro fidelibus defunctis. Oratio.

Animabus, queſum⁹ dn̄e, famulorū famularūq; tuarum miſericordiā cōcede ꝑpetuā: vt eis proficiat in eternum: q in te ſperauerunt ⁊ crediderūt, P. Secreta.

His, queſum⁹ dn̄e, placat⁹ intende munerib⁹: ⁊ q ad laudē tui nois ſupplicātes offerimus, ad indulgentiā proficiat defunctorum, Per. Poſtcōmunio. oratio.

Supplices dn̄e pro aiabus famulorum famularumq; tuarum preces effundimus obſecrantes, vt quicquid cōuerſatiōe cōtraxerunt humana: ⁊ clementer indulgeas, et in tuorū ſede letantiū conſtituas redēptorum, P. ¶ Miſſa in honore ſc̄orū Valerij ⁊ Vincētij. Oro.

Maieſtatē tuā dn̄e ſupplices deprecamur: vt ſicut nos iugiter ſanctorū tuorū valerij atq; vincētij cōmemoratiōe letificas: ita ſemper ſupplicatione defendas, Per. Secreta.

Hoſtijs dn̄e plebis tue intende: ⁊ quasi honore ſanctorū tuorū valerij atq; vincentij deuota celebrat mente, proficere ſibi ſentiat ad medelā, Per. Poſtcō. oro.

Repleti dn̄e munerib⁹ ſacri⁹, q̄s: vt intercedētib⁹ ſc̄is tuis valerio atq; vincētio, in gratiarū actione ſemꝑ maneam⁹, P. ¶ Miſſa ꝑ grā ſp̄ūs ſancti poſtulāda. oro.

Deus, cui omne cor patet, et omis volūtas loqtur, ⁊ nullum latet ſecretū: purifica per infuſionē ſancti ſp̄ūs cogitationes cordis noſtri, vt te perfecte diligere, et digne laudare, mereamur, Per dominū, in vnita. eiuſdem. Secreta.

Hec oblatio, dn̄e deus, cordis noſtri maculas emundet: vt ſancti ſpiritus digna efficiatur habitatio, Per dn̄m. in vnitate eiuſ.

Sacrificiū Poſtcō. oratio. laudis nr̄e ſumētibus concede nobis dn̄e deus, purificatis mētibus ſepius tue pietatis celebrare miſterium, P dn̄m. ¶ Miſſa ad poſcēda ſuffragia ſanctorū. Oro.

Concede, queſum⁹ oīpotens deus: vt interceſſio nos ſancte dei genitricis marie: ſanctarūq; oīm celeſtiū virtutū, angelorū, archangelorū, patriarcharū, prophetarū, apoſtolorum, martyrum, confeſſorum, atq; virginū: et omnium electorū tuorū vbiq; letificet: vt dū eorū merita recolimus: patrocinia ſentiam⁹, P eundē. Secret.

Oblatis dn̄e placare muneribus: et intercedente beata dei genitrice maria, ⁊ omibus ſanctis tuis, ab omnibus nos exue peccatis: ⁊ a cunctis defende periculis, Per eūdem. Poſtcōmunio. oratio.

Sumpſim⁹ dn̄e ſancte dei genitricis marie, ⁊ omniū ſanctorum tuorum memoriam venerantes, ſacramēta celeſtia: preſta q̄ſum⁹, vt

quod tēporaliter gerimus, eternis gaudijs cōſequamur, Per eūdē.

¶ Miſſa pro commemoratione ſanctorum: quorum reliquie et patrocinia habentur. Oratio.

Concede, q̄s omnipotēs de⁹: vt ſancta dei genitrix maria: ſctiq̄ tui apoſtoli, martyres, cōfeſſores, virgines, atq̄ oēs ſancti, et quorū reliquie in iſta cōtinentur eccleſia: patrocinio nos vbiq̄ adiuuēt: quatenus hic illorū preſenti ſuffragio tranquilla pace in tua laude letemur, Per eundē dn̄m. Secreta.

Munera tua, miſericors de⁹, maieſtati tue oblata, benigno, q̄s, ſuſcipe intuitu: vt beate dei genitricis marie, ⁊ omniū ſanctorū tuorū, et eorū nobis precibus fiant ſalutaria, quorū ſanctiſſime in hac baſilica reliquie conduntur, Per eundem. Poſtcōm. oratio.

Diuina libātes myſteria, q̄s dn̄e: vt beate dei genitrici⁹ marie, ⁊ oīm ſctorū tuorū, ⁊ eorū, nos vbiq̄ orō protegat, de quorū hic ſacris gaudemus preſentib⁹, Per eun.

¶ Miſſa pro Epiſcopis ⁊ Abbatibus, et omni congregatione. orō.

Omnipotēs ſempiterne de⁹, qui faci⁹ mirabilia magna ſolus, pretēde ſup famulos tuos pōtifices et prepoſitos nr̄os, et ſup cūctas cōgregationes illis cōmiſſa⁹, ſpiritū gratie ſalutaris: et vt in veritate tibi cōplaceant, perpetuum eis rorē tue benedictionis infunde, P dn̄m. in vnit. eiuſdē ſpi. Secret.

Hoſtias dn̄e famulorū tuorū placatus intende: ⁊ quas in honorē nominis tui deuota mēte celebram⁹, pro eis proficere ſibi ſentiāt ad medelā, P. Poſtc. orō.

Famulos tuos, et oēm gregē ſibi commiſſum, quos celeſti recreas munere, perpetuo, dn̄e q̄s, comitare preſidio: et quos fouere nō deſinis, dignos fieri ſempiterna redēptiōe cōcede, Per.

¶ Miſſa pro familiarib⁹ et amicis. Oratio.

Pretēde domīe miſericordia tua famulis ⁊ famulab⁹ tuis dexterā celeſtis auxilij: vt te toto corde perquirant: ⁊ q̄ digne poſtulant, aſſequātur, P dn̄m. Secret.

Propitiare dn̄e ſupplicatiōibus nr̄is: et has oblationes, quas pro incolumitate famulorū famularūq̄ tuarū offerimus, benignus aſſume: et, vt nulli⁹ ſit irritū votū, nulli⁹ vacua poſtulatio, preſta, q̄s: vt qđ fideliter petim⁹, efficaciter cōſequamur, P. Poſtc. orō.

Da famulis ⁊ famulab⁹ tuis, q̄s dn̄e, in tua fide et ſynceritate cōſtantiā: vt in charitate diuina firmati, nullis tentationib⁹ ab eius integritate vellantur, Per.

¶ Miſſa pro pace Oratio.

Deus, a quo ſancta deſideria, recta cōſilia, ⁊ iuſta ſunt opera, da ſeruis tuis illā, quā mundus dare nō poteſt, pacē: vt et corda noſtra mandatis tuis dedita, et hoſtium

ſublata formidine, tēpora ſint tua protectiōe trāquilla, Per. Secre.

O Eus, qui credentes in te populos, nullis finis concuti terroribus, dignare preces et hoſtias dicate tibi plebis ſuſcipere: vt pax tua, pietate conceſſa, chriſtianorū fines ab omni hoſte facias eſſe ſecuros, Per dn̄m. Poſtcō. oratio.

O Eus autor pacis ⁊ amator: quem noſſe, viuere et cui ſeruire, regnare eſt: protege ab omnibus impugnationibus ſupplices tuos: vt qui in defenſione tua confidimus, nullius hoſtilitatis arma timeamus, Per dominū noſtrū.

¶ Alia miſſa pro pace. Oratio.

I Neffabilem miſericordiam tuam domine nobis clementer oſtende, vt ſimul nos et a peccatis omnibus exuas, et a penis et tribulationibus quas pro his meremur, eripias: et pacem tuam noſtris concede tēporibus, P. Secr.

P Urificet nos, queſumus dn̄e, muneris preſentis oblatio: ⁊ dignos ſacra participatione perficiat, Per. Poſtcōmunio. oratio.

P Reſta, queſumus dn̄e, vt a terrenis affectibus expediti, ad ſuperni plenitudinem ſacramēti, cuius libamus ſcta, tendamus, P.

¶ Miſſa pro tempeſtate. Orō.

A Domo tua, queſumus dn̄e, ſpūales nequitie repellātur: et aerearū diſcedat malignitas tēpeſtatū et fulgurū, Per. Secreta.

O Fferimus tibi domine laudes et munera pro conceſſis beneficijs, gratias referentes: et pro concedendis ſuppliciter ſemper deprecantes, Per. Poſtcōmu. orō.

O Mnipotēs ſempiterne deus, qui nos, et caſtigādo ſanas, et ignoſcēdo conſeruas, preſta ſupplicibus tuis, vt, ⁊ tranquillitatibus optate cōſolationis letemur, et dono pietatis tue ſemper vtamur, P dn̄m.

¶ Miſſa pro iter agentibus. Oratio.

A Deſto domine ſupplicationibus noſtris: et viā famulorum tuorum in ſalutis proſperitate diſpone: vt inter omnes vie et vite huius varietates, tuo ſemper protegantur auxilio, Per. Secret.

P Ropitiare domine ſupplicationibus noſtris, ⁊ has oblationes, quas tibi offerimus pro famulis tuis, benignus aſſume: vt viam illorum, et precedente gratia tua, dirigas: et ſubſequente, comitari digneris: vt de actu, atq; incolumitate eorum, ſecundum miſericordie tue preſidia gaudeamus, P dominum. Poſtcōmunio. oratio.

S Umpta domine celeſtis myſterij ſacramenta, queſumus, ad proſperitatem itineris famulorum tuorum proficiant: et eos ad ſalutaria cuncta perducant, Per dominū.

¶ Miſſa pro pluuia poſtulanda. Oratio.

D Eus, in quo viuimus, mouemur, et ſumus, pluuiam nobis tribue con-

gruentem: vt preſentibus ſubſidijs ſufficienter adiuti, ſempiterna fiducialius appetamus, P. dñm. Secre.

Oblatis domine, queſumus, placare muneribus: et opportunum nobis tribue pluuie ſufficiẽtis auxiliũ, Per do. Poſtcõ. orõ.

Da nobis domine, queſumus, pluuiam ſalutarem: et aridã terre faciem fluentibus aquis dignanter infunde, Per dominum.

Miſſa pro ſerenitate. Oratio.

Ad te nos domine clamantes exaudi: et aeris ſerenitatem nobis tribue ſupplicantibus, vt qui pro peccatis noſtris iuſte affligimur, miſericordia tua preueniẽte, clementiam ſentiamus, Per dominum noſtrum. Secreta.

Preueniat nos, queſumus domine, gratia tua ſemper, et ſequatur: et has oblationes, quas pro peccatis noſtris offerimus, benignus aſſume, nomini tuo ſacrandas: vt per interceſſionem omniũ ſanctorum tuorum, cunctis nobis proficiant ad ſalutem, Per dñm.

Plebs tua Poſtcõ. orõ. dñe capiat ſacre tue bñdictionis effectũ: et copioſis bñficiorum tuorum ſubleuetur auxilijs, que tantis interceſſionum deprecationibus adiuuatur, Per.

Miſſa pro viuis et defunctis.

Pietate tua, queſumus Orõ. domine, noſtrorũ ſolue vincula delictorum: et intercedẽte beata dei genitrice maria, et beatis apoſtolis tuis, petro et paulo, cum omnibus ſanctis, domnum papã, pontifices, et prepoſitos noſtros, et omnes congregationes illis commiſſas, reges et principes noſtros, et omnẽ populũ chriſtianũ, et nos famulos tuos atque loca noſtra cũ omnibus habitantibus in eis, in omni ſanctitate et religiõe cuſtodi: omneſque affinitate, et cõſanguinitate, ac familiaritate, conſortio, vel confeſſione, et oratione nobis iunctos, a vitijs omnibus purga, virtutibus illuſtra, a periculis libera, pacem et ſalutem nobis tribue: hoſtes viſibiles et inuiſibiles remoue, carnalia deſideria repelle, aerem ſalubrẽ indulge, amicis et inimicis noſtris pacem, charitatemque largire: et omnibus fidelibus viuis et defunctis in terra viuentiũ vitam et requiẽ ſempiternam concede, Per eundem.

Deus, qui ſingulari Secret. corporis tui hoſtia totius mũdi ſoluiſti delicta: hac oblatiõe placatus, maculas ſcelerum noſtrorum clementer abſterge: et omniũ chriſtianorum viuorum ac mortuorum peccata dimitte: eiſque premia eterna concede, Qui viuis et reg.

Sumpta, que Poſtcõ. orõ. ſumus domine, ſacramenta crimina noſtra detergant: omnẽque prauitatẽ et infirmitatẽ, et hoſtium rabiem meritis beate dei genitricis marie, et omnium ſanctorũ tuo

rū a nobis procul repellāt:et omni
bus fidelib⁹ viuis ⁊ defunctis pro-
ſint ad veniā,pro quorū,quarūq; ti
bi ſunt oblata ſalute, Per eundē.

¶Miſſa pro repellendis prauis
cogitationibus. Oratio.

OMnipotens mitiſſime de⁹,
reſpice propiti⁹ ad preces noſtras:
et libera cor noſtrū de malarū ten-
tatione cogitationū, vt ſancti ſpiri
tus dignū fieri habitaculū merea-
mur, P dn̄m.in vnitate eiuſdē ſpi.

HAs tibi dn̄e offerim⁹ Secr.
oblatiōes pro ſalute noſtra,
quaten⁹ animas noſtras ſanctiſpi
ritus gratia illuminare digneris,
P do.in vnit.eiuſdē. Poſtcō.orō.

PEr hoc,queſumus dn̄e,ſacri
ficiū quod tue obtulim⁹ pie-
tati,ab omnibus cor noſtrū emun-
da tentationibus, Per dominum.

¶Miſſa pro ſe ipſo. Orō.

SUppliciter te de⁹ pater om-
nipotens,qui es creator omniū re-
rū,deprecor: vt,dum me famulum
tuū corā omnipotentia maieſtatis
tue grauiter deliquiſſe cōfiteor,ma
nū miſericordie tue mihi porrigas:
quatenus,dum hāc oblationē tue
pietati pro peccatis meis offero:
qd nequiter admiſi,tu clemētiſſime
digneris abſoluere, P do. Secret.

DEus miſericordie,deus pie-
tatis,deus indulgētie, indul
ge queſo et miſerere mei: et ſacrifi-
ciū,quod humiliter tue pietati offe
ro: benigne digneris ſuſcipere: vt
peccata,que labētibus vitijs cōtra
xi:pius,ac propiti⁹,et miſeratus in-
dulgeas: vt loco penitentie, flumi-
ne lachrymarum mihi conceſſo,ve
niā a te merear accipere omniū de
lictorū, Per. Poſtcōmu.oratio.

DEus viuorum ſaluator om-
niū,qui non vis mortē pecca
torū,nec letaris in perditione mo-
rientium,te ſuppliciter deprecor: vt
concedas mihi veniam delictorū:
vt et admiſſa defleā,et ea poſtmo-
dum nō admittam: et cum mihi ex-
trema dies,finiſq; vite mee aduēne
rit: emundatū delictis omnibu⁹ me
angelus ſanctitatis ſuſcipiat, P.

¶Alia miſſa pro ſe ipſo.

OMp̄s ſempiterne deus, qui
me peccatorē ſacris altaribus tuis
adſtare voluiſti,⁊ ſancti tui nomi-
nis laudare potētiam: cōcede,que-
ſo,per huius ſacramēti myſterium
meorū mihi veniam peccatorū: vt
tue maieſtati digne miniſtrare me
rear, Per. Secre.

DA,que-
ſo clemētiſſime pater,per hu
ius oblationis myſteriū,meorū mi
hi veniā peccatorū: vt non mihi ad
iudiciū,ſed ad indulgētiam huius
preſbyteratus ordo proficiat ſem-
piternam, Per. Poſtcōmu.orō.

SUmentes,dn̄e deus,ſalutis
nr̄e ſacramēta,preſta,q̄s: vt
eorū participatio mihi famulo tuo
ad perpetuam proficiat ſalutem,
Per dominum. ¶Miſſa pro ten
tatione carnis. Oratio.

Ure igne ſanctiſpũs renes no
ſtros, et coꝛ noſtrũ dñe: vt ti-
bi caſto coꝛpoꝛe ſeruiamus: ⁊ mun
do coꝛde placeamꝰ, Per dñm, in
vnitate eiuſdẽ ſpũs. Secret.
Irũpe dñe vincula peccato-
rũ noſtroꝛum: vt ſacrificare tibi ho
ſtiã laudis abſoluta libertate poſ-
ſimus: ⁊ tribue que ante tribuiſti: ⁊
ſalua nos per indulgentiã, quos di
gnatus es ſaluare per gratiã, P.
Omine adiu- Poſtcõ. orõ.
toꝛ et pꝛotectoꝛ noſter, adiu-
ua nos in tribulatione clamantes:
⁊ obſecramus immẽſam potentiã
⁊ pietatẽ tuã: vt per auxiliũ gratie
tue refloꝛeat caro noſtra vigoꝛe pu
dicitie, et ſanctimonie nouitate, ere
ptamq; de manu tartari, in reſur-
rectionis gaudiũ iubeas pꝛeſenta-
ri, Per. ❡ Miſſa pro petitione la
Mnĩps eter- chꝛymarũ. orõ.
ne deus, da capiti meo abun
dantiã aque: et oculis meis fontẽ
lachꝛymarũ: vt peccati maculam
abluẽdo, vltrices penarũ flãmas,
fletuũ vbertate vincã, P. Secret.
Er has oblationes, q̃s dñe,
vt nõ tantũ in oculis meiꝰ in
fundas lachꝛymaꝰ: ſed ĩ coꝛde meo
nimiũ peccatoꝛũ luctũ tribuas, P.
Oꝛpoꝛe ⁊ ſan- Poſtc. orõ.
guine tuo dñe ſatiatus, que-
ſo: vt non ꝑ meiꝰ me puniaꝰ pctĩs,
ſed flumine multarũ lachꝛymarũ,
mihi peccatoꝛũ veniã largiaris: et
celeſtẽ in futuro conſolationẽ me-
rear, Qui viuis et reg. ❡ Miſſa
pro loco et habitãtibꝰ in eo. Orõ.
Mnĩps ſempiterne deus edifi
catoꝛ et cuſtos hieruſalem ci
uitatis ſuperne, cuſtodi locũ iſtum
cũ habitatoꝛibus ſuis: vt perpetuũ
ſit in eo domicilium incolumitatis
et pacis, Per. Secreta.
Ccipe, queſumuꝰ dñe, mune
ra que tibi pꝛo huius loci ⁊ habitã-
tium in eo tuitione deferimus: ⁊ cõ
cede, vt per hec, et a cunctis libera-
ri aduerſis, et ab omnibus merea-
mur peccatis abſolui, P. Poſtcõ.
Ueſumus om̃ps deus, vt per
hec ſancta q̃ ſumpſimꝰ: hunc
locũ et habitanteꝰ in eo ab om̃i ad
uerſitate cuſtodias: ⁊ tranquillit a-
tis et pacis ſubſidio munias, P.
❡ Miſſa pro tẽpoꝛe belli. Orõ.
Oſtiũ noſtroꝛũ, q̃s dñe, viſi-
biliũ et inuiſibiliũ elide ſuper
biam: ⁊ dextere tue virtute pꝛoſter
Uius, ( ne, Per. Secreta.
q̃s dñe, virtute myſterij, et a
noſtris mundemur occultis, et ab
inimicoꝛũ liberemur inſidijꝰ, Per.
Iuiſicet nos, Poſtcõ. orõ.
q̃s dñe, huiꝰ participatio ſan
cta myſterij: et pariter nobis expia
tionem tribuat ⁊ munimen, Per.
❡ Miſſa pro penitentibuꝰ. Orõ.
Mnĩps ſempiterne deus, con
fitẽti tibi famulo tuo. N. pꝛo
tua pietate peccata relaxa: vt non
plus ei noceat conſcientie reatꝰ ad
penam, quam indulgentia tue pie-

tatis ad veniam, Per. Secreta.

Suſcipe clementiſſime pater hoſtias placationis et laudis: quas ego peccator et indignus tuus famulus et ſacerdos tibi offerre preſumo, ad honorē et gloriā nominis tui pro incolumitate famuli tui. N. vt oīm delictorum ſuorū veniā cōſequi mereatur, Per. Poſtcōm.

Omnipotens et miſericors deus, oro. qui oēm animā penitentē et cōfitentē tibi magis vis emēdare, quam perdere: reſpice propitius ſuper hunc famulū tuum. N. et per hec ſacramenta quę ſumpſimus, auerte ab eo iram indignationis tue: et dimitte ei omnia peccata ſua, Per do.

Miſſa pro peccatis. Oratio.

Exaudi, quęſumus dn̄e, ſupplicū preces: et cōfitentium tibi parce peccatis, vt pariter nobis indulgētiā tribuas benignus et pacē, Per do.

Hoſtias tibi dn̄e Secreta. placationis offerimus: vt et delicta noſtra miſeratus abſoluas, et nutātia corda tu dirigas, Per do.

Preſta nobis Poſtcō. oro. eterne ſaluator, vt percipientes hoc munere veniā peccatorū, deinceps peccata vitemus, Per do.

Miſſa pro infirmis. Oratio.

Omnipotēs ſempiterne deus, ſalus eterna credentiū, exaudi nos pro famulo [is] tuo [is] infirmo [is], pro quo [ibus] miſericordie tue imploramus auxilium: vt, reddita ſibi [eis] ſanitate, gratiarum tibi in eccleſia tua referat [rant] actionem [es], Per dn̄m. Secreta.

Deus, ſub cuius nutibus vite noſtre momenta decurrunt: ſuſcipe preces et hoſtias pro famulo [is] tuo [is] pro quo [ibus] miſericordiam tuā egrotante [ibus] imploramus: vt de cuius [quorum] periculo metuimus, de eius [eorum] ſalute letemur, Per. Poſtcommu. oratio.

Deus, infirmitatis humane ſingulare preſidium, auxilii tui ſuper infirmum [os] famulum [os] tuum [os] oſtende virtutem: vt ope miſericordie tue adiutus [i], eccleſie tue ſancte repreſentari mereatur [antur] incolumis [es], Per dn̄m. Miſſa votiua. Oro.

Deus qui iuſtificas impium, et non vis mortem peccatorum, maieſtatem tuam ſuppliciter deprecamur, vt famulum tuum, de tua miſericordia confidentem, celeſti protegas benignus auxilio, et aſſidua eum protectione cōſerues: vt tibi iugiter famuletur, et nullis tentationibus a te ſeparetur, Per.

Huius, domine Secreta. queſumus, virtute myſterii, et a propriis nos munda delictis, et famulum tuum. N. ab omnibus abſolue peccatis, Per. Poſtcō. oro.

Purificent nos, queſumus domine, ſacramenta que ſumpſimus: et famulum tuum. N. ab omni culpa liberum eſſe concede: vt qui cōſcientie reatu conſtringitur, celeſtis remedii plenitudine glorietur, Per. Alia miſſa votiua. oro.

Omnipotēs ſempiterne deus,

miſerere famuli tui. N. et dirige eū ſecundum tuam clemētiam in viā ſalutis eterne: vt te donāte tibi placita cupiat, et tota virtute perficiat, Per dominum. Secreta.

PRoficiat, queſumus domine, hec oblatio, quā tue ſupplices offerimus maieſtati, ad ſalutem famuli tui. N. vt tua prouidētia eius vita inter aduerſa et proſpera vbiqʒ dirigatur, Per. Poſt comunio. orō.

SUmentes domine perpetua ſacramenta ſalutis, tuam deprecamur clementiam, vt per ea famulum tuū. N. ab omi aduerſitate ꝓtegas, P.

Alia miſſa votiua. Oratio.

DEus qui charitatis dona ꝑ gratiam ſanctiſpiritus tuorum cordibꝰ fidelium infudiſti: da famulis et famulabus tuis. N. pro quibus tuam deprecamur clementiam, ſalutem mentis et corporis: vt te tota virtute diligant, et que tibi placita ſunt, tota dilectione perficiant, Per dominum, in vnitate eiuſdem ſpirituſſancti. Secreta.

MIſerere, queſumus domine deus, famulorum, et famularum tuarum. N. pro quibus hoc ſacrificium laudis tue offerimus maieſtati: vt per hec ſancta ſupne benedictionis gratiam obtineant: et gloriam eterne beatitudinis acquirant, Per. Poſtcō. oratio.

DIuina libantes myſteria, q̄s dn̄e: vt hec ſalutaria ſacramēta illis proficiant ad proſperitatem et pacem, pro quorum dilectione hec tue obtulimus maieſtati, Per.

Miſſa cōtra paganos. Orō.

OMnipotēs ſempiterne deꝰ, in cuius manu ſunt omnium poteſtates, et omniū iura regnorū: reſpice in auxiliū chriſtianorum: vt gentes paganorū que in ſua feritate confidunt, dextera tue potentie cōterantur, P dn̄m. Secre.

SAcrificio dn̄e, quod immolamus, intende placatus: vt nos ab omni paganorū et bellorum nequitia exuat, et in tue protectiōis ſecuritate cōſiſtat, P do. Poſtc. orō.

PRotector noſter aſpice deꝰ, et a paganorū nos defende periculis: vt omni perturbatiōe eorum ſubmota, liberis tibi mentibꝰ ſeruiamus, P.

Miſſa pro mortalitate. Oratio.

DEus, qui nō mortem ſed penitentiam deſideras peccatorum, populum tuum ad te conuerte propitius: vt, dum tibi deuotus extiterit, iracundie tue ab eo flagella amoueas, P.

SUbueniat nobis, domine queſumꝰ, ſacrificij preſentis oblatio, que nos et ab erroribus vniuerſis potenter abſoluat, et a totius eripiat perditionis incurſu, Per. Secreta. dominū. Poſtcōmu.

TUere, domie queſumus, nos tua ſancta ſumentes: et ab omni propitius iniquitate et periculo defende, Per dn̄m.

¶ Miſſa ꝓ peſte animaliū. Oro.

D Eus, qui laboribus hominum, etiam de mutis animalibus, ſolatia ſubrogaſti, ſupplices te rogamus: vt, ſine quibus nō alitur humana cōditio: noſtris faciaꝭ vſibus nō perire, Per. Secreta.

S Acrificijs dn̄e placare, queſumus, oblatis, et opem tuā noſtris temporibus clementer impende, Per dn̄m. Poſtcōm. oro.

B Enedictionē tuam, dn̄e queſumus, populus fidelis accipiat: qua corpore ſaluatus ac mente, et congruam tibi exhibeat ſeruitutem, et propitiationis tue beneficia ſemper inueniat, P. ¶ Miſſa pro febricitantibus. Oratio.

O Mnipotēs ⁊ miſericorꝭ deꝰ, qui ſubuenis in periculis laborantibus, qui temperas flagella, inclina tuas benignas aureꝭ ad noſtras humiles preces: ⁊ hunc famulum tuum. N. qui typpo vexationis fatigatur, ſancti martyris tui Sigiſmundi regis ſupplicationibuꝭ ab omni ardore febrium liberare digneris: vt dum illius nobis patefacis merita, preſenti egroto conferas medicinā, Per. Secret.

O Fferimus tibi dn̄e munera et vota in nomine electi viri tui Sigiſmundi regis pro preſenti egroto, qui typpi vexatione laborat: vt ab eo febrium ardoreꝭ repellere iubeas, et tuo ſemper in oībus muniatur auxilio, P. Poſtc. oro.

D Omine ſancte, pater omnipotens, qui contuliſti fidelibus tuis remedium vite poſt mortem, vt ſomnum eſſe ſentiant, quibus paradiſus patet: da, vt cōiunctio labiorum efficiatur animarū, et miniſterium oſculi perpetua proficiat charitate: et preſta, vt quod fideliter in nomine electi tui ſigiſmūdi pro infirmātibus petimuꝭ, celeriter cōſequamur, P. ¶ Miſſa pro his qui a demonio vexātur. Oro.

D Eus, qui per vnigenitū tuū exclusa dn̄atione diaboli populum tuum fide aptaſti, expelle, queſumus, a famulo tuo cunctas diabolice illuſionis inſidias: ⁊ eum liberatum ab omni impugnatione conſerua, Per eundem. Secreta.

M Unus noſtre humilitatiꝭ ꝓ tuitiōe famuli tui oblatum, petimus dn̄e, dignanter aſſume: et ab eiꝰ oppreſſione maligni inſidiatoris omnem poteſtatem exclude, Per dominum. Poſtcōmu. oro.

C Eleſtis hic panis, quē ſumpſimus domine, et nobis indulgentiam tribuat, et famulum tuū ab antiqui hoſtis irriſione defendat, Per dn̄m. ¶ Miſſa ad inuocationem omnium ſanctorū in tribulationibus. Oratio.

S Ancte dei genitricis marie, ⁊ beatorū omnium celeſtiū virtutū, ſanctorū quoqꝫ patriarcharū, prophetarum, apoſtolorū, euāgeliſtarum, martyrum, confeſſorum, atqꝫ

virginum, et omnium ſimul ſancto rum tuorum, queſumus omnipotens deus, meritis et precibus placatus, tribue nobis miſericordiam tuam: et da populo tuo inuiolabilem fidei firmitatem et pacem, repelle a nobis hoſtem, famem et peſtem, Da nobis in tua virtute conſtantiam et fortitudinem, immitte hoſtibus noſtris formidinem, et inualitudinem, retribue nobis omnibus bona facientibus vite eterne beatitudinem, Da inimicis noſtris et perſequentibus nos, recognitionem et indulgentiam. Concede defunctis noſtris omnibus in chriſto quieſcentibus remiſſionem peccatorum, et requiem ſempiternam, Per eundem. Secreta.

In conſpectu diuine maieſtatis tue, queſumus omnipotēs deus, vt, intercedente beata dei genitrice maria, et omnibus ſanctis tuis, oblationes noſtre et preces acceptabiles inueniantur, veniam nobis tribue et pacem tua propitiatione: hoſtem, famem, et peſtem a nobis repelle, Spem, fidem, et charitatem nobis largire, defenſione tua nos ſemper circuntege, hoſtiū noſtrorum ſuperbiam et virtutem contere, Omnibus nobis bona facienti bus gratie tue abundantiam tribue, Diſcordantes ad bonam pacem cōuerte, Defunctis noſtris requiem eternam concede: Et omnibus fidelibus tuis vitam ſempiternā largire, Per eundē. Poſtcō. orō.

Per huius ſacramenti myſterium atque virtutē, queſumus omnipotens deus, intercedente beata maria ſemper virgine, et omnibus ſanctis tuis, vitiorum noſtrorum macule deleantur: Et preces noſtre in conſpectu maieſtatis tue inueniantur acceptabiles, Populus tuus a peccatis et hoſtibus liberetur, et fidei roboretur rectitudine, et hoſtium noſtrorum ſuperbia et fortitudo conterantur, Peſtilētie et fames et omnes immunditie pellantur procul. Bona nobis facientes gratie tue abundantia repleantur, Diſcordantes in fraterna pace reuocētur, Et defuncti noſtri requiem conſequantur: Et omnes fideles tui vitam adipiſci eternam, mereantur, Per. ¶ Miſſa pro ſummo pontifice. oratio.

Deus omnium fidelium paſtor et rector, famulum tuum. N. quem paſtorem eccleſie tue preeſſe voluiſti, propitius reſpice: et da ei, queſumus, verbo et exemplo, quibus preeſt, proficere, vt ad vitam vna cum grege ſibi credito perueniat ſempiternam, Per dominū. Secret.

Oblatis, queſumus domine, placare muneribus: et famulum tuum. N. quem paſtorē eccleſie tue eſſe voluiſti, aſſidua protectione guberna, Per dn̄m. Poſtcō. orō.

Hec nos, queſumus domine, diuini ſacra-

menti perceptio protegat: et famu-
lum tuum. N. quem paſtorem ec-
cleſie tue eſſe voluiſti: vna cum cõ-
miſſo ſibi grege ſaluet ſemꝑ et mu-
niat. P. ¶ Miſſa pro rege. Orõ.

QUeſumus omps deus, vt famu
lus tuus rex noſter. N. qui
tua miſeratiõe ſuſcepit regnorum
gubernacula, virtutum etiam oĩm
a te percipiat incrementa, quibus
decenter ornatus, et vitia deuita-
re, et hoſtes ſuperare, et ad te, qui
via, veritas, et vita es, gratioſus va
leat peruenire. Qui viuis. Secret.

MUnera nobis, dñe q̃s, obla-
ta ſanctifica, vt et nobis vni
geniti tui corpus et ſanguis fiant, et
regi noſtro ad obtinendam anime
corporiſq; ſalutem, et ad peragen-
dum iniunctum officium te largiẽ-
te vſquequaq; proficiant. Per eun-
dem dominũ. Poſtcõ. orõ.

HEc dñe oratio ſalutaris fa-
mulum tuum. N. regem noſtrũ ab
omnibus tueatur aduerſis, quate-
nus, et eccleſiaſtice pacis obtineat
tranquillitatem, et poſt iſtius tem-
poris decurſum ad eternam perue
niat hereditatẽ. P. ¶ Miſſa con
tra perſecutores et male agentes.

HOſtium noſtrorũ, Oratio.
queſumus dñe, elide ſuperbiã:
et eorũ contumatiã dextere tue vir
tute proſterne. Per. Secreta.

HUius dñe virtute myſterij, et
a proprijs mundemur occul
tis: et ab inimicorum liberemur in-
ſidijs. Per. Poſtcõmu. oratio.

PRotector noſter aſpice deus,
et ab inimicorum nos defen-
de periculis: vt omni perturbatio-
ne ſemota, liberis tibi mẽtibus ſer-
uiamus. Per. ¶ Miſſa pro naui
gantibus. Oratio.

DEus, qui tranſtuliſti patres nr̃os
per mare rubrũ, et tranſuexiſti per
aquã nimiam, laudem nominis tui
decantantes: te ſuppliciter depreca
mur, vt in naui famulos tuos repul
ſis aduerſitatibus portu ſemꝑ opta-
bili, curſuq; tranquillo tuearis. P.

SUſcipe, dñe queſu- Secre.
mus, preces famulorum tuo
rum cum oblationibus hoſtiarũ: et
tua myſteria celebrantes ab omni
bus defende periculis. P. Poſtcõ.

SAnctificati diuino oratio.
myſterio maieſtatem tuam
domine ſuppliciter deprecamur, et
petimus: vt quos donis facis cele-
ſtibus intereſſe, per lignum ſancte
crucis, et a peccatis abſtrahas, et
a periculis cunctis miſeratus eri-
pias. Per. ¶ Miſſa pro gratia-
rum actione. Oratio.

DEus, qui pro beneficiorum
recognitione et gratiarum actione
ſanctos angelos tuos in gratiam
et gloriam tue beatitudinis eterna
liter confirmaſti, concede propitius:
vt, qui petitionem noſtram pro ſa-
lute regis noſtri. N. vel pro abun
dantia pluuie congruentis: vel vt,
qui nauiculam petri in tranquillo

ſtatu ac pace his temporibus in cõgregationem chriſti fidelium rege ac regina noſtris intercedentibus: vel vt, qui cultores ſancti nominis tui a perfidis mauris conſeruaſti: et dictos mauros in manus tuorũ fidelium) ad effectum benigniter deduxiſti: tibi gratias referentes, ad celeſtem nos facias gloriam preſentari, Per. Secreta.

Acepta ſint in cõſpectu tuo dñe munera pro gratiarum actione gratanter oblata: et preſta, vt, tuorum donorum largitate ſuſcepta, ſemper tuam gloriam predicemus, Per. Poſtcommu. oratio.

Preſta, queſumus omnipotẽs deus, vt de perceptis muneribus gratias exhibentes, beneficia potiora ſumamus, P. Oro.

Corda famulorum tuorũ domine illumina ſpiritus ſancti gratia, et ignitum eis eloquium dona: et iis, qui tuum predicant verbũ, largire virtutis augmẽtum, P.

Famulis tuis domine verbum tribue gratioſum: et munera oblata ſanctificãs corda eorum in ſalutari tuo, queſumus, viuifica, Per. Secreta. Poſt co. oro.

Conſerua domine famulos tuos vnigeniti tui corpore et ſanguine ſuſcepto: et tuum nunciãtibus verbum, largitatem tribue gratiarum, Per eundem.





Patriarche myſtico ritu immolantes: vita corde cantico deū honorantes.

Prophete prophetico ſpiritu effantes;



Apl'i publico ſo-



no predicantes.





Sācta dei genitrix flos virginitatis: fons miſericordie mater pietatis. Supra ſcos reſidens regno claritatis: pro nobis cū ceteris exora btis. ℣. Aſſumpta eſt maria in celū: Gaudent angeli laudantes & benedicētes dn̄m.

Euāgeliſte domini ſancta cognoſcētes.





verbis euangelici' eadem ſcribentes.

Sanctiqꝫ diſcipuli: chriſtū conſequentes: ab herode mortui ſūt et innocentes.



¶ Incipit propriū ſanctorū. Quādo feſtum ſancti Andree apoſtoli occurrerit in dñica, officiū miſſe dicitur de dñica: et feſtum ſancti Andree mutetur in feriā ſcdam immediate ſequentem. ¶ In feſto ſancti Andree apoſtoli. Introitus.



Mihi autē nimis honorati ſunt amici tui deus, nimis cōfortat⁹ eſt principat⁹ eorū. ℣. Domine probaſti me, et cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſſionem meā, et reſurrectionem meam. Gloria patri. Sicut erat. Supraſcriptus introitus duplicat̄ ſemel ante verſum: et iterū poſt Gloria patri et Sicut erat. Et iſte modus duplicādi ſeruatur in omnibus feſtis duplicibus, nouem lectionum, et infra octauam cuiuſuis octauarij per totum annum. Gloria in excelſis. Oratio.

Maieſtatē tuam dñe ſuppliciter exoramus: vt, ſicut eccleſie tue beatus andreas apoſtolus extitit predicator ⁊ rector, ita apud te ſit pro nobis perpetuus interceſſor. Per. Ad Romanos. x.b.

Fratres, Corde creditur ad iuſtitiam: ore autē confeſſio fit ad ſalutem. Dicit enim ſcriptura, Omīs qui credit in illū, non cōfundetur. Non enim eſt diſtinctio iudei et greci: nam idē dñs omniū, diues in oēs qui inuocāt illū. Omnis enim quicunq; inuocauerit nomē dñi, ſaluus erit. Quomodo ergo inuocabūt eū in quē nō crediderūt? Aut quomodo credēt ei quem nō audierunt? Quomodo aūt audient ſine predicante? Quomodo vero predicabūt niſi mittantur? Sicut ſcriptū eſt, Quā ſpecioſi pedes euāgelizantiū pacē, euangelizantiū bona. Sed nō omnes obediunt euāgelio. Eſaias enim dicit, Dñe, quis credidit auditui noſtro? Ergo fides ex auditu, auditus aūt ꝑ verbū chriſti. Sed dico. Nūquid non audierūt? Et quidē in oēm terram exiuit ſonus eorū: et in fines orbis terre verba eorum. Grad. Conſtitues eos principes ſuper oēm terram, memores erunt nominis tui dñe. ℣. Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij: propterea populi confitebuntur tibi. Halla, halla. ℣ Dilexit andreā dñs, in odorē ſuauitatis, halla. Sc̄dm Mattheū. iiij. e.

In illo tpe, Ambulās ieſus iuxta mare galilee, vidit duos fratres, ſimonē qui vocat̄ petr⁹, et andreā fratrē eius, mittētes rete in mare (Erant enim piſcatores) Et ait illis, Venite poſt me: et faciam vos fieri piſcatores hoīm. At illi cōtinuo relictis retibus ſecuti ſunt eū. Et procedens inde, vidit alios duos fratres, iacōbum zebedei et ioannem fratrē ei⁹

A

in naui cum zebedeo patre eorum reficientes retia ſua: ꝛ vocauit eos. Illi autem ſtatim relictis retibus et patre, ſecuti ſunt eum. Credo. Offer. Mihi autem nimis honorati ſunt amici tui deus: nimis cõfortatus eſt principatus eorum. Secre.

Sacrificium noſtrũ tibi dñe, queſumus, beati andree precatio ſancta cõciliet, vt, cuius honore ſolenniter exhibetur: meritis efficiatur acceptũ, P. Prefatio. Equũ et ſalutare, Te dñe ſuppliciter exorare. Cõm. Venite poſt me, faciam vos piſcatores hominum: at illi, relictis retibus et naui, ſecuti ſunt dñm.

Sumpſimus Poſtcõ. orõ. domie diuina myſteria, beati andree feſtiuitate letãtes, que ſicut tuis ſanctis ad gloriam, ita nobis, queſumus, ad veniam prodeſſe perficias, Per. Ite miſſa eſt.

¶ In ſancte Barbare virginis et martyris. Introitus. Gaudeamus omnes in dño. folio. clix. Oratio.

Indulgentiam nobis queſumus domine, beata barbara virgo et martyr imploret: que tibi grata ſemper extitit et merito caſtitatis, et tue profeſſione virtutis, Per dominũ Epiſtola. Fratres Qui gloriatur. folio. clx. Gradua. Specie tua et pulchritudine tua intende proſpere, pcede et regna. ℣. Propter veritatem et manſuetudinem et iuſtitiam: ꝛ deducet te mirabiliter dextera tua. Hallã, hallã. ℣. Ueni electa mea, et ponam in te thronum meum: quia cõcupiuit rex ſpeciem tuã, hallã. Euangelium. In illo tempore, Simile eſt regnum celorum theſauro abſcondito in agro. fol. clx. Offer. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in eternum.

In ſancte barba- Secreta. re martyris tue paſſione precioſa, te domine mirabilem predicantes votiua munera deferimus, deprecantes: vt, ſicut eius grata tibi ſunt merita, ita noſtre ſeruitutis accepta reddantur, Per dominũ. Cõmu. Simile eſt regnum celorũ homini nego folio. clx. Poſtcõ. orõ.

Quos celeſti domine refectione ſatiaſti, queſumus, beate barbare martyris tue, a cũctis exue propitiatus aduerſis, Per dñm.

¶ In ſancti Nicolai epiſcopi ꝛ cõfeſſoris. Introitus. Statuit ei dominus teſtamentũ. folio. clvij. Oro.

Deus, qui beatum nicolaum pontificem tuum innumeris decoraſti miraculis, tribue, queſumus, vt eius meritis et precibus, a gehenne incendijs liberemur, Per dominũ. Epiſtola. Ecce ſacerdos magnus, qui in diebus ſuis. f. clvij. Grad. Ecce ſacerdos magnus. clvij. ℣. Non eſt inuentus. Hallã. ℣. Iuſtus germinabit ſicut lilium. fo. clvij. Euangeliũ. In illo tempore, Sint lumbi veſtri precincti, ꝛ lucerne ꝛc. folio. clvij. Offerto. Ueritas mea et miſericordia. folio. clviij. Secreta.

SAnctifica, queſumꝰ dñe, oblata: que in veneratione ſancti antiſtitis tui nicolai offerūtur: vt ꝑ ea vita noſtra inter aduerſa vbiqꝫ dirigatur ꝛ proſpera, P dñm. Cō. Beatus ſeruus. clviij. Poſtcō. oro.

SAncti tui dñe nicolai veneratione tibi hoſtias dicatas ſumentes, concede propitius, vt quē in terris imitamur paſtorem, in celis poſſimus habere defenſorē, P.

Quando feſtum ſancti Ambroſij occurrerit in dñica, officium miſſe dicitur de dñica, ꝛ feſtū ſancti Ambroſij trāſfertur in .xvj. decembris.

¶ In ſancti Ambroſij doctoris eccleſie epiſcopi et cōfeſſoris. Introi. Statuit ei dominus. fol. clvij. Oro.

DEus, qui iam in infantia beatum ambroſiū examine apū in os eius intrāte ac exeunte, eccleſie tue doctorē melliflū preſignaſti, concede: vt eo apud te ꝓ nobis orante, mel gratie tue guſtare mereamur, Per dñm. Epla. Teſtificor coram deo ꝛc. folio. clvij. Gra. Ecce ſacerdos magnus. folio. clvij. v. Non eſt inuentus, Alla. v. Juſtus germinabit. folio. clvij. Euangeliū. In illo tempore, Vos eſtis ſal terre. fo. clviij. dicitur. Credo. Offer. Veritas mea ꝛ miſe. fo. clviij. Secre.

PReſta, queſumus omnipotens deꝰ, vt cuiꝰ exequimur cultum, ſentiamus auxilium, Per dominū. Cōm. Beatus ſeruus quē cum. folio. clviij. Poſtcomūo. oro.

ADeſto domine ſupplicationibus noſtris, meritis melliflui doctoris beati ambroſij, cuius celebramus feſtum: vt eius amore eterna nobis donare digneris gaudia, Per dominū. Quando conceptio beate Marie occurrerit in dñica, officiū miſſe dicit de dñica: ꝛ cōceptio virginis marie mutetur in feriam ſecūdam immediate ſequētem. ꝛ feſtū ſancte Leocadie trāſfertur vbi poterit ſuo ordine, cum locus fuerit. ¶ In conceptione virginis Marie. Introitus.

EGredimini, ꝛ videte filie ſion reginā veſtrā, quā laudāt aſtra matutina: cuiꝰ pulchritudinē ſol ꝛ luna mirātur: et iubilant oēs filij dei. v. Oſtēdat faciē ſuā, ſonet vox eiꝰ in auribꝰ nr̄is, qa eloquiū ſuū dulce, et facies decóra nimis. Glia pr̄i. Supraſcriptꝰ introitꝰ triplicat ſemel añ. v. iterū poſt. v. ꝛ iterū poſt Glia pr̄i, et Sicut erat ꝛc. Et iſte modus triplicādi ſeruat in oibꝰ feſtis ſex caparū ꝑ totū annū. Gliaīn ex. Oro.

DEus, q̄ per immaculatā virginis conceptionē dignū filio tuo habitaculū ꝑparaſti, cōcede, q̄s: vt ſicut ex morte eiuſdē filij ſui preuiſa, eā ab omni labe preſeruaſti: ita nos q̄ꝫ mūdos eius interceſſiōe ad te peruenire cōcedas, P eūdē. Lcō libri Prouer. viij. c.

Dominus poſſedit me in ini-
tio viarum ſuarum, anteꝙ
quicꝙ faceret a principio: ab eter-
no ordinata ſum, ⁊ ex antiquis an-
teꝙ terra fieret. Nondū erāt abyſ
ſi: ⁊ ego iam concepta eram: nec dū
fontes aquarum eruperāt, nec dū
montes graui mole conſtiterant,
ante colles ego parturiebar: ad-
huc terram nō fecerat, et flumina,
et cardines orbis terre. Quando
preparabat celos, aderam: quan-
do certa lege ⁊ gyro vallabat abyſ
ſos: quando ethera firmabat ſur-
ſum, et librabat fontes aquarum.
Quando circundabat mari termi
num ſuum: et legē ponebat aquis,
ne tranſirent fines ſuos: quando
appendebat fundamenta terre, cū
eo eram cuncta componens: et de-
lectabar per ſingulos dies, ludens
coram eo omni tempore: ludens in
orbe terrarum: et delitie mee, eſſe
cum filijs hominum. Nunc ergo fi
lij audite me, Beati qui cuſtodiūt
vias meas. Audite diſciplinam, et
eſtote ſapientes, et nolite abijcere
eam. Beatus homo qui audit me,
et qui vigilat ad fores meas quoti
die: ⁊ obſeruat ad poſtes oſtij mei.
Qui me inuenerit, inueniet vitam,
⁊ hauriet ſalutem a domino. Gra.
Qualis eſt dilecta noſtra chariſſime?
qualis eſt mater (dicite) domini? qua-
lis et quanta ſit ſoror et ſponſa chriſti?
ṽ. Dilecta noſtra candida immacula-
ta, quaſi aurora conſurgens. Hallelu
ia, hallā. ṽ. Ueni regina noſtra, veni do
mina in ortū odoris ſuper omnia aro-
mata, hallā. Scd̄m Lucam. xj. cap.

In illo tempore, Loquente
ieſu ad turbas, extollens vo-
cem quedam mulier de turba, dixit
illi, Beatus vēter qui te portauit,
et vbera que ſuxiſti. At ille dixit,
Quinimmo, beati qui audiunt ver
bum dei, et cuſtodiunt illud. Cre-
do in vnū deum. Offerto. Hortus
concluſus, fons ſignatus, emiſſiones
tue paradiſus. o maria manus tue ſtil
lauerunt myrrham, melliflui facti ſunt
celi, dum manu domini fabricata es
mater tanti dei, hallā. Secreta.

Suſcipere digneris rogamus
dn̄e matris ac domus tue ze
latorū deuotas cum hilaritate ſup
plicationes: vt ſicut ipſa tua gra-
tia preueniente, mundo hodie im-
munis apparuit, ita ipſi mundam
(de tue matris munere te concedē
te) exhibeant gratiarū actionē per
temetipm̄ ieſum chriſtum, Qui vi.
Prefatio. Eterne de⁹, Et te in cō-
ceptione. Cōm. Glorioſa dicta ſunt
de te maria: quia fecit tibi magna qui
potens eſt, hallā. Poſtcōm. oratio.

Honore dn̄e ſacrificij huius ſu-
ſcipe ſuauitatis, et preſta: vt,
qui hodie marie cōceptionē iubilā-
do celebrant, eius ſalubri oratione
fructū cētuplum ſue deuotionis ac
cipiant, Per. ¶ In ſancte Leoca
die virginis et marty. Intro. Gau-
deamus oēs in dn̄o. fo. clix. Oratio.

INdulgentiā nobis dñe bea/
ta leocadia martyr iploret, q̄
tibi grata ſemꝑ extitit, ⁊ merito ca/
ſtitatis, ⁊ tue profeſſione virtutis,
P. Epl'a. Fratres, Qui gloriatur
clx. Grad. Dilexiſti iuſtitiam. clx. ỽ.
Propter veritatē. Hallā. ỽ. Diffuſa
eſt gratia. Euangeliū. In illo tēpe,
Simile eſt regnū celorū theſauro
abſcondito. clx. Offert. Offerētur
regi virgines. clx. Secreta.
SUſcipe dñe munera, que in
ei⁹ tibi ſolennitate deferimus, cui⁹
nos confidimus patrocinio libera
ri, Per. Como. Simile eſt regnum
celorum. fol. clx. Poſtcōm. oratio.
AUxilient nobis dñe ſumpta
myſteria: et intercedēte bt'a
leocadia martyre tua, ſempiterna
protectiōe cōfirmēt, P. ¶ In ſc'te
Eulalie ỽginis ⁊ martyris. Intr.
LEtemur hodie cū immē/
ſo gaudio, chriſtū laude/
mu⁹ modulato carmine:
qui dedit nobis exoratri
cē eulaliā preclaram. ỽ. Eructauit cor
meū verbū bonū, dico ego opera mea
regi, Gl'ia pa. Gl'ia in excelſis. Oro.
DEus, q̄ nos bt'e eulalie mar/
tyris tue annua ſolennitate
letificas, cōcede ꝓpitius: vt ei⁹ ad/
iuuemur meritis, cui⁹ caſtitatis ir/
radiamur exēplis, P. Epl'a. Dñs
deus me⁹ exaltaſti ſuꝑ. clx. Grad.
Specie tua ⁊ pulchritudine tua intē/
de proſpere, procede et regna. ỽ Pro/
pter veritatē ⁊ māſuetudinē ⁊ iuſtitiā,
et deducet te mirabiliter dextera tua.
Hallā, hallā. ỽ. Diffuſa eſt grā in la/
bijs tuis: propterea bñdixit te deus in
eternū, hallā. Euāgel In illo tēpe,
Simile eſt regnū celorū theſauro.
clx. Offer. Offerētur regi virgi. clx.
HOſtias tibi dicatas, Secr.
q̄s dñe, meritis bt'e eulalie be
nign⁹ aſſume: et ad ꝑpetuū nobis
tribue ꝓuenire ſubſidiū, P. Cōm.
Sil'e eſt regnū ce. clx. Poſtcō. oro.
SAncte eulalie martyris tue
precibus confidentes, q̄s cle
mentiā tuā dñe, vt per ea q̄ ſumpſi
mus, eterna remedia capiam⁹, P.
dñm. ¶ In ſancti Damaſi pape
et confeſſoris. Introitus. Statuit
ei dñs. folio clvij. Oratio.
MIſericordiā tuā dñe nobis,
queſumus, interueniēte beato con
feſſore tuo atq; pontifice damaſo
clemēter impēde: et nobis peccato
ribus ipſius propitiare ſuffragijs,
Per do. Epl'a. Plures facti ſunt
ſacerdotes, fo. clvij. Gra. Ecce ſacer
dos. clvij. ỽ. Nō eſt inuētus. Hallā.
ỽ Juſtus germinabit. Euāgelium.
In illo tēpore, Sint lūbi vrī. clvij.
Offer. Ueritas mea. f. clviij. Secre.
DA nobis, q̄s dñe, ſemper hec
vota tibi gratanter perſolue
re, quibus ſancti confeſſoris tui da
maſi depoſitionē recolimus: ⁊ pre/
ſta, vt in eiu⁹ laude ſemper tuā glo
riā predicem⁹, P. Cōm Beat⁹ ſer/
uus. fo. clviij. Poſtcōm. oro.
SUmptum dñe celeſtis reme

dij ſacramētum ad perpetuam nobis peruenire gratiam beatus damaſus pontifex obtineat, Per.

¶ In ſancti Pauli ſergij (apoſtoli pauli diſcipuli) Narbonenſis epi ꝛ cōfeſſoris. Intr. Statuit ei dñs.

DEus, qui es glo- Orō. clvij. ria tuorū confeſſorum, ſplendorq́ʒ ſanctarū animarū, vota nr̄a placatus ſuſcipe: et confeſſoris tui pauli meritis ab omī perturbatione fac nos permanére illeſos, atq́ʒ peruenire ad honores eterne vite repromiſſos, P. Epl'a. Dedit dn̄s cōfeſſionem. clvij. Grad. Ecce ſacerdos ma. clvij. ṽ. Nō eſt inuē. Halla. ṽ. Juſtus germina. Euangeliū. In illo tp̄e, Homo q̄dā péregre. clviij. Offert. Ueritas mea. clviij. Secre.

ANte conſpectū diuine maieſtatis tue domine hoc diuinū munus ſupplices offerimus pro cō memoratione confeſſoris tui pauli, vt ſicut de eius gloria hodierna die pari deuotione letamur, ita illius deprecatione cū omnibus ſanctis in eterna beatitudine gaudére mereamur, Per. Cōmu. Beatus ſeruus. fol. clviij. Poſtcōm. oratio.

SUmpta ſacra myſteria, que ſumus dn̄e deus noſter, propitius in nobis conſeruare digneris: et intercedēte beato paulo cōfeſſore tuo atq́ʒ pontifice, mereamur penetrare limina vite, Per dominū.

¶ In ſancte Lucie vginis ꝛ martyris. Introitus. Gaudeamus oēs. clix.

EXaudi nos deus ſa- Oratio. lutaris noſter: vt ſicut de bt̄e lucie feſtiuitate gaudemus, ita pie deuotiōis erudiamur affectu, Qui viuis. Epl'a. Cōfitebor tibi dn̄e rex. clx. Grad. Dilexiſti iuſtitiam. clx. ṽ. Propterea vnxit: Halla, halla. ṽ. In tua patientia poſſediſti animam tuā lucia ſponſa chriſti, halla. Euangel. In illo tēpore, Simile eſt regnum celorum, theſauro abſcondito. fol. clx. Offerto. Offerentur regi virgines poſt eā. folio. clx. Secret.

AÇcipe, queſumus dn̄e, munera dignanter oblata: et beate lucie martyris tue ſuffragātibus meritis, ad nr̄e ſalutis auxiliū prouenire cōcede, P. Cōmu. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in eternum. Poſtcōm. oratio.

DJuini muneris largitate ſatiati, q̄s dn̄e deus noſter, vt intercedēte bt̄a lucia martyre tua, eius participatione viuamus, P.

¶ In ſancti Nicaſij epi et martyris. Intro. Letabitur iuſtus. cliiij.

DEus, qui p orationē Orō. bt̄i nicaſij martyris tui atq́ʒ pontificis cūctis, eius nomen recolentibus, de quacūq́ʒ inguinaria infirmitate liberari cōceſſiſti: tribue, queſumus, vt cuius memoriā agimus in terris, eius precibus adiuuemur in celis, Per. Epl'a. Beatus homo qui inuenit ſapiētiam. cliiij. Grad. Poſuiſti dn̄e ſuper caput eius. cliiij. ṽ. Deſideriū aīe. Halla. ṽ. Beatus vir q̄

timet dñm. Euangeliũ. In illo tē/
pore, Si q̃s venit ad me, cliiij. Off.
Gloria et honore. folio. clv. Secreta.

DEus, qui ab effera gente vā
dalorum oratione beati nica
ſij martyris tui atq; pōtificis ciues
remēſes martyrium ſubire feciſti,
concede nobis vt eius auxilio, re/
gnum celeſte apud te mereamur
acquirere, Per. Cōm Qui vult ve/
nire. fol. clv. Poſtcōm. orō.

DA nobis ops et miſericordiſ
ſime deus, amore beati nicaſij ſoro
riſq; eius et ciuiū martyrum remē/
ſiū, tue benedictionis gratiā: quate
nus, quorum deuotiōe ad te implo
randū mouemur, eorum meritis z
interceſſione, quod petim⁹ a te, mi/
ſericorditer impetremus, Per.

¶ Octauo die cōceptiōis virginis
Marie in officio miſſe oīa dicūtur
ſicut in die. Si aūt in eo venerit dñi
ca hiſtorialis, celebref feria ſcda im
mediate ſequenti. ¶ In ſancti La
zari epi et martyris. Introitus.

IUſtus nō cōturbabit
quia dñs firmat ma/
nū ei⁹, tota die miſere
tur z cōmodat: z ſemē
ei⁹ in bñdictione erit,
in eternū cōſeruabitur. ℣. Noli emula
ri in malignātibus: neq; zelaueris fa/
cientes iniquitatē. Gloria patri. Glo
ria in excelſis deo. Oratio.

DEus, q̄ p vnigenitū filiū tuū
beatū lazarū martyrē tuū atq; pō/
tificē quatriduanū mortuū ſuſcita/
ſti a monumēto, erige nos de tumu
lis pctorum: vt mereamur adipiſci
cōſortiū electorū tuorū, P. Epla.
Chariſſime, Memor eſto dñm no/
ſtrū ieſum. cliiij. Gra. Iuſtus nō cō/
turbabif quia dñs firmat manū eius.
℣ Tota die miſeref z cōmodat: z ſemē
ei⁹ in benedictione erit. Halla, halla.
℣. Btūs vir qui ſuffert tentatiōnē, qm̄
cū probatus fuerit, accipiet coronā vi/
te, halla. Scdm Joannē. xj. a.

IN illo tēpore, Erat quidā lā
guēs lazar⁹ a bethania, de caſtello
marie et marthe ſororū ei⁹. Uenit
itaq; ieſus: et inuenit eum quatuor
dies iā in monumēto habētē. Ma
ria ergo cū veniſſet vbi erat ieſus,
videns eū, cecidit ad pedes ei⁹, z di
cit ei, Domie, ſi fuiſſes hic, nō eſſet
mortu⁹ frater me⁹. Jeſus ergo vt
vidit eā plorantē, et iudeos qui ve/
nerāt cū ea plorātes infremuit ſpi/
ritu, z turbauit ſe ipm, z dixit, Ubi
poſuiſtis eū? Dicūt ei, Dñe, veni z
vide. Et lachrymat⁹ eſt ieſus. Di/
xerunt ergo iudei, Ecce quomodo
amabat eū. Quidā aūt ex ipſis di/
xerūt, Nō poterat hic qui aperuit
oculos ceci nati, facere vt et hic nō
moreretur? Jeſus ergo rurſum fre
mens in ſemetipſo venit ad monu
mentū. Erat aūt ſpelunca: et lapis
ſup poſitus erat ei. Ait ieſus, Tolli
te lapidem. Dixit ei martha ſoror
eius qui mortuus fuerat, Dñe iam
fetet, quatriduan⁹ eſt enim. Dicit
ei ieſus, Nōnne dixi tibi qm̄ ſi credi

deris, videbis gloriā dei. Tulerūt ergo lapidē. Jeſu⁹ aūt eleuati⁹ ſurſum oculis dixit, Pater, grās ago tibi qm̄ audiſti me. Ego aūt ſciebā quia ſemper me audis, ſed propter pplm̄ q̄ circūſtat, dixi: vt credant qꝛ tu me miſiſti. Hec cū dixiſſet, voce magna clamauit, Lazare, veni foras. Et ſtatim prodijt q̄ fuerat mortuus, ligatus man⁹ et pedes inſtitis, ⁊ facies illius ſudario erat ligata. Dicit ei ieſus, Soluite eū, ⁊ ſinite abire. Multi ergo ex iudeis qui venerāt ad mariā et marthā, et viderant que fecit ieſus, crediderunt in eū. Offert. In virtute tua dn̄e letabitur iuſtus: ⁊ ſup ſalutare tuū exultabit vehemēter: deſideriū anime eius tribuiſti ei in ſeculum ſeculi. Secret.

SAncti dilecti tui lazari dn̄e ieſu chriſte meritꝫ adiuuemur, qui pro tuo amore martyrij palmā voluit ſubire gaudēter, Qui viui⁹. Cō. Multitudo languētiū, et q̄ vexabātur a ſpiritib⁹ imūdis, veniebat ad eū: qꝛ ṽt⁹ de illo exibat ⁊ ſanabat oēs.

EXaudi nos Poſtcōm. orō. ops deus, dilectiſſimū tuū lazarū ab inferis tua potētia leuatū venerātes: quaten⁹, nos ei⁹ ſuffragijs a vitijs noſtris, tua gratia, cōtinuo reſurgam⁹, P. Qn̄ feſtū expectatiōis partus bt̄e marie occurrerit in dn̄ica, officiū miſſe dicit̄ de dn̄ica: ⁊ expectatio partus trāſſertur in feriā ſecundā immediate ſequētem. ¶ In feſto expectationis partus virginis marie. Intr. Rorate celi deſup. vt ſup̄. fo. clxv. Orō.

DEus qui nos ſacri partus beate marie virginis annua expectatiōe letificas, preſta preſenti familie tue, eius preſidij⁹ muniri, cuius expectatiōis partu⁹ ſolennia celebramus, Per eundem. Epl̄a. In diebus illis, Locut⁹ eſt dn̄s ad achāz dicens. clxv. Gra. Spūſſanctus ſuperueniet in te. clxv. ṽ. Aue maria. Hall'a. ṽ. Ecce, virgo concipiet. Euangeliū. In illo tēpe, Miſſus eſt angel⁹ gabriel. clxv. Offer. Aue maria grā ple. vt ſup̄. fol. clxv. Secr.

HOſtias tibi dn̄e deferim⁹ immolādas, q̄ nos tēporali cōſolatione letificēt: vt ꝓmiſſa certi⁹ ſperem⁹ eterna, P. Prefat. Eterne deus, Et te in expectatione beate marie. Cō. Ecce, virgo cōci. clxv.

REfecti cibo, Poſtcō. orō. potuq; ſpūali, queſum⁹ omipotēs deus: vt cuius expectationē celebramus, ſpes noſtra ſit ⁊ munimen, P. ¶ In ſancti Dn̄ici de Silos confeſſoris. Introit⁹. Os iuſti meditabit̄ ſapientiā. fo. clviij. Orō.

IMmenſam clemētiā tuam ops eterne de⁹ humiliter imploramus: vt, qui fragilitate carni⁹ prepediti innumerabiliter peccauimus: beatiſſimi cōfeſſoris tui domini aſſiduis p̄cib⁹ adiuuemur, P. Epiſtola. Juſtū deduxit dn̄s. clix. Gra. Os iuſti meditabitur ſa. clviij. ṽ. Lex dei ei⁹. Halľa. ṽ. Juſtus vt pal-

ma flore bit. Euangel. In illo tẽpe, Nemo accẽdit lu. clix. Offer. Deſi- deriũ anime eius tri. clix. Secreta.

Beati dominici cõfeſſoris tui orõnibus adiuuemur, cui⁹ feſtiuitate letamur, P. Cõm. Fideli⁹ ſeruus et prudẽs. clix. Poſtcõ. orõ.

Queſumus oṗs deus, vt ſicut beat⁹ dñicus relictis habitu paſtorali et cithara materialibus, cõuerſus eſt ad ſpũalia: ſic nos relictis mũdialibus illecebris, ſpũalia dona ſequamur, Per. ¶ In vigilia ſancti Thome apoſtoli, in officio miſſe, oĩa dicũtur vt ſupra in vigilia cõmunis apoſtolorũ. Si autẽ dicta vigilia venerit in quatuor tẽporibus, tunc nõ dicitur miſſa de vigilia. Quando feſtũ ſancti Thome apoſtoli occurrerit in dñica officiũ miſſe dr̃ de dñica et feſtũ ſancti Thome apl̃i mutet̃ in feriã .ij. immediate ſequẽtẽ. ¶ In ſancti thome apl̃i. Int.

Mihi aũt ni- mi⁹ honorati ſunt amici tui deus, nimis confortatus eſt principat⁹ eorũ. ℣. Dñe ꝓbaſti me et cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſſionẽ meã et reſurrectionẽ meam. Gloria patri. Gloria in excelſis. Oratio.

Da nobi⁹, q̃s dñe, apoſtoli tui thome ſolẽnitatibus gloriari: vt eius ſemꝑ ⁊ patrocinijs ſubleuemur: et fidẽ congrua deuotiõe ſectemur, P. Ad Timotheũ .ij. iiij. a.

Chariſſime, Teſtificor corã deo et chriſto ieſu qui iudicaturus eſt viuos ⁊ mortuos ⁊ per aduentũ ipſius, ⁊ regnũ eius: prędica verbũ, inſta oportune, importune: argue, obſecra, increpa in omni patientia et doctrina. Erit enim tempus cũ ſanã doctrinam nõ ſuſtinebũt: ſed ad ſua deſideria coaceruabunt ſibi magiſtros, prurientes auribus. Et a veritate quidẽ auditum auertent, ad fabulas autẽ cõuertẽtur. Tu vero vigila, in oĩbus labora, opus fac euãgeliſte, miniſteriũ tuũ imple. Sobri⁹ eſto. Ego enim iam delibor: et tempus reſolutiõis mee inſtat. Bonum certamẽ certaui, curſum conſummaui, fidẽ ſeruaui. In reliquo, repoſita eſt mihi corona iuſtitie, quã reddet mihi dñs in illa die, iuſtus iudex: nõ ſolũ aũt mihi, ſed ⁊ ijs qui diligunt aduẽtũ eius. Grad. In oẽm terrã exiuit ſon⁹ eorũ: ⁊ in fines orbis terre verba eorũ. ℣. Celi enarrãt gloriã dei: et opera manuũ ei⁹ annũciat firmamẽtũ. Halle. halle. ℣. Nimis honorati ſunt amici tui deus: nimis confortatus eſt principatus eorũ, halle. Scdm Joan. xx. f.

In illo tẽpore, Thomas vn⁹ de duodecim qui dicitur didymus, nõ erat cum diſcipulis quando venit ieſus. Dixerũt ergo ei alij diſcipuli, Vidimus dñm. Ille aũt dixit eis, Niſi videro in manib⁹ ei⁹ fixurã clauorũ, et mittã digitũ meũ in locũ clauorũ, ⁊ mittã manũ meã in latus eius: nõ credã. Et poſt dies

octo,iterū erant diſcipuli eiꝰ intus:
et thomas cum eis. Venit ieſus ia
nuis clauſis,⁊ ſtetit in medio,et di/
xit eis, Pax vobis. Deinde dicit
thome. Infer digitū tuū huc,et vi/
de manꝰ meas,et affer manū tuā,
et mitte in latus meū:et noli eſſe in
credulus,ſed fidelis. Reſpōdit tho
mas,et dixit ei,Dn̄s meus,⁊ deus
meus. Dicit ei ieſus,Quia vidiſti
me thoma credidiſti;beati q̄ nō vi/
derūt ⁊ crediderūt. Credo. Offer.
In omnē terrā exiuit ſonus eorū:⁊ in
fines orbis terre verba eorū. Secret.
DEbitū dn̄e noſtre reddimus
ſeruitutis ſuppliciter exoran
tes,vt ſuffragijs beati thome apo/
ſtoli in nobis tua munera tuearis,
cuius honorāda cōfeſſione laudis
tibi hoſtias immolamus,P dn̄m.
Prefatio Equum ⁊ ſalutare, Te
dn̄e ſuppliciter exorare. Cō. Mitte
manū tuā et cognoſce loca clauorū: et
noli eſſe i credulꝰ,ſed fidelis,hallˀ,hallˀ.
ADeſto nobis Poſtcō.orō.
queſumus oṗs et miſericors
deus:et intercedēte ꝑ nobis beato
aplō tuo thoma,tua circa nos pro
pitiatus dona cuſtodi,Per. ¶ In
ſancte Anaſtaſie virginis et mar/
tyris. Introitus. Gaudeamus oēs.
Ovt ſupra.folio.clix. Oratio.
DA,q̄s oṗs deꝰ,vt q̄ btē ana/
ſtaſie martyris tue ſolēnia colimꝰ,
eius apud te patrocinia ſentiamꝰ,
P. Epla. Fratres,Qui gloriatˀ in
dn̄o. clx. Grad. Dilexiſti iuſtitiā. clx.

v. Propter veritatē. Halla. v. Diffu/
ſa eſt gratia. Quādo hoc feſtū cele/
bratur poſt dn̄icā.lxxe.dicitˀ tractꝰ.
Qui ſeminānt in lachrymis. clx. Euā/
geliū. In illo tēpore,Simile eſt re/
gnū celorum theſauro abſcōdito.
clx. Offerto. Offerētur regi ꝟgines.
Avt ſupra.folio.clx. Secreta.
ACcipe,queſumus dn̄e,mune
ra dignanter oblata:et beate ana/
ſtaſie ſuffragātibus meritis,ad no
ſtre ſalutis auxilium peruenire cō/
cede,P dn̄m. Cōmu. Simile eſt re/
gnū celorum. clx. Poſtcōm.oratio.
SAtiaſti dn̄e familiam tuam
muneribus ſacris:eius que/
ſumus ſemp interuentione nos re/
foue,cuius ſolēnia celebramꝰ,P.
¶ In ſancte Columbe virginis ⁊
martyris. Introitꝰ. Gaudeamꝰ om
Ones in dn̄o. folˀ.clix. Oratio.
DEus q̄ nos beate colūbe vir
ginis et martyris tue annua ſolēni
tate letificas,cōcede propitiꝰ:vt eiꝰ
adiuuemur meritis,cuiꝰ caſtitatis
irradiamur exēplis, P. Epiſtola.
Dn̄s deꝰ meꝰ exaltaſti ſu. clx. Gra.
Dilexiſti iuſtitiam. clx. v. Propterea
vnxit te deꝰ. Halla. v. Diffuſa eſt gra
tia. Quādo hoc feſtum celebratur
poſt dn̄icā.lxxe.dicitur tractꝰ. Qui
ſeminant in lachrymis. clx. Euange/
liū. In illo tempore,Simile eſt re/
gnū celorū theſauro ab. clx. Offer.
Offerētur regi virgines. clx. Secret.
HOſtias dn̄e,quas tibi offeri
mus pro btē virginis et mar

tyris tue columbe meritis, benign⁹ aſſume: et ad perpetuum nobis tribue peruenire ſubſidiũ, P. Cõmu. Simile eſt regnũ ce. clx. Poſtč. oro.

Abiuuẽt nos, q̃s dñe, hec myſteria que ſumpſimus: ⁊ beate colũbe virginis et martyris tue interceſſio veneranda, Per dñm.

¶ In ſanctorum Juliani et Baſiliſſe martyrum. Intro.

Laudate pueri dominũ, laudate nomen dñi: qui habitare facit ſterilẽ in domo, matrẽ filiorum letantẽ. ℣. Sit nomẽ dñi benedictum ex hoc, nunc, ⁊ vſq; in ſeculũ. Gloria patri. Gloria in excelſis deo. Oratio.

Preſta, q̃s dñe, vt ſicut ſcõrũ martyrũ tuorum iuliani ⁊ baſiliſſe et comitum eorum nos natalitia celebranda non deſerũt, ita iugiter ſuffragijs comitẽtur, Per. Epiſtola. Juſtorum anime in manu dei ſunt. fol. clv. Grad. Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venantiũ. ℣. Laqueus contritus eſt et nos liberati ſumus: adiutoriũ noſtrũ in noĩe dñi, q̃ fecit celũ ⁊ terrã. Hallẽ, hallẽ. ℣. Laudate pueri dñm, laudate nomen dñi, hallẽ. Qñ hoc feſtũ celebratur poſt dñicã. lxx. dr tract. Venite bñdicti patris. clvj. Euãge. In illo tẽpe, Cũ audieritis prelia. clvj. Offert. Anima nr̃a ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venantiũ: laque⁹ contritus eſt ⁊ nos liberati ſum⁹. Secre.

Munera pleb tue, q̃s dñe, bſorũ martyrũ tuorũ iuliani et baſiliſſe et comitũ eorũ fiant grata ſuffragijs: p quorũ triũphis nomini tuo offerũtur: ipſorũ digna proficiantur et meritis, P. Cõm. Quicunq; fecerit voluntatẽ patris meí qui in celis eſt, ipſe meus frater, et ſoror, et mater eſt, dicit dñs. Poſtcõm. oro.

Repleti dñe munerib⁹ ſacris q̃s, vt intercedẽtibus ſanctis martyribus tuis, in gratiarũ ſemp actione maneamus, P. ¶ In ſancti Pauli primi eremite confeſſoris. Introi. Os iuſti meditabitur ſapiẽtiam. folio. clviij. Oratio.

Deus q̃ beatũ paulũ cõfeſſorem tuũ in terris vita laudabili decoraſti: et in celis eterna gloria ſublimaſti, eius, q̃s, meritis ſuffragãtibus, vita noſtra apud te commẽdetur, P. Epla. Sapientia laudabit aĩam ſuam. clix. Grad. Os iuſti meditabitur ſapiẽtiã. clviij. ℣. Lex dei ei⁹. Hallẽ. ℣. Juſtus vt palma. Quãdo hoc feſtum celebratur poſt dñicam. lxx. dicitur tract. Deſideriũ anime eius. clix. Euangeliũ. In illo tẽpore, Nemo accendit lucernã. clix. Offer Deſideriũ anime ei⁹, clix. Se.

Hanc oblationem tu deus in propriã tui corporis ⁊ ſanguinis ſubſtantiã transformãdo, ſanctiq; cõfeſſoris tui pauli, cuius celebritas recolitur interuentu, tantiq; myſterij pinguedine nos ad vitam renouari cõcede, Qui vi. Cõ. Fidelis ſeru⁹ ⁊. clix. Poſtcõ. oro.

Sacramẽtorũ tuorum mune-

re ſatiati ſupplices te dñe depreca-
mur:vt in cuiꝰ hec cõmemoratione
percepimꝰ,ad ſalutẽ,nõ ad iudiciũ
prouenire gaudeamꝰ, Per. ¶ In
ſancti Victoriani abbatis ⁊ cõfeſ-
ſoris. Introitus Os iuſti meditabi-
tur ſapientiã. fol.clviij. Oro.
DEus qui beatũ victorianum
confeſſorẽ tuũ in terris vita lauda
bili decoraſti:et in celis eterna glo-
ria ſublimaſti,eius,q̃s,meritis ſuf
fragãtibbs vita noſtra apud te cõ-
mendet, Per. Epl'a Dilectuꝰ deo
et hoĩbus.clix. Grad. Os iuſti medi
tabitur ſapientiã. clix. ℣. Lex dei eius.
Halla. ℣. Juſtus vt palma. Quãdo
hoc feſtũ celebrat poſt dñicã. lxx.
dicitur tract. Deſideriũ anime eiꝰ ⁊c.
clix. Euangeliũ. In illo tẽpe, Ne-
mo accendit lucernã.clix. Offert.
Deſiderium anime eiꝰ.clix. Secreta.
HAnc oblationem tu deus in
propriam tui corporis et ſan
guinis ſubſtantiã tranſformando,
ſanctiq; confeſſoris tui victoriani,
cuius celebritas recolitur interuẽ-
tu:tantiq; myſterij pinguedine nos
ad vitam renouari concede, Qui
viuis, Cõmu. Fidelis ſeruus et pru-
dens.fo.clix. Poſtcõm.oro.
SAcramẽtorum tuorũ mune-
re ſatiati ſupplices te dñe depreca-
mur:vt,in cuius hec cõmemoratio
ne percepimus,ad ſalutẽ,nõ ad iu-
diciũ prouenire gaudeamus, Per.
¶ In ſancti Hilarij epi et cõfeſſo.
Int. Statuit ei dñs.fo.clviij. Oro.

PReſta,queſumus ops deus:
vt excellẽtiã verbi tui, quam
beatus hilarius cõfeſſor glorioſus
aſſeruit:⁊ conuenienter intelligere
valeamus:⁊ veraciter cõfiteri, Per.
Epl'a Ecce ſacerdos magnꝰ.clviij.
Grad. Ecce ſacerdos magnꝰ.clviij.
Nõ eſt inuentus. Halla. ℣ Juſtꝰ ger-
minabit. Quãdo hoc feſtũ celebra-
tur poſt dñicam.lxx. dicitur tract.
Beatꝰ vir qui timet dñm.clviij. Euã
geliũ. In illo tẽpe, Sint lũbi.clviij.
Offert. Veritas mea.clviij. Secre.
MUnera tibi dñe nre deuotio
nis offerimus:que ⁊ pro tui
confeſſoris atq; põtificis hilarij in-
terceſſione grata ſint:et nobis ſalu
taria te miſerãte reddantur, Per.
Cõmu Beatus ſeruus. folio.clviij.
TUere nos Poſtcõm.oro.
dñe precibus ſancti hilarij cõ
feſſoris tui atq; põtificis: vt,per ea
que ſumpſimus,gratia tua merea-
mur ſemper augeri, qui ad talium
preſidium cõfugimus, Per. ¶ In
ſancti Felicis in pincis preſbyteri
et martyris. Intro.
OS iuſti meditabitur ſa
pientiã:⁊ lingua eiꝰ lo
quetur iudiciũ: lex dei
eius in corde ipſius. ℣.
Noli emulari in malignantibus:neq;
zelaueris facientes iniquitatẽ. Gloria
patri. Gloria in excelſis. Oratio.
COncede,q̃s ops deus: vt ad
meliorẽ vitam ſancti marty-
ris tui felicis exẽpla nos prouocẽt:

quatenus cuius ſolennia agimus, etiam actus imitemur, Per dñm. Lectio libri Eccleſiaſtici. xxxix.a.

IUſtus cor ſuũ tradet ad vigilãdum diluculo ad dñm q̃ fecit illũ, et in cõſpectu altiſſimi deprecabitur. Aperiet os ſuũ in oratione, et pro delictis ſuis deprecabitur. Si enim dñs magnꝰ voluerit, ſpiritu intelligentie replebit illũ: et ipſe tanq̃ imbres mittet eloquia ſapientie ſue, et in oratione confitebitur dño. Et ipſe diriget cõſiliũ eiꝰ, ⁊ diſciplinã, ⁊ in abſconditis ſuis cõſiliabitur. Ipſe palam faciet diſciplinam doctrine ſue, ⁊ in lege teſtamenti dñi gloriabitur. Collaudabunt multi ſapientiã eius, ⁊ vſq; in ſeculũ non delebitur. Non recedet memoria eiuˢ, ⁊ nomẽ eius requiretur a generatione in generationẽ. Grad. Iurauit dñs ⁊ non penitebit eũ: tu es ſacerdos in eternũ ſcdm ordinẽ melchiſedech. ℣. Dixit dominꝰ dño meo: ſede a dextris meiˢ. Halla, halla. ℣. Diſpoſui teſtamentũ electis meiˢ: iuraui dauid ſeruo meo, halla. Quãdo hoc feſtũ celebrat̃ poſt dñicã. lxx. dicitur tract. Deſideriũ aĩe eiꝰ. cliiij. Euãgeliũ. In illo tẽpore, Si quis venit ad me. cliiij. Offert. Gloria et honore coronaſti eum: et cõſtituiſti eũ ſuper opera manuũ tuarũ dñe. Secr.

HOſtias tibi dñe beati felicis martyris tui dicatas meritiˢ benignꝰ aſſume: et ad perpetuũ nobis tribue prouenire ſubſidiũ, Per dñm. Cõ. Poſuiſti dñe in capite eiꝰ coronam de lapide precioſo. Poſtcõ.

QUeſumus dñe ſaluta oro. Oribus repleti myſterijs, vt cuius ſolẽnia celebramꝰ, eius orationibuˢ adiuuemur, P. ¶ In sancti Mauri abbatis ⁊ cõfeſſoriˢ. Int. Os iuſti meditabitur. clviij. Oratio.

DEus qui hodiernã diẽ beati mauri cõfeſſoris tui atq; abbatis ſacro tranſitu cõſecraſti: concede nobis, inoffenſis per eius inſtituta greſſibus pergere, vt eiuſdem in regione viuẽtiũ mereamur gaudijs admiſceri, Per do. Epl'a Dilectus deo ⁊ hominibus. clix. Gra. Os iuſti meditabitur ſapiẽtiã. clviij. ℣. Lex dei eiꝰ. Halla, ℣. Iuſtus vt palma. Quãdo hoc feſtum celebratur poſt dominicã. lxx. dicitur tractuˢ. Deſiderium anime eius ⁊c. clix. Euãgelium. In illo tẽpore, Nemo accendit lucernam. clix. Offerto Deſiderium anime eius. Secret.

OBlatis dñe ob honorẽ beati mauri cõfeſſoris tui placare muneribus: et ipſius tuis famulis interuentu, cunctorum tribue indulgentiã peccatorum, Per. Cõmu. Fidelis ſeruus et prudens. fol. clix.

SUpplices te Poſtcõ. oro. rogamus opš deus: vt interueniente pro nobis beato mauro confeſſore tuo, et tua in nobis dona multiplices, et tempora noſtra diſponas, Per dñm. ¶ In sancti Marcelli pape ⁊ martyris. Int.

214

S Tatuit ei dñs teſtamētū pacis: ꝛ principē fecit eū, vt ſit illi ſacerdotij dignitas in eternū. ℣. Inueni dauid ſeruū meū oleo ſancto meo vnxi eū. Gl'ia pa. Gl'ia in excelſis. Orō.

P Reces ppl'i tui q̄s dñe clemēter exaudi vt beati marcelli martyris tui atq₃ pōtificis meritis adiuuemur: cui⁹ paſſione letamur, P. Ep'la. Ecce ſacer. clvij. Grad.

I nueni dauid ſeruū meū, oleo ſancto vnxi eū: man⁹ enim mea auxiliabitur ei: et brachiū meū cōfortabit eū. ℣. Nihil proficiet inimic⁹ in eo: et fili⁹ iniqtatis non nocebit ei. Halla, halla. ℣. Hic eſt ſacerdos magnus, quē coronauit dñs, halla. Quando hoc feſtū celebratur poſt dñicā. lxx$^{e}$, dicit' trac. Deſideriū anime ei⁹. cliiij. Euangel. I n illo tēpe, Niſi granū frumenti. clv. Offerto. Ueritas mea et miſericordia mea cum ipſo: ꝛ in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

S Uſcipe dñe, queſum⁹, munera dignanter oblata: et beati marcelli martyris tui atq₃ pontificis ſuffragantibus meritis, ad noſtre ſalutis auxilium prouenire cōcede, Per dominū. Commu. Domine, quinq₃ talenta tradidiſti mihi: ecce, alia quinq₃ ſuper lucrat⁹ ſum. euge ſerue bone et fidelis, quia in pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituā: intra in gaudiū dñi tui. Poſtcō. orō.

S Atiaſti dñe familiā tuā muneribus ſacris: eius, q̄s, ſemp interuētione nos refoue, cuius ſolēnia celebram⁹, P. ¶ In ſancti Antonij abbatis ꝛ cōfeſ. Int. Os iuſti meditabitur. clviij. Oratio.

O Mñps ſempiterne deus, qui glorioſum patrē antoniū mūdū relinquere feciſti, cōcede nobis propitius: vt eius interceſſione fideli muniamur auxilio: ꝛ magnifico in ſancta profeſſione proficiamus exemplo, Per. Ep'la. Iuſtus cor ſuum tradet ad vigilandū. fo. clix. Grad. Os iuſti meditabitur ſapiētiā. clviij. ℣. Lex dei eius in corde. Halla. ℣. Iuſtus vt palma. Quando hoc feſtum celebratur poſt dñicā. lxx$^{e}$. dicitur tract. Deſideriū anime ei⁹. clix. Euāgeliū. In illo tēpore, Nemo accendit lucernā. folio. clix. Offerto. Deſiderū anime eius. fol. clix. Secreta.

H Oſtias tibi dñe pro ſolemnitate ſancti antonij monachi offerimus maieſtatē tuam ſuppliciter deprecātes, vt eius meritis et precibus diſcamus terrena deſpicere, ꝛ amare celeſtia, Per. Cō. Fidelis ſeruus et prudēs. clix. Poſtcō.

H Ec nos cōmunio dñe orō. purget a crimine: et intercedente beato antonio cōfeſſore tuo, ad vitā perducat eternam, Per.

¶ In ſc'torū Speuſipi, Eleuſipi, ꝛ Melenſipi martyrū. Introit⁹. Intret in cōſpectu tuo dñe. clv. Oratio.

D Eus qui nos annua ſanctorū martyrū tuorū ſpeuſipi et fratrū eius ſolēnitate letificas: cō

cede propitius: vt quorũ gaudemꝰ
meritis, accẽdamur exẽplis, Per,
Epła. Juſti autẽ in perpetuũ. clv.
Grad. Glorioſus deus clvj. v. Dexte
ra tua dñe. Halła, v. Sancti tui dñe.
Quãdo hoc feſtũ celebratur poſt
dñicam. lxx. dicitur tract. Venite be
nedicti patris mei. clvj. Euangeliũ.
In illo tẽpe, Nolite arbitrari, fol.
clvj. Offer. Letamini in dño. clvj.

OBlatis, q̃s dñe, pla Secr.
care muneribus: ⁊ intercedẽ
tibus ſanctis tuis ſpeuſipo ⁊ fratri
bus eius a cunctis nos defende pe
riculis, P. Cõ. Juſtorũ anime in ma
nu dei ſunt. fo. clvj. Poſtcõ. oratio.

HEc nos communio purget a
crimine: ⁊ intercedentibꝰ ſan
ctis tuis ſpeuſipo et fratribus eiꝰ,
celeſtis remedij faciat eſſe conſor
tes, Per. ¶ In ſancte Priſce vir
ginis et martyris. Introitus.

LOquebar de teſtimonijs
tuis in conſpectu regum:
et nõ confundebar: et me
ditabar in mãdatis tuis
que dilexi nimis. v. Beati immacula
ti in via, qui ambulant in lege domini.
Gloria patri. Glia in excelſis. Oro.

DA, q̃s oĩpotens deus: vt qui
beate priſce virginis et mar
tyris tue natalitia colimꝰ, ⁊ annua
deuotiõe letemur, ⁊ tante fidei pro
ficiamus exemplo, Per. Lectio li
DOmi bri Eccleſiaſtici. lj. b.
ne deꝰ meus exaltaſti ſuper
terrã habitationẽ meã, ⁊ pro mor
te defluente deprecata ſum. Inuo
caui dñm patrẽ dñi mei vt non de
relinquat me in die tribulationis
mee, et in tempore ſuperborum ſi
ne adiutorio. Laudabo nomẽ tuũ
aſſidue, et collaudabo illud: in con
feſſione, ⁊ exaudita eſt oratio mea,
et liberaſti me de perditione, et eri
puiſti me de tempore iniquo. Pro
pterea confitebor, ⁊ laudem dicam
tibi, et benedicam nomini tuo do
mine deus noſter. Graduale. Spe
cie tua et pulchritudine tua, intende
proſpere, procede et regna. v. Propter
veritatem et manſuetudinem et iuſti
tiam et deducet te mirabiliter dextera
tua. Halła, halła. v. Loquebar domi
ne de teſtimonijs tuis in conſpectu re
gũ et non confundebar, halła, Quan
do hoc feſtum celebratur poſt do
minicam ſeptuageſime dicitur tra
ctus Qui ſeminant in lachrymis. clx.
Euangeliũ. In illo tẽpore, Simi
le eſt regnum celorũ theſauro. clx.
Offertoriũ. Aſtitit regina a dextris
tuis in veſtitu deaurato circũdata va
rietate.

HOſtia Secreta.
hec domine, queſumus: quã
in ſanctorum tuorum natalitijs re
cenſentes offerimus, et vincula no
ſtre prauitatis abſoluat, et tue no
bis miſericordie dona conciliet,
Per. Communio. Feci iudicium
et iuſtitiam domine, non calumniẽtur
me ſuperbi, ad omnia mandata tua di
rigebar, omnem viã iniquitatis odio
habui. Poſtcommunio. Oratio.

OUeſumus dn̄e ſalutarib⁹ repleti myſterijs, vt cuius ſolēnia celebramus, eius orationibus adiuuemur, P. ¶ In ſancti Sulpicij epiſcopi ⁊ cōfeſſo. Intr. Statuit ei dn̄s. fo. clvij. Oratio.

DA nobis, q̄s omp̄s deus: vt beati ſulpicij cōfeſſoris tui atq̨ pōtificis, cuius depoſitionē colimus, apud te interceſſiōib⁹ adiuuemur, Per. Epla. Juſtus ſi morte preoccupat⁹ fuerit, clvij. Grad. Ecce ſacerdos magn⁹. clvij. ℣. Nō eſt inuentus. Alla. ℣. Juſtus germinabit. Quādo hoc feſtū celebratur poſt dn̄icā. lxx. dicitur tractus. Beatus vir qui timet dn̄m. clvij. Euāgeliū. In illo tēpore, Sint lūbi veſtri precincti, clvij. Offerto. Ueritas mea. clviij.

SUpplicatio noſtra Secret. dn̄e et tibi grata pariter exiſtat oblatio, que pro ſancti ſulpicij confeſſoris tui atq̨ pontificis commemoratione defertur: et indulgētiam nobis eius ſuffragijs, queſumus, largiaris, P. Cōmu. Beatus ſeruus. fol. clviij. Poſtcōm. oratio.

REſpice ſubditā tibi dn̄e familiā tuā: et quam exaudire dignatus es actione gratiarū, intercedente beato confeſſore tuo ſulpicio propitius intuere, Per. ¶ In ſanctorū martyrū Marij, Marthe, Audifax, ⁊ Abacuc. Introit⁹. Intret in cōſpectu tuo dn̄e. clv. Orō.

EXaudi dn̄e populū tuū cum ſanctorū tuorum marij, marthe, audifax, et abacuc tibi patrocinio ſupplicantē, vt tempora[lis] vite nos tribuas pace gaudere: et eternū reperire ſubſidium, Per. Epla. Expectatio iuſtorū letitia. fol. clv. Grad. Glorioſus de⁹ in ſanctis. clvj. ℣. Dextera tua dn̄e. Alla. ℣. Sancti tui dn̄e. Quādo hoc feſtū celebrat poſt dn̄icam. lxx. dicit ſequēs trac. Uenite bn̄dicti patris mei. clvj. Euāgeliū. In illo tēpe, Nolite arbitrari. clvj. Offer. Letamini in dn̄o. clvj.

PReces dn̄e tuorū Secreta. reſpice, oblationeſq̨ fideliū: vt, et tibi grate ſint pro tuorū feſtiuitate ſanctorū, ⁊ nobis conferant tue propitiationis auxiliū, P. Cō. Juſtorum anime. clvj. Poſtcō. orō.

SAnctorū tuorū dn̄e interceſſione placatus preſta, vt, que tēporali celebramu⁹ actione, perpetua ſaluatione capiamus, Per.

¶ In ſanctorum Fabiani et Sebaſtiani martyrum. Introitus.

INtret in cōſpectu tuo dn̄e gemitus compeditorū, redde vicinis noſtris ſeptuplū in ſinu eorum: vindica ſanguinē ſanctorū tuorum qui effuſus eſt. ℣. Deus venerūt gēte⁹ in hereditatē tuā, polluerūt templū ſanctū tuum, poſuerunt hieruſalē in pomorū cuſtodiam. Glia pa. Gloria in excelſis. Oratio.

DEus, qui beatos martyres tuos fabianū atq̨ ſebaſtianū virtute cōſtantie in paſſione ro

borasti: ex eorum nobis imitatione tribue pro amore tuo proſpera mũdi deſpicere, et nulla eius aduerſa formidare, Per. Lcõ epſe btī Pauli apoſtoli ad Hebreos. xi. g.

Fratres, Sãcti p fidẽ vicerũt regna, operati ſunt iuſtitiã, adepti ſunt repromiſſiões. Obturauerũt ora leonũ, extinxerũt impetũ ignis, effugerunt aciẽ gladij, cõualuerũt de infirmitate, fortes facti ſunt in bello. Caſtra verterũt exterorũ, ac ceperũt mulieres de reſurrectione mortuos ſuos. Alij aũt diſtẽti ſunt, nõ ſuſcipiẽtes redemptionẽ, vt meliorẽ inuenirent reſurrectionẽ. Alij vero ludibria et verbera experti, inſuper ⁊ vincula et carceres: lapidati ſunt, ſecti ſunt, tentati ſunt, in occiſione gladij mortui ſunt. Circuierunt in melotis, in pellib⁹ caprinis, egentes, anguſtiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus: In ſolitudinibus errantes, in mõtibus, et in ſpelũcis, et in cauernis terre. Et hi oẽs teſtimonio fidei probati, inuẽti ſũt. in chriſto ieſu dño noſtro. Gra. Glorioſus deus in ſctis, mirabilis in maieſtate, faciẽs pdigia. ℣. Dextera tua dñe gĺificata eſt in virtute, dextera man⁹ tue cõfregit inimicos. Halla, halla. ℣. Scti tui dñe bñdicẽt te, gĺiam regni tui dicẽt, halla. Quãdo hoc feſtũ celebratur poſt dñicã. lxx. dicit ſequẽs tract⁹ Venite bñdicti pa. clvj. In illo tpe, Scdm lucã. vj. c. Deſcẽdẽs ieſus de mõte, ſtetit in loco cãpeſtri, et turba diſcipulorũ eius, ⁊ multitudo copioſa plebis ab omi iudea et hieruſalẽ: ⁊ maritima tiri ⁊ ſidonis, qui venerant vt audirent eum, ⁊ ſanarẽtur a languorib⁹ ſuis. Et qui vexabantur a ſpiritib⁹ immundis curabãtur. Et oĩs turba querebat eũ tangere: q̃a virtus de illo exibat, ⁊ ſanabat omnes. Et ipſe eleuatis oculis in diſcipulos ſuos, dicebat, Beati pauperes: quia veſtrũ eſt regnũ dei. Beati qui nũc eſuritis: quia ſaturabimini. Beati qui nũc fletis: quia ridebitis. Beati eritis cũ vos oderint homines, ⁊ cũ ſeparauerint vos et exprobrauerint, et eiecerint nomẽ veſtrum tanq̃ malũ propter filium hominis. Gaudete in illa die et exultate: ecce enim merces vr̃a multa eſt in celo. Offerto. Letamini in domino et exultate iuſti: ⁊ gloriamini omnes recti corde. Secreta.

Accepta ſit in conſpectu tuo dñe noſtre deuotionis oblatio: et eorum fiat nobis ſupplicatione ſalutaris, pro quorum ſolennitate defertur, Per dominũ. Cõm. Multitudo languentiũ et qui vexabãtur a ſpiritibus immũdis veniebãt ad eum: quia virtus de illo exibat et ſanabat omnes. Poſtcõmunio. oratio.

Sacro munere ſatiati ſupplices te domine deprecamur: vt quod debite ſeruitutis celebramus officio, intercedentib⁹ ſanctis tuis martyribus Fabiano atq; ſe

baſtiano ſaluationis tue ſentiam⁹
augmentũ, P. ¶ In ſcte Agnetis
virginis et martyris. Introitus.
GAudeamus omnes in do-
mino diem feſtũ celebrã-
tes ſub honore bte agne-
tis virginis: de cui⁹ paſ-
ſione gaudent angeli et collaudant fi-
lium dei. ℣ Gaudent angeli ⁊ exultant
archangeli: letantur iuſti et congratu
lantur omnes ſancti. Gloria pa. Glo-
Oria in excelſis deo. Oratio.
Omnipotẽs ſempiterne de⁹,
qui infirma mundi eligis, vt fortia
queqꝫ confundas, concede propiti⁹:
vt, qui beate agnetis martyris tue
ſolennia colimus, eius apud te pa-
trocinia ſentiamus, Per. Lectio
COn- libri Eccleſiaſtici. lj. a.
fitebor tibi dñe rex, et collau-
dabo te deum ſaluatorem meum.
Confitebor nomini tuo: qm̃ adiu-
tor et protector factus es mihi, ⁊ li-
beraſti corpus meũ a perditione, a
laqueo lingue inique: et a labijs o-
perantium mendatium, et in con-
ſpectu aſtantiũ factus es mihi ad-
iutor. Et liberaſti me ſecundũ mul
titudinẽ miſericordie nominis tui
a rugiẽtibus preparatis ad eſcam,
de manibus querentium animam
meã, et de multis tribulationibus
que circumdederunt me: a preſſura
flãme, que circũdedit me, ⁊ in me-
dio ignis non ſum eſtuata. De al-
titudine ventris inferi, et a lingua
coinquinata, et a verbo mendacij,
a rege iniquo, et a lingua iniuſta.
Laudabit vſqꝫ ad mortem anima
mea dñm, qm̃ eruis ſuſtinentes te:
et liberas eos de manu anguſtie,
domine deus noſter. Gra. Diffuſa
eſt gratia in labijs tuis: propterea bñ-
dixit te deus in eternũ. ℣. Propter ve-
ritatẽ ⁊ manſuetudinẽ et iuſtitiã: ⁊ de
ducet te mirabiliter dextra tua. Hallĕ
hallĕ. ℣. Pulchra facie, ſed pulchrior fi
de beata es agnes, reſpuens mundũ, le
taris cũ angelis, intercede pro omnib⁹
nobis, hallĕ. Quãdo hoc feſtũ cele-
bratur poſt dñicam. lxx. dicitur tra-
ctus. Qui ſeminat in lachri. clx. Euã
geliũ. In illo tẽpore, Simile eſt re
gnũ celorũ theſauro abſcõdito. clx.
Offer. Offerẽtur regi virgines poſt
eã, proxime eius offerentur tibi in leti-
tia et exultatione. Secreta.
HOſtias dñe, quas tibi offeri
mus, propiti⁹ ſuſcipe: et interceden
te beata agnete martyre tua vin[illegible]u
la peccatorũ noſtrorũ abſolue, P.
Cõ. Quinqꝫ prudentes virgines ac-
ceperũt oleũ in vaſis ſuis cũ lãpadib⁹:
media autẽ nocte clamor fact⁹ eſt, ecce,
ſponſus venit, exite obuiã chriſto dño.
REfecti cibo Poſtcõm. oro.
potuqꝫ celeſti, deu⁹ noſter te
ſupplices exoramus: vt, in cui⁹ hec
cõmemoratione percepimus, eius
muniamur et precibus, P. ¶ In
ſanctorũ Fructuoſi epi, Augurij et
Eulogij martyrum. Introit⁹. In-
Tret in cõſpectu tuo, clv. Oro.
Votorũ nos, dñe queſum⁹, pre

cibus tuere ſanctoꝛū: vt martyꝛum
tuoꝛū fructuoſi epi, augurij ⁊ eulo/
gij solēnia celebꝛantes, ⁊ fidei mu/
niamur auxilio: et magnifico pꝛofi/
ciamus exēplo, P. Epla. Juſtoꝛū
anime in manu dei. clv. Gra. Glio/
ſus de⁹ in ſanctis. clvj. ℣. Dextera tua
dñe. Halla. ℣ Sancti tui dñe. Quā
do hoc feſtū celebꝛatur poſt dñicā
lxx^e. dicitur trac. Uenite benedicti pa
tris mei. clvj. Euangelium. In illo
tēpoꝛe, Nihil opertū qđ nō re. clvj.
Offer. Letamini in dño. clvi. Secr.
HOſtias tibi domine nomini
tuo dicatas offerimus san/
ctoꝛum tuoꝛum merita venerātes:
vt illis reuerentiam deferentes, no
bis veniam impetrem⁹, Per. Cō.
Juſtoꝛum anime. clvj. Poſtcō. orō.
SAcramenti tui dñe ſumpta li
batio coꝛpoꝛa noſtra men/
teſq; ſanctificet: et intercedentibus
ſanctis tuis, perpetue miſericoꝛdie
pꝛeparet expiatos, Per. ¶ Quā/
do feſtum ſancti Uincentij occur/
rerit in dominica hiſtoꝛiali, officiū
miſſe dicitur de dñica ⁊ feſtum ſan
cti Uincentij mutetur in feriā ſecū
dā immediate ſequētem. Et feſtū
Jlleſonſi trāſferꝭ quo poterit ſuo
oꝛdine cum locus fuerit. ¶ In ſan
cti Uincentij martyꝛis. Introit⁹.
STabitur iuſtus in do
mino ⁊ ſperabit in eo/
et laudabūtur oēs re
cti coꝛde. ℣. Exaudi de
us oꝛationē meā cū de
pꝛecoꝛ: a timoꝛe inimici eripe aiam meā.
Glia pa. Gloꝛia in excelſis Oꝛatio.
ADeſto, q̄s dñe, ſupplicationi
bus nris: vt, qui ex iniquitate
nra reos nos eſſe cognoſcim⁹: bea/
ti vincētij martyꝛis tui interceſſiōe
liberemur, P. Lcō lib. Eccliaſtici.
BEat⁹ vir qui inuētus xxxi. a.
eſt ſine macula: ⁊ q̄ poſt au/
rū nō abijt, nec ſperauit in pecunia
⁊ theſauris. Quis eſt hic, ⁊ lauda/
bimus eū? Fecit enim mirabilia in
vita ſua. Qui pꝛobat⁹ eſt in illo: et
perfect⁹ inuētus eſt, ⁊ erit in gloꝛia
eťna? Qui potuit tranſgredi, et nō
eſt trāſgreſſus, ⁊ facere mala, ⁊ nō
fecit. Jdeo ſtabilita ſunt bona illi⁹
in dño, et eleemoſynas illius enar/
rabit ois eccleſia ſanctoꝛū. Grad.
Poſuiſti dñe ſuper caput eius coꝛonā
de lapide pꝛetioſo. ℣. Deſideriū coꝛdis
eius tribuiſti ei: et volūtate labioꝛum
eius non fraudaſti eū. Halla, halla. ℣.
Beat⁹ vir qui timet dñm: in mādatis
eius cupit nimis, halla. Quādo hoc
feſtū celebꝛaꝭ poſt dñicā. lxx^e. diciꝭ
trac. Deſideriū anime ei⁹. clix. Scdm
Joānē.
IN illo tēpoꝛe, Di/
xit dñs ieſus diſcipulis ſuis,
Amen amē dico vobis, niſi granū
frumēti cadēs in terrā, moꝛtuū fue
rit, ipſum ſolū manet. Si aūt moꝛ/
tuū fuerit, mltū fructū affert. Qui
amat animā ſuā, perdet eā: et qui
odit aiam ſuam in hoc mūdo, in vi
tā eternam cuſtodit eam. Si quis
mihi miniſtrat, me ſequatur: et vbi



217

ſum ego, illic ꝛ miniſter meus erit. Si quis mihi miniſtrauerit, honorificabit eũ pater meus. Offer. In virtute tua dñe letabit iuſt⁹, et ſup ſalutare tuũ exultabit vehementer: deſideriũ cordis eius tribuiſti ei, in ſclm ſcli.

Preſentia munera, Secret. queſum⁹ dñe, ita ſerena pietate intuere: vt ſanctiſpũs pfundãtur bñdictione: ꝛ in noſtris cordib⁹ eã validã dilectionẽ infundãt, per quã ſanct⁹ martyr vincẽtius omia corporis tormẽta deuicit, P dñm. in vnitate eiuſdẽ. Cõ. Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipm: et tollat crucẽ ſuã et ſequatur me. Poſtc.

Queſumus ops de⁹, oratio. vt qui celeſtia alimẽta percepimus, intercedẽte beato vincẽtio martyre tuo, per hec contra oia aduerſa muniamur, P. ¶ In ſancti Illefonſi archiepi ꝛ cõfeſſoris. Introi. Statuit ei dñs teſta. clvij. Oro.

Deus, qui per glioſiſſimã filij tui matrẽ beatũ illefonſum confeſſorẽ tuũ atqꝫ pontificẽ miſſo de theſauris celeſtibus munere decoraſti: concede propiti⁹, vt per ei⁹ preces ꝛ merita, munera capiam⁹ eterna, Per. Epla. Ecce ſacerdos magnus. clvij. Grad. Iurauit dñs ꝛ non penitebit eum: tu es ſacerdos in eternũ ſecundũ ordinẽ melchiſedech. ℣. Dixit dñs dño meo, ſede a dextris mei⁹. Halla, halla. ℣. Juſtus germinabit ſicut liliũ: et florebit in eternũ ante dñm, halla. Quãdo hoc feſtum celebratur poſt dñicã. lxx. dicitur trac. Beat⁹ vir qui timet dñm. clvij. Euãgeliũ. In illo tẽpore, Sint lũbi veſtri precincti. lvij. Offerto. Veritas mea. folio. clviij. Secret.

Deus, q̃ beatũ illefonſum toletane ecclie antiſtitẽ inter ceteros ſcſos tue virginis matris a matorẽ elegiſti: annue, q̃s, vt ad eiuſdem tue matris amorem nos miſericorditer eligere digneris, Qui viuis. Cõm. Beatus ſeruus quẽ. fol. clviij.

Adi, q̃s, cle- Poſtcõ. oro. mẽtiſſime de⁹ orationes noſtras meriti⁹ beati illefonſi, tue matris amore repleti: vt tua gratia aliquid ei⁹ amoris hauriamu⁹, Qui viuis. ¶ In ſancte Emerentiane virginis et martyris. Introitus. Dilexiſti iuſtitiam ꝛc fo. clx. Oratio.

Beate Emerentiane virgini⁹ et martyris natalitia, q̃s domine, eccleſia tua deuota ſuſcipiat: vt fiat magne glificationis amore deuotior ꝛ tãte fidei proficiat exemplo, P. Epla. Fratre⁹, Qui gloriatur clx. Grad. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis, propterea benedixit te de⁹ in eternũ. ℣. Propter veritatẽ ꝛ mãſuetudinẽ et iuſtitiam ꝛ deducet te mirabiliter dextera tua. Halla, halla. ℣. Specie tua ꝛ pulchritudine tua intẽde, proſpere procede ꝛ regna, halla. Quãdo hoc feſtũ celebrat poſt dñicã. lxx. dicit trac. Qui ſeminat in lachry. clx. Euãgeliũ. In illo tẽpore, Sile eſt regnũ celorũ theſauro abſcon. clx.

Offer. Offerẽtur regi vir. clx. Secr.
Preſta, q̃s dñe, vt, ſicut beata emerẽtiana ſepulchꝛũ beate ac glo̾ioſe agnetis v̾ginis ac martyris tue cõtinuo ꝛ viſitauit ꝛ ei immobiliter adheſit, ita facias nos tibi ſemꝑ immobiliter adherére, P.
Cõ. Simile eſt regnũ. clx. Poſtcõ.
Beate emerentiane, q̃s dñe, virginis ꝛ martyris tue oꝛonibus iuuemur: cui⁹ martyrio letamur, Per. ¶ In ſancti Timothei epi et martyris. Introitus.
Letabitur iuſtus. fol. cliiij. Oratio.
Deus, qui nos beati timóthei martyris tui atq̃ pontificis annua ſolẽnitate letificas, concede propitius: vt cui⁹ natalitia colim⁹, de eiuſdẽ etiã protectione gaudeamus, P. Epla. Beatus vir q̃ in ſapiẽtia mo. cliiij. Grad. Poſuiſti dñe ſup caput ei⁹. cliiij. V. Deſideriũ anime eius. H alla. V. Beatus vir qui timet dñm. cliiij. Quãdo hoc feſtum celebratur poſt dñicã. lxx. dici t̃ tract⁹. Deſideriũ anime ei⁹. cliiij. Euangel.
In illo tẽpe, Si quis venit ad me. cliiij. Offer. Glia ꝛ honoꝛe. clv. Sec.
Munera tibi dñe dicata ſanctifica: ꝛ intercedente beato timótheo martyꝛe tuo atq̃ pontifice: per eadẽ in nos placatus intende, P. Cõmu. Qui vult venire. clv.
Hec nos cõmunio dñe purget a crimine: et intercedente beato timotheo martyꝛe tuo atq̃ põtifice celeſtis remedij faciat eſſe conſoꝛtes, Per. Poſtc. oro.

¶ Dñ cõuerſio ſancti Pauli apli occurrerit ĩ dñica hiſtoꝛiali officiũ miſſe fit de dñica: et conuerſio apli pauli mutet̃ immediate in feriã. ij. ſequentem. et feſtũ policarpi tranſfertur vbi poterit celebꝛari ſuo oꝛdine cum locus fuerit ¶ In cõuerſione ſancti Pauli. Introitus.
Scio cui credidi: et certus ſum quia potens eſt depoſitũ meum ſeruare ĩ illũ diẽ. V. De reliquo, repoſita eſt mihi coꝛona iuſtitie: quã reddet mihi dominus in illa die, iuſtus iudex. Gloꝛia patri. Gloꝛia in excelſis. Oratio.
Deus, qui vniuerſum mundũ beati pauli apli tui pꝛedicatione docuiſti, da nobis, queſum⁹, vt, qui eius hodie conuerſionẽ colimus, ꝑ ei⁹ exẽpla ad te gradiamur, Per. Lectio Actuũ aploꝝ. ix. a.
In diebus illis, Saulus adhuc ſpirãs minarũ ꝛ cedis in diſcipulos dñi, acceſſit ad pꝛincipẽ ſacerdotum, ꝛ petijt ab eo epl̃as in damaſcũ ad ſynagogas: vt ſi quos ĩuueniſſet hui⁹ vie viros ac mulieres, vinctos ꝑduceret in hieruſalẽ. Et cum iter faceret, contigit vt appropĩquaret damaſco: ꝛ ſubito circũfulſit eum lux de celo, ꝛ cadẽs in terrã, audiuit vocẽ dicẽtẽ ſibi, Saule ſaule quid me perſequeris? Qui dixit, Quis es dñe? Et ille, Ego ſũ ieſus, quẽ tu perſequeris. Durũ eſt



218

tibi cōtra ſtimulum calcitrare. Et tremēs ac ſtupēs dixit, Dñe, q̃d me vis facere? Et dñs ad eū, Surge, ⁊ ingrēdere ciuitatē, ⁊ dicet̃ tibi q̃d te oportea‍t facere. Uiri aūt illi qui comitabātur cū illo, ſtabant ſtupefacti, audiētes quidē vocē, neminē aūt vidētes. Surrexit autē ſaulus de terra, apertiſq; oculis nihil videbat. Ad manus aūt ille trahentes, introduxerūt damaſcū. Et erat ibi tribus diebus nō videns, et nō manducauit, neq; bibit. Erat autē quidā diſcipul⁹ damaſci, nomine ananias: et dixit ad illum in viſu dñs, Anania. At ille ait, Ecce ego dñe. Et dñs ad eum, Surge, et vade in vicum qui vocatur rectus: et quere in domo iude ſaulum nomine, tharſenſem. Ecce enī orat. Et vidit virum, ananiam nomine, introeuntē et imponētem ſibi manu⁹ vt viſum recipiat. Reſpondit autē anania⁹, Dñe, audiui a multis de viro hoc, quāta mala fécerit ſanctis tuis in hieruſalē. Et hic habet poteſtatē a principibus ſacerdotū alligandi oēs qui inuocant nomē tuū. Dixit aūt ad eum dñs, Uade, quoniam vas electionis eſt mihi iſte, vt portet nomen meū coram gentibus et regibus, et filijs iſrael. Ego enim oſtendam illi quanta oporteat eū p nomine meo pati. Et abijt ananias, et introiuit in domum: et imponens ei manus, dixit, Saule frater, dñs ieſus miſit me, qui apparuit tibi in via qua veniebas: vt videas, ⁊ implearis ſpirituſancto. Et cōfeſtim ceciderunt ab oculis eius tanq̃ ſquame, et viſum recepit. Et ſurgens baptizatus eſt. Et cū accepiſſet cibū, cōfortatus eſt. Fuit aūt cū diſcipulis qui erāt damaſci, per dies aliquot. Et cōtinuo ingreſſu⁹ in ſynagogas, p̄dicabat ieſum quoniā hic eſt filius dei. Stupebāt autē omnes qui eū audiebant, ⁊ dicebant, Nónne hic eſt qui expugnabat in hieruſalē eos qui inuocabāt nomen iſtud? Et huc ad hoc venit vt victos illos duceret ad pricipes ſacerdotū? Saulus aūt multo magis conualeſcebat, et confundebat iudeos qui habitabant damaſci, affirmās quoniā hic eſt chriſtu⁹.

Gra. Qui operatus eſt petro in apoſtolatū, operatus eſt et mihi inter gentes: et cognouerūt gratiā que data eſt mihi. ℣. Gratia dei in me vacua non fuit: ſed ſemper in me manet. Halla, halla, ℣. In omnē terram exiuit ſonus eorum: et in fines orbis terre verba eorum, halla. Quando hoc feſtū celebratur poſt dñicam lxx. dicitur ſequēs tract. Tu es vas electionis ſancte paule apoſtole: vere digne es glorificandus. ℣. Predicator veritatis et doctor gentiū in fide ⁊ veritate. ℣. Per te oēs gentes cognouerūt gratiā dei. ℣. Intercede pro nobis ad deū qui te elegit. Secūdum Mattheum. xix. c.

In illo tempore, Dixit ſimon petrus ad dñm ieſum, Ecce

nos reliquimus omnia,et ſecuti ſumus te: quid ergo erit nobis? Jeſus aũt dixit illis, Amen dico vobis ꝙ vos qui ſecuti eſtis me in regeneratione, cũ ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſue, ſedebitis ⁊ vos ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus iſrael. Et omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum: centuplum accipiet, et vitam eternã poſſidebit. Credo. Offerto. In omnẽ terram exiuit ſonus eorum: et in fines orbis terre verba eorum. Secreta.

APoſtoli tui pauli precibus dñe plebis tue dona ſanctifica: vt, que tibi tuo grata ſunt inſtituto, fiant gratiora patrocinio ſupplicantis, Per dñm. Prefatio. Equũ et ſalutare, Te dñe ſuppliciter. Etiam ſi occurrerit in dñica. Cõmu. Amen dico vobis, ꝙ vos qui reliquiſtis om̃ia et ſecuti eſtis me, centuplum accipietis: et vitam eternam poſſidebitis. Poſtcõmunio. oro.

SAtiaſti nos dñe ſalutari myſterio: q̃s, vt pro nobis eius nõ deſit oratio, cuius donaſti patrocinio gubernari, P. In ſcti Preiecti martyris. Intr. Letabitur iuſt⁹. cliiij. Oro.

MArtyris tui preiecti nos dñe interuẽtio glorioſa commendet: vt, quod noſtris actibus nõ meremur, eius precib⁹ cõſequamur, Per. Epla. Beat⁹ vir qui in ſapientia mo. cliiij. Gra. Poſuiſti dñe. cliiij. V. Deſiderium anime eius. Alla. V. Beatus vir q̃ timet dñm. Quãdo hoc feſtũ celebratur poſt dñicã. lxx. dicitur trac. Deſideriũ anime eius. cliiij. Euangeliũ. In illo tempore, Si quis venit ad me. cliiij. Offer. Glia et honore. clv. Se.

SUſcipe dñe propiti⁹ orationẽ noſtrã cũ oblationib⁹ hoſtiarũ: ⁊ martyris tui preiecti deprecatione pietati tue perfice benign⁹ acceptas, Per. Cõm. Qui vult venire. fol. clv. Poſtcõ. oro.

VOtiua dñe pro beati martyris tui preiecti paſſione dona percepimus: q̃s, vt eius precib⁹ et preſentis vite nobis pariter et eterne tribuas cõferre ſubſidiũ, Per. In ſcti Policarpi epi ⁊ marty. Intr.

IN virtute tua dñe letabit iuſtus: et ſup ſalutare tuũ exultabit vehementer deſideriũ cordis ei⁹ tribuiſti ei. V. Dñi preueniſti eũ in bñdictionibus dulcedinis: poſuiſti in capite eius coronam de lapide precioſo. Gloria patri. Gloria in excelſis deo. Oratio.

INterceſſio nos, q̃s dñe, ſancti policarpi martyris tui atq̃ põtificis mũdet ⁊ muniat: vt, cuius glioſis gaudem⁹ triũphis, ſemp adiuuemur meritis: ⁊ inſtruamur exẽplis, P. Epla. Beatus homo q̃ inuenit ſapiẽ. cliiij. Gra. Poſuiſti dñe. cliiij. V. Deſideriũ anime eius. Alla.



219

ỽ. Beatus vir qui timet dñm. Quan
do hoc feſtū celebratur poſt dñicā
lxx. dicitur tractꝰ. Deſideriū anime
eiꝰ. cliiij. Euangeliū. In illo tēpo
re, Niſi granū frumēti. clv. Offer.
Gloria et honore. folio. clv. Secret.
DEus qui beato policarpo in
igne poſito hanc gratiā feci
ſti: vt ignis inſtar teſtudinis factꝰ
ipſum nō tāgeret, ita facere digne
ris, vt meritis eius ꝛ oratione infer
ni flāma nos non tangat, Per do.
Cōm. Qui vult venire. clv. Poſtc.
QUeſumꝰ ops ꝛ miſeri oro.
cors deꝰ, vt ſicut grā tua ſan
guine et corpore policarpi ſmirno
rū epi effluente rogus ignis fuit ex
tinctꝰ, ita eādē gratia tua ignis no
ſter libidinis ardēs extinguat, P.
In ſcti Joānis oris aurei epi ꝛ
cōfeſſo. Intr. Statuit ei dñs. clvij.
DEus, qui eccleſiā tuā Oro.
per os beati ioannis chryſo
ſtomi confeſſoris tui atq; pōtificis
mira eloquētia clarificas, concede,
q̄s, vt cuius doctrinis inſtruimur,
eius ſanctitatē imitando vita nr̄a
reformetur, P. Epla. Dedit dñs
cōfeſſionē ſancto ſuo. clvij. Grad.
Ecce ſacerdos magnꝰ. clvij. ỽ. Nō eſt
inuētꝰ. Halla. ỽ. Juſtus germinabit.
Quādo hoc feſtū celebratur poſt
dñicā. lxx. dr tractꝰ Beatꝰ vir qui ti
met dñm. clvij. Euāgeliū. In illo tē
pore, Sint lūbi veſtri precīcti, clviij.
Off. Veritas mea. clviij. Sec.
QUeſumus dñe deus noſter,
accipe munera dignāter oblata: et
meritis beati ioannis chryſoſtomi
cōfeſſoris tui atq; pōtificis, auxiliū
ſalutis nobis peruenire cōcede, P.
Cō. Bts ſeruꝰ. clviij. Poſtcō. oro.
MUnere ſacro ſatiati, ſuppli
ces dñe deprecamur, vt, in
tercedēte bto ioanne chryſoſtomo
cōfeſſore tuo atq; pōtifice, ſaluatio
nis tue ſentiamus augmentū, P.
In ſancte Agnetis ſecundo vir
ginis et martyris. Introitus.
VUltū tuū deprecabun
tur oēs diuites plebis:
adducentur rēgi virgi
nes poſt eam, proxime
eiꝰ offerētur tibi in le
titia et exultatione. ỽ. Eructauit cor
meū verbū bonū, dico ego opa mea re
gi. Glia pri. Glia in excelſis. Oro.
DEus, qui annua beate agne
tis martyris tue ſolennitate
letificas, da, vt, quam veneramur
officio: etiā pie cōuerſationis ſequa
mur exēplo, Per. Epla. Fratres,
Qui gloriatur. clx. Grad. Specie
tua ꝛ pulchritudine tua intēde, proſpe
re procede, et regna. ỽ. Propter verita
tē ꝛ manſuetudinē et iuſtitiā ꝛ deducet
te mirabiliter dextra tua. Halla, halla.
ỽ. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis: pro
pterea bñdixit te deus in eternū, halla.
Quādo hoc feſtū celebratur poſt
dñicā. lxx. dr tractꝰ. Qui ſemināt in
lachrymis. clx. Euāgeliū. In illo tē
pore, Simile eſt regnū celorū the
ſauro ab. clx. Offer. Diffuſa eſt gra

tia in labijs tuis: ꝓpterea bn̄dixit te deus in eternū ꝛ in ſeculū ſeculi. Sec.

SUper has hoſtias, q̄ſumus dn̄e, benedictio glłioſa deſcē/dat: que ꝛ ſanctificationē nobis clemēter operetur, ꝛ de beate agnetis martyris tue nos ſolennitate letifi/cet, Per. Cōm. Simile eſt regnū celorū homini negociatori querenti bo/nas margaritas: inuenta vna pretioſa margarita, dedit omnia ſua et compa/rauit eam: Poſtcōmunio. oratio.

SUmpſimus dn̄e celebritatis annue votiua ſacramenta. preſta, q̄s: vt, et tēporalis nobis vite remedia prebeant et eterne, P.

Quando feſtū ſcti Valerij occur/rerit in dn̄ica hiſtoriali, officiū miſ/ſe dicit̄ de dn̄ica: et feſtū ſancti Valerij mutetur in feriā ſcd̄am imme/diate ſequentē. ꝛ octau⁹ dies ſancti vincētij trāſfertur in feriā tertiam.

¶ In feſto ſancti Valerij epiſco/pi et confeſſoris. Introitus.

STatuit ei dn̄s teſtamen/tū pacis: et principem fe/cit eū: vt ſit illi ſacerdotij dignitas in eternū. ℣. Inueni dauid ſeruū meum, oleo ſcto meo vnxi eū. Glła pa. Glła in excel. Orō.

OMnipōs ſempiterne deus qui ſacrā beatiſſimi confeſſoris tui atq̄ȝ pontificis valerij ſolēnita/tē hodierna die venerari voluiſti, nos famulos tuos ab omī culpa liberos eſſe cōcede: vt ei⁹ interceſſione ad vitā perueniam⁹ eternā, P.

Lcō libri Eccłiaſtici. xliiij. xlv. et. l.

ECce ſacerdos magn⁹, qui in diebus ſuis placuit deo, ꝛ in/uētus eſt iuſt⁹: et in tēpore iracun/die factus eſt recōciliatio. Non eſt inuētus ſimilis illi, qui conſeruaret legē excelſi. Ideo iure iurando de/dit illi gloriā in gente ſua. Benedi/ctionē oīm gentiū dedit illi: et teſtamentū ſuū cōfirmauit ſup caput iacob, agnouit eū in bn̄dictiōib⁹ ſuis, conſeruauit illi hoīes miſericordie inueniētes gratiā in oculis omnis carnis, glłificauit illū in cōſpectu regū: ꝛ oſtēdit illi gloriam ſuā. Sta/tuit ei teſtamētū eternū: ꝛ dedit illi ſacerdotiū gētis: ꝛ beatificauit illū in gloria. Fungi ſacerdotio: ꝛ habere laudē, et glorificare populū ſuū in nōmine ſuo. Grad. Ecce ſacerdos magnus qui in dieb⁹ ſuis placuit deo. ℣. Nō eſt inuētus ſimilis illi qui cōſeruaret legē excelſi. Halła, hałła. ℣. Iu/ſtus germinabit ſicut liliū: et florebit in eternū ante dn̄m, hałła. Quādo celebrat̄ hoc feſtū poſt dn̄icā. lxx. di/citur ſequēs tract. Beat⁹ vir qui ti/met dn̄m: in mādatis ei⁹ cupit nimis. ℣. Potēs in terra erit ſemē eius: generatio rectorū benedicetur. ℣. Gloria et diuitie ī domo ei⁹: ꝛ iuſtitia ei⁹ manet in ſclm ſeculi. Scd̄m Lucam. xij. c.

IN illo tēpore, Dixit dn̄s ie/ſus diſcipulis ſuis, Sint lumbi veſtri precincti, et lucerne ardentes in manib⁹ veſtris. Et vos, ſimiles hoībus expectātibus dn̄m ſuū

quādo reuertatur a nuptijs: vt cū venerit, ꝛ pulſauerit, cōfeſtim aperiant ei. Beati ſerui illi, quos cū venerit dñꝰ, inuenerit vigilātes. Amē dico vobis, ꝙ precinget ſe, ꝛ faciet illos diſcūbere, ꝛ tranſiēs miniſtrabit illis. Et ſi venerit in ſecunda vigilia, et ſi in tertia vigilia venerit, ꝛ ita inuenerit: beati ſunt ſerui illi. Hoc autē ſcitote, qm̄ ſi ſciret pater familiaꝰ, qua hora fur veniret, vigilaret vtiqꝫ: ꝛ nō ſineret perfodi domū ſuā. Et vos eſtote parati: quia qua hora non putatis, filius hōminis veniet. Credo. Offer. Veritaꝰ mea ꝛ miſericordia mea cum ipſo: et in noīe meo exaltabit̄ cornu eiꝰ. Secret.

Corporis et ſanguinis tui oblata munera, q̄s dñe, vt accipias diligenter: et meritis preſulis beatiſſimi valerij nobis proficiant ad ſalutē, P. Cōm. Beatꝰ ſeruus, quem cum venerit dñs eius, inuenerit vigilantē: amen dico vobis ſup oīa bona ſua conſtituet eum. Poſtcō. oro.

Sacramēta, q̄ ſumpſimꝰ, ſpiritualis alimonie, q̄s dñe, nos mundent ꝛ muniāt: ꝛ intercedente beato valerio confeſſore tuo atqꝫ pōtifice nobis gratiā cōferant ſempiternā, P. ¶ In octauo die ſancti vincētij omnia dicūtur vt in die. Si aūt in eo occurrerit dñica hiſtorialis officiū miſſe dicit̄ de dñica: et octauus dies transferatur in feriā tertiā immediate ſequentē. ¶ In ſancti Ignatij epi ꝛ marty. Intr.

Gloria ꝛ honore coronaſti eū dñe: et cōſtituiſti eum ſuper opera manuū tuarū. V. Dñe dñs noſter, ꝙ admirabile eſt nomen tuū in vniuerſa terra. Glia pa. Glia in excelſis. Oro.

Deus, qui nos beati Ignatij martyris tui atqꝫ pontificis annua ſolēnitate letificaꝰ, concede propitiꝰ, vt cuiꝰ natalitia colimus, de eiuſdē etiā protectione gaudeamus, P. Epla. Chariſſime, Memor eſto dñm noſtrū ieſum. cliij. Gra. Poſuiſti dñe ſup caput eiꝰ coronā de lapide pretioſo. V. Deſideriū cordis eius tribuiſti ei: et voluntate labiorū eius nō fraudaſti eū. Halla, halla. V. Iſte ſanctus digne in memoriā vertitur hoim, qui ad gaudiū tranſijt angelorū, halla. Quādo hoc feſtū celebratur poſt dñicam. lxxe. dicit̄ trac. Deſideriū anime eiꝰ. cliiij. Euangel. In illo tēpore, Amē amē dico vobis, Niſi granum frumenti. fo. clv. Offer. Poſuiſti dñe in capite eiꝰ coronā de lapide precioſo: vitā petijt a te ꝛ tribuiſti ei, halla. Secreta.

Munera tibi dñe dicata ſctifica: ꝛ intercedente bto ignatio martyre tuo atqꝫ pōtifice, per eadem in nos placatus intende, P. Cōmu. Magna eſt gloria eiꝰ in ſalutari tuo: gloriam et magnum decorē impones ſuper eū dñe. Poſtcōm. oro.

Hec noꝰ cōmunio dñe purget a crimine: et intercedente bto ignatio martyre tuo atqꝫ pontifice, cele-

ſtis remedij faciat eſſe conſortes, Per. ¶ In ſancte Brigide virginis et marty. Int. Gaudeam⁹ oēs. Orō. clx.

Deus, qui beate brigide virgini inimicos ſuperare conceſſiſti: preſta nobis famulis tuis in te credētibus, vt per ei⁹ orationē atq; memoriā ab omī ira tempeſtatis liberari valeam⁹, Per. Ep'la. Confitebor tibi dn̄e rex. clx. Grad. Dilexiſti iuſtitiā ⁊ odiſti iniquitatem. ꝟ. Propterea vnxit te deus. Tract⁹. Qui ſemināt in lachrymis. clx. Quādo hoc feſtū celebrat poſt paſcha dicit. Halla. ꝟ. Diffuſa eſt gratia in la. clx. Euangel. In illo tēpore, Si'le eſt regnum celorū theſauro abſcō. clx. Offer. Offerentur regi virgines poſt eam. clx. Secreta.

Clementiā tuam dn̄e humiliter imploramus, vt, ſicut meritis beate brigide cecos illuminaſti, ita corda nr̄a ceca ei⁹ ſuffragijs illuminare digneris, P. Cō. Si'le eſt regnū celorū. fo. clx. Poſtcō. orō.

Deus, qui poſt multa tormenta ⁊ admirāda miracula beatā brigidā ad te gaudenter duxiſti: ita facias nos poſt multa bona opera orōne ei⁹ ad te letāter deduci, P.

¶ Quādo purificatio ṽginis marie occurrerit in dn̄ica hiſtoriali, benedictio ignis et candelarū fit tm̄; ſed officiū miſſe dicit de dn̄ica: ⁊ purificatio virginis Marie mutatur in feriā ſecundā immediate ſequentē. Et feſtū ſancti Blaſij transferatur ſuo ordine cum locus fuerit.

¶ In feſto purificatiōis b̄te Marie cū fuerit hora, cātet tertia: qua finita ſacerdos celebrās miſſam ſacris veſtib⁹ indut⁹ cū capa ſine caſula cū miniſtris indutis exeat ad cornu altaris vbi ep'la legit: ⁊ incēdat ignis nou⁹. Et poſtea itur ad pceſſionē vbi eſt conſuetū ad bn̄dicēdū dictū ignē nouū ⁊ cādelas. Et cū peruenerint ad locū vbi dictus ignis et cādele debēt bn̄dici ſtatim abſolute incipitur, p vt ſequitur.




pimꝰ per inuocati onē v nigeniti fi lij tu i domini nr̄i ieſu chriſti,
quē hodi e in tēplo preſentatū, iuſtū ſime onē di u expectantem
in vlnis ſuſcepiſſe nouimꝰ: et ſalutare tuum ante faciem omnium
populorū eſſe(lumē ſcilicet gentibꝰ et gloriam plebis tu e iſrael)
prophetico ſpiri tu docu iſſe, te queſumꝰ domine bene ✠ dicere di-
gneris lumen iſtud, et omnibus illud manu geſtantibus verum
lumen tu e ma ie ſtatis concede: vt te agnoſcentes, te diligen-


tes, te querentes, per viam virtutum ad te vale ant perueni re,
Per eundē dominū noſtrū ieſum chriſtū fi li um tuum: qui te-
cum viuit et regnat in vnitate ſpiritus ſancti deus. Per omnia
ſe cu la ſe cu lorum. ℟. Amen.
Benedictio cereorum.
Oremus.
D Eus ineffabilis potenti e, cuius v nigenitus cum noſtra hu
manitate hodierno di e in templo eſt a matre preſentatus, be-
ne ✠ dicere digneris hos cereos in honorem ſancti nominis tu i


conſecratos. ℟. Amē. Et concede ꝑ interceſſi onē virginis ma/
ri e, vt quicūq; illos manibus geſtauerint tēporali poti antur
ſoſpitate. ℟. Amē. Et a quibuſcunq; iſtorū flāma fuerit accen/
ſa, immūdorū ſpirituum falſitate depulſa, ſic mereantur perfrui tē
po ra li le ti ti a, quaten⁹ obuiam ſpōſo pergētes, lāpadarū lu
mine ſplēdentes ad nupti as vale ant intrare cum ſpōſo gaudē
tes, Per eundē. &c. ℟. Amē. Oremus. Omnipotens ſempiter/


ne deus, qui hodierna di e v nige ni tũ tuum iſra e li ti ce legi car
naliter ſubiectũ, cum myſticis hoſtiarum oblati o nibus in tẽplo
preſentari feciſti: quiq; iuſti ſime o nis longam expectati o nem
ipſius viſi o ne, atq; vlnarũ deportati one impleſti, da ſuper hoſ
cereos in honorẽ ſancti nominis tu i cõſecratos be ✠ nedictio-
nẽ tuam. Et preſta, vt qui eos hodi e ob amorẽ tu i nominis mani
bus geſtauerint, per ſancte de i genitricis interceſſi o nẽ, a preſenti


bus periculis eruantur, et mãſuris gaudijs inſeratur, P eundẽ, ꝛc.
℟ Amen. Oremus. Exaudi nos lumen indeficiens, domine deus
noſter, v nici luminis lumen, fons luminis, lumen author lumi-
nũ, qui creaſti et illuminaſti lumẽ angelorũ tu orũ ſedium, domi
nati o nũ, principatũ, poteſtatũ, et omnium intel ligibi lium: qui
creaſti lumen ſanctorũ tuorum. Sint lucerne tu e anime noſtre:
accẽdant a te, et illuminentur a te. ℟ Amẽ. Luceant veritate, ar



deant charitate, ℟. Amē. Luceant et nō tenebreſcāt: ardeāt et nō



cinereſcant. ℟. Amē. Bene ✠ dic hoc lumē o lumē: quia et hoc



qđ portamus in manibus tu cre aſti, tu donaſti: et ſicut nos per



hec luminari a que accendimus, de hoc loco expellimꝰ noctē: ſic et



tu expelle tenebras de cordibꝰ noſtris. ℟. Amen. Simus domus



tu a lucēs de te, lucens in te. Sine defectu luce amus et te ſemꝑ



colamus. ℟. Amen. In te accendamur et non extinguamur.

E



Saluator mundi qui cum eterno patre et ſpi ri tu ſancto viuis et



regnas deus: per omni a ſecula ſeculorum. ℟. Amen.

Exaudi queſumus dñe *Hic mutat vocē et dicit plane.* Oremus. plebem tuam: intercedente beata dei genitrice maria, et que extrinſecus annua tribuis deuotione venerari, interius aſſequi gratie tue luce cōcede. Per eundem dominum noſtrum ieſum chriſtum filium tuũ, qui tecum viuit et regnat in vnitate ſpiritus ſancti deus,



Per omni a ſecu la ſe cu lorum. ℟. Amen. Dominus vo biſcum



℟. Et cũ ſpiritu tu o. Surſum corda. ℟. Habemus ad do mi nũ.



Gratias agamꝰ domino de o noſtro. ℟. Dignum et iuſtum eſt.



Vere dignũ et iuſtum eſt, equũ et ſalutare, Nos tibi ſemꝑ et vbiqꝫ


gratias a ge re, domine ſancte pater omnipotēs e terne deus,
fons et origo to tius luminis, qui mundum illuſtraſti lumine tue
claritatis mittendo nobis vnigenitum tuum per v terum inteme
rate virginis; et quē longe ante promiſiſti prophetarum oraculis,
tēporibus nouiſſimis ipſum miſiſti( lucem populis ſedentibus in
tenebris et in regi one vmbre mortis ambulantibus) ipſa clari-
tas eſt exorta. Te quoqꝫ precamur; vt, has candelas nomini tuo


preparatas, tu a benedictione digneris bene ✠ dicere: q̄ nos trāſ-
tuliſti a poteſtate tenebrarū in lucē: et regnū fi lij tu i di le cti:
per quē exortū eſt in tenebris lumē rectis corde: et gaudi ū ſalutis
e terne. Et qui iuſtū ſimeonem fi de li impleſti expectati o ne (vt
non prius videret mortē q̄ eundē chriſtū tuum carne videret indu
tum, totius mundi ſaluta re lumē) nos lumine tu e claritatis ſic
repleas, vt omnes in fi de li ta tis tenebras a nobis repellas. Et


ſicut ſeruũ tuum hodi e dimi ſi ſti in pace: ita nos in pace ſancte
eccleſi e tu e digneris gubernare, vt portum eterne qui e tis va
leamus intrare, Quatenus ra dijs vere lucis profuſi, ibi in die
examſnis, leti cum hymnidicis ange lorum choris valeamus vi-
dere faciem indefeſ ſi ſolis. Qui tecũ viuit et regnat in vnitate
ſpiritus ſancti deus. Per omnia ſecula ſeculorum. ℟ Amẽ. Be
nedicti o de i omnipotẽtis pa ✠ tris et fi ✠ lij et ſpirit⁹ ✠ ſãcti



226

deſcendat et maneat ſuper vos et ſuper hos cereos. ℟. Amen.

Completa iſta benedictiōe ſtatim aſpergatur aqua benedicta ſuper ignem nouū et candelas et incenſetur. Poſtea diuidantur candele: quibus diuiſis incendantur, et cātetur incluſiue vſq; ad Accēdite: ter Aña. Venite et accendite. Sed in tertia vice cantetur tota.

Ve ni te et ac cen di te: Apta te lam pa des ve-

ſtras ec ce ſpon ſus ve nit ex i te ob-

ui am e i ſe uo ua en.

Qua cā tata can tatur ſe- quēs añ.

Lumen ad re ue la ti o nem gen ti um et glo ri am

ple bis tu e i ſra el, Nunc dimit tis.

Deinde dicitur ps. Nūc dimittis ſeruū tuum dn̄e ſcd̄m verbū tuū in pace. Iterū cantat᷑ aña. Lumen ad reuelationē. vt ſupra. Poſtea dr̄. ṽ. Quia viderunt oculi mei ſalutare tuū. Et iterū cantat᷑ aña. Lumē ad reuelationē. vt ſupra. Deinde dr̄. ṽ. Quod paraſti ante faciē omniū populorū. Et iterū cantatur aña. Lumē ad reuelationem. vt ſupra. Et demū dicit᷑. ṽ. Gloria patri. Sicut erat. Et poſtea repetitur aña. Lumē ad reuelationē. vt ſupra. His expletis fiat ſermo. Quo facto eodē ordine vt iuerunt in proceſſione redeunt ad eccleſiam cātantes añas ſequētes: vel partē earum ſecundū diſpoſitionem cantorum. Aña. Adorna thalamū tuum ſion, et ſuſcipe regem chriſtū: amplectere mariā que eſt celeſtis porta, ipſa enim portare regem glorie noui luminis ſubſiſtit virgo, adducens manibus filiū, ante luciferū genitū: quē accipiens ſimeō in vlnas ſuas, predicauit populo dn̄m eum eſſe vite ⁊ mortis, ⁊ ſaluatorē mūdi. Aña. Aue gratia plena, dei genitrix virgo, ex te enim ortus eſt ſol iuſtitie illuminans que in tenebris ſunt. letare et tu ſenior iuſte ſuſcipiens ieſum in vlnis, liberatorē animarū noſtrarū et donantē nobis reſurrectionē. Aña. Reſponſum accepit ſimeon a ſpiritu ſancto, non viſurum ſe mortem: niſi videret chriſtum dn̄i. et cum inducerent puerum in templum, accepit eum in vlnas ſuas, et benedixit eum et dixit, Nūc dimittis ſeruum tuū dn̄e, ſecundū verbū tuū in pace. Aña. Hodie beata virgo maria puerū ieſum preſentauit in tēplo, et ſimeō repletus ſpiritu ſancto accepit eum in vlnas ſuas et benedixit eū. Aña. Ecce maria venit ad templū cū puero ieſu cuius ingreſſu fulget ſanctuariū, et oīs terra letetur in corde ſuo, quē acceptis lāpadib⁹ curſu pſallebāt dicētes. Benedict⁹ qui venit in templum ſanctum ſuū, dn̄s. ¶ Quibus finitis dicitur miſſa. Ad miſſam. Introit⁹.



Uſcepimu⁹ deus miſericordiā tuā in medio templi tui ſecundum nomen tuum deus: ita et laus tua in fines terre, iuſtitia plena eſt dextera tua. ṽ. Magnus dominus et laudabilis nimis in ciuitate dei noſtri in monte ſancto eius. Gloria patri ⁊c. Gloria in excelſis deo. Oratio.

OMp̄s ſempiterne deus maieſtatem tuam ſupplices exoramus, vt, ſicut vnigenitus filius tuus hodierna die cum noſtre carnis ſubſtantia in templo eſt preſentatus, ita nos facias purificatis tibi mentibus preſentari, Per eundem. Lectio Malachie prophete. iij. a.

HEc dicit dominus deus, Ecce ego mitto angelum meum, et preparabit viam ante faciem meā. Et ſtatim veniet ad templū ſuum dn̄ator quē vos que-

ritis, et angelus teſtamenti, quem vos vultis. Ecce venit, dicit dñs exercituum: et quis poterit cogitare diem aduẽtus eius? Et quis ſtabit ad videndũ eum? Ipſe enim quaſi ignis cõflans, et quaſi herba fullonũ: Et ſedebit cõflans et emũdans argentũ, ⁊ purgabit filios leui. Et colabit eos quaſi aurũ et quaſi argentũ, ⁊ erũt dño offerentes ſacrificia i iuſtitia. Et placebit dño ſacrificiũ iudá et hieruſalẽ ſicut dies ſeculi et ſicut anni antiqui, Dicit dominus omĩpotẽs. Grad. Suſcepimus deus miſericordiã tuã in medio tẽpli tui: ſcđm nomen tuũ deus ita et laus tua in fines terre. ℣. Sicut audiuimus, ita et vidim⁹ in ciuitate dei noſtri in monte ſcõ ei⁹. Halla, halla. ℣. Poſt partũ virgo inuiolata permanſiſti: dei genitrix intcede ꝓ nobis, halla.

Quando hoc feſtũ celebratur poſt dñicã. lxx. dicitur ſequens tractus.

Nũc dimittis ſeruũ tuũ dñe, ſcđm verbũ tuũ in pace. ℣. Quia viderũt oculi mei ſalutare tuũ. ℣. Quod paraſti ante faciẽ omniũ populorũ. ℣. Lumen ad reuelationẽ gentiũ ⁊ gloriã plebis tue iſrael. Secundũ Lucam. ij. d.

In illo tempore, Poſtꝙ impleti ſunt dies purgationis marie ſecundũ legẽ moyſi, tulerũt ieſum in hieruſalem, vt ſiſterent eũ dño, ſi
Exo. 34. c. cut ſcriptum eſt in lege dñi. Quia omñe maſculinũ adaperiẽs vuluã, ſanctũ dño vocabitur. Et vt darẽt hoſtiã ſcđm qđ dictũ eſt in lege dñi

par turturũ, aut duos pullos colũ- Leui. 12. b.
barũ. Et ecce, homo erat in hieruſalẽ, cui nomẽ ſimeón, et homo iſte iuſtus et timorat⁹, expectãs cõſolationẽ iſrael: et ſpiritus ſanctus erat in eo. Et reſpõſum acceperat a ſpiritu ſancto, nõ viſurum ſe mortẽ, niſi prius vidéret chriſtũ dñi. Et venit in ſpiritu in templũ. Et cum inducerent puerũ ieſum parẽtes ei⁹, vt facerent ſcđm cõſuetudinẽ legis pro eo: et ipſe accepit eum in vlnas ſuas: ⁊ benedixit deũ, ⁊ dixit, Nunc dimittis ſeruũ tuũ dñe, ſcđm verbũ tuum, in pace: Quia viderũt oculi mei ſalutare tuũ, Qđ paraſti ante faciẽ omniũ populorum, Lumẽ ad reuelationẽ gentiũ, ⁊ gloriã plebis tue iſrael. Credo. Quo dicto reuerenter candele preſbytero offerantur. Offert. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in eternũ ⁊ in ſeculum ſeculi. Secret.

Exaudi, queſum⁹ dñe, preces noſtras: ⁊, vt digna ſint munera que oculis tue maieſtatis offerim⁹, intercedẽte beata dei genitrice maria ſubſidiũ nobis tue pietatis impende, Per eundem. Prefat. Eterne deus, Quia per incarnati verbi. Et dicitur dñica infra octauã et in octauo die. Cõm. Reſponſum accepit ſimeón a ſpiritu ſancto, nõ viſurũ ſe mortẽ, niſi vidéret chriſtũ dñi.

Queſum⁹ dñe Poſtcõ. oro. deus noſter, vt ſacroſancta myſteria que pro reparationis nr̃e

munimine contuliſti, intercedente beata dei genitrice maria, et p̄ſens nobis remediū eſſe facias, et futurū, Per eūdē. ¶ In die ſancti blaſij fit bn̄dictio panis ⁊c. que fieri debet cū cruce, lumine, ⁊ aqua benedicta: p vt ſequitur. ℣. Adiutoriū noſtrū in nomine dn̄i. ℟. Qui fecit celū et terrā. ℣. Sit nomē dn̄i benedictū. ℟. Ex hoc, nūc, et vſq̄ in ſeculū. ℣. Dn̄e exaudi orationē meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cū ſpiritu tuo. Oremus.

Domine ieſu chriſte, ver⁹ de⁹ noſter, per orationē ſanctiſſimi ſerui tui blaſij feſtina in adiutoriū noſtrū: et mox fac in nobis miſericordiā tuā, ad laudē et gloriā nominis tui, Qui viuis ⁊ regnas. Bn̄dictio.

Bene ✠ dic domie creaturā iſtā panis: et hi fruct⁹ ſint remediū ſalutare generis humani: ⁊ preſta per inuocationem nominis tui, vt quicūq̄ ex eis ſumpſerit, ſanitatē corporis et anime tutelā percipiat, Per. ℣. Dn̄s vobiſcū. ℟. Et cū ſpiritu tuo. ℣. Benedicam⁹ dn̄o ℟. Deo gratias.

Benedictio dei omnipotētis patris ✠ et fi ✠ lij et ſpi ✠ ritus ſancti deſcendat et maneat ſuper hunc panē et ſuper omēs fructus. ℟. Amē. Finita vero benedictione ſtatim aſpergatur aqua benedicta ſuper panes et fructus. ¶ In ſancti Blaſij epi̅ et martyris. Introit⁹. Letabitur iuſtus in dn̄o. folio. cliiij. Oratio.

Plebs tua dn̄e beati pontificis et martyris tui blaſij te glorificatione ſanctificet: et eodem ſemper precante, mereatur habere rectorē, Per. Epiſtola. Beat⁹ vir qui in ſapiētia morabitur. fol. cliiij. Grad. Poſuiſti dn̄e ſup. cliiij. ℣. Deſideriū anime eius. Halla, halla. ℣. Sācte blaſi tu p nobis funde preces dn̄o: vt poſſim⁹ exultare tecū ſine termino. halla. Quādo hoc feſtū celebratur poſt dn̄icam. lxx. dicit tract⁹. Deſideriū anime ei⁹. cliiij. Euāgeliū. In illo tpe, Si quis vult poſt me. cliiij. Offer. In virtute tua dn̄e letabit iuſtus, ⁊ ſup ſalutare tuū exultabit vehementer, deſideriū cordis eius tribuiſti ei in ſeculum ſeculi. Secreta.

Preſentia munera, q̄s dn̄e, ita ſerena pietate intuere, vt ſancti ſpūs perfundātur benedictione, et in noſtris cordib⁹ eā dilectionē validā operentur, per quā pontifex et martyr tu⁹ blaſius omnia corporis tormēta deuicit, P dn̄m. in vnitate eiuſdē. Cō. Qui vult venire. fol. clv. Poſtcō. orō.

Accepta eſca ſpiritualis ſacramēti, te deū ſaluatorē noſtrū ſuppliciter exoramus: vt interceſſione beati pontificis ⁊ martyris tui blaſij ab omibus diabolicis liberemur inſidijs, Per. ¶ In ſcti Gilberti confeſſo. Int. Os iuſti meditabitur ſa. clviij. Orō.

Deus, qui beatū gilbertum inter cōfeſſores tuos cōnume-

rari voluiſti: et virtute conſtantie cõtra fluct⁹ ſeculi roboraſti: tribue nobis, q̄s, famulis tuis, eius interceſſione gloriari: et ab omniũ nr̃orũ hoſtium impugnatiõe defendi, Per. Epl'a. Juſtus cor ſuũ tradet ad vigilandũ. clix. Gra. Os iuſti meditabitur ſapien. clix. ℣. Lex dei eius. Halle, ℣. Juſtus vt palma. Quãdo hoc feſtũ celebratur poſt dñicam. lxx. dicitur tract⁹. Deſideriũ anime eius. clix. Euangeliũ. In illo tẽpe, Nemo accendit lucernã. clix. Off. Deſideriũ anime eiu⁹. clix. Secreta.

Beatus gilbertus abbas pro nobis iugiter intercedat, vt, eiu⁹ ſupplicatione, conſortio tuorũ angelorum mereamur ſine fine cõiungi, P. Cõmu. Fidelis ſeruus et prudens. clx. Poſt cõ. oratio.

Preſta, q̄s oĩps deus: vt cui⁹ honore congregamur, eius oratione in tuo amore tua gratia cooperante moriamur, P. ¶ In octauo die ſancti valerij omĩa dicuntur, vt in die. Sed ſi in eo occurrerit dñica hiſtorialis, officium miſſe dicitur de dñica: et octauus dies mutetur in feriam ſecundam immediate ſequentẽ: et feſtum Dorothee transfert quo poterit, ſuo ordine. Si autem in eo euenerit feria quarta cinerũ, officium miſſe dicitur de ieiunio: et octauus dies mutetur in feriã quintã immediate ſequentẽ: et feſtũ Dorothee transfert quo poterit, ſuo ordine ¶ In die ſcte agathe virginis et martyris fit benedictio panis, cereorũ, et fructuũ: que fieri debet cũ cruce, lumine, et aqua benedicta: pro vt ſequitur. ℣. Adiutoriũ nr̃m in nomi ne dñi. ℟. Qui fecit celum et terrã. ℣. Sit nomen dñi benedictũ. ℟. Ex hoc, nunc, et vſq; in ſeculum. ℣. Dñe exaudi orationẽ meã. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dñs vobiſcũ. ℟. Et cũ ſpiritu tuo. Oremus. Oratio.

Domine ieſu chriſte vere de⁹ noſter, p merita beatiſſime agathe virginis et martyri⁹ feſtina in adiutoriũ noſtrũ: et fac nobiſcũ miſericordiã tuã. Qui dixiſti, Petite et accipietis, querite et inuenietis, pulſate et aperietur vobi⁹, ſaluator mũdi deus. Dñe ieſu chriſte, q̃ hodiernã diem beatiſſime agathe martyris conſecraſti, qui diuerſas creaturas ad ſalutẽ omniũ creaſti, qui ex quinq; panib⁹ et duob⁹ piſcibus quinq; milia hominũ ſatiaſti, ac populũ iudaicũ in deſerto miraculoſe pauiſti, qui etiam multitudinẽ paganorũ fugiẽtẽ ad ſepulchrũ virginis agathe ferentẽ velum ei⁹ contra ignẽ eripuiſti: vt comprobares quod a periculis incendij, meritis huius virginis agathe et martyris tue eos liberares, qui apoſtolum tuũ ad eam miſiſti: vt eam ab omni plaga curaret: et mamillam ſuo pectori reſtituiſti, inuocam⁹ te deũ viuũ et verũ: vt meritis beatiſſime virginis marie matris tue ac

meritis huius agathe virginis, bene ✠ dicere, et sancti ✠ ficare digneris hos panes et hos cereos et hos fructus seminū, vt, quicūq; ex eis comederint vel guſtauerint, liberētur ab omni incēdio ignis atq; ab omībus periculis. Et inuocato noīe tuo ſacratiſſimo, qḋ eſt ieſus: et inuocato nomine hui⁹ virginis, qḋ eſt agatha, vbicūq; apparuerit vel fuerit periculū ignis, ſiue aliqḋ ignis incendiū, proiecto modico pane bñdicto, in honore nominis ſancti tui et virginis marie ⁊ huius virginis agathe, nullum inde malū ſequatur, Qui cū patre et ſpirituſancto viuis et regnas, deus veru⁹, panis vite et intellectus, Per omnia ſecula ſeculorū. ℟. Amen. ℣. Dñs vobiſcū. ℟. Et cum ſpiritu tuo. ℣. Benedicam⁹ dño. ℟. Deo grās. Benedictio dei omīpotētis pa ✠ tris et fi ✠ lij et ſpiritus ✠ ſancti deſcendat et maneat ſuper hos panes et cereos et hos fructus ſeminū et ſuper omnes ex eis aliquid comedentes et ſuper quemcūq; locū incendij ignis. ℟. Amē. Finita vero benedictione ſtatim aſpergatur aqua benedicta ſuper panes et cereos et fructus. ¶ In ſancte Agathe virginis ⁊ martyris. Introit⁹. Gaudeam⁹ oēs in dño fo. clix. Orō.

Deus, qui inter cetera potentie tue miracula etiam in ſexu fragili victoriam martyrij contuliſti: concede propitius, vt, qui beate agathe virginis et martyris tue natalitia colimus, per eius exēpla ad te gradiamur, Per. Lectio libri Sapientie. viij. a.

Sapiētiam nō vincit malitia: attingit ergo a fine vſq; ad finē fortiter: ⁊ diſponit oīa ſuauiter. Hanc amaui et exquiſiui eā a iuuētute mea: et queſiui eam ſponſam mihi aſſumere: et amator fact⁹ ſum forme illi⁹. Generoſitatē illius glorificat, contuberniū habēs dei: ſed omniū dñs dilexit illā. Doctrix enim eſt diſcipline dei: ⁊ electrix operū illi⁹. Grā. Adiuuabit eā deus vultu ſuo: deus in medio eius nō commouebitur. ℣. Fluminis impetu⁹ letificat ciuitatem dei: ſanctificauit tabernaculum ſuum altiſſimus. Tractus. Qui ſeminat in lachrymis, vt in communi. folio. clx. Quādo hoc feſtū celebratur poſt paſcha dicit̄ ſequens. Halla, halla. ℣. Beata agatha ingreſſa carcerem benedicebat dominum ieſum chriſtum, halla. Euāgelium. In illo tēpore, Simile eſt regnū celorū theſauro abſcōdito. clx. Offer. Offerētur regi virgines poſt eā, proxime eius offerētur tibi in letitia ⁊ exultatione. Secr.

Suſcipe domine munera que in bte agathe martyris tue ſolennitate deferimus: cuius nos cōfidimus patrocinio liberari, P. Cōm. Qui me dignatus eſt ab omni plaga curare: ⁊ mamillam meam meo pectori reſtituere, ipſum inuoco deum viuum. Poſtcommunio. oratio.

229

A Uxilietur nobis dñe ſumpta myſteria: et intercedēte beata agatha martyre tua ſempiterna protectiōe cōfirment, P. ¶ In ſancte Dorothee virginis ⁊ martyris. Intr. Gaudeamus oēs. clix. Oro.

P Reſta, qs oṗs deus: vt ſancte dorothee virginis, cuius humanitatis celebramus exordia, eius meritis beneficia ſentiamus, P. Epla. Fratres, Qui gloriatur in dño glo. clx. Grad. Dilexiſti iuſtitiam. clx. V. Propterea vnxit te deus. Alla. V. Diffuſa eſt gratia. Quādo hoc feſtū celebrat poſt dñicā. lxx. dicitur tract. Qui ſeminat in lachrymis. clx. Euāgeliū. In illo tēpore, Simile eſt regnū celorū theſauro abſcōdi. clx. Offerto. Offerentur regi virgines. clx. Secreta.

P Reces noſtras, qs dñe, propitiat admitte: ⁊ dicatū tibi ſacrificiū beata dorothea martyr cōmendet, Per. Cōmu. Simile eſt regnū celorum. folio. clx. Poſtcō. oratio.

S Ancte dorothee virginis et martyris precibus cōfidētes qs dñe: vt, p ea q ſumpſimus, eterna remedia capiamus, P. ¶ In ſancte Helene, matris Cōſtātini, nec virginis nec martyris. Introitus. Gaudeamus omnes. clix. Oratio.

O Mnips ſempiterne deus, pietatē tuam ſuppliciter exoramus, vt, ſicut beatiſſime helene dominice crucis vexillum reuelare voluiſti, ita nos eiuſdē crucis ſanctificatiōe munitos, ab infeſtātis inimici iaculis eripias: ⁊ dona nobis perhennia largiaris, Per eundem.

Lectio libri Prouerbiorū. xxxi. a.

M Ulierē fortē quis inueniet? Procul, ⁊ de vltimis finibus pretiū eius. Confidit in ea cor viri ſui: et ſpolijs nō indigebit. Reddet ei bonū, et nō malū, oibus dieb9 vite ſue. Queſiuit lanā, et linū, ⁊ operata eſt cōſilio manuū ſuarum. Facta eſt quaſi nauis inſtitoris delonge portās panē ſuū. De nocte ſurrexit, deditq; predā domeſticis ſuis, et cibaria ancillis ſuis. Conſiderauit agrū, et emit eum, de fructu manuū ſuarū plantauit vineā. Accinxit fortitudine lūbos ſuos, et roborauit brachiū ſuum. Guſtauit quoniā bona eſt negociatio eius, nō extinguetur in nocte lucerna eius. Manū ſuā miſit ad fortia, et digiti eius apprehēderūt fuſum. Manū ſuā aperuit inopi, et palmas ſuas extēdit ad pauperē. Nō timebit domui ſue a frigoribus niuis, oēs enim domeſtici eius veſtiti ſunt duplicibus. Stragulatā veſtē fecit ſibi, byſſus et purpura indumētum eius. Nobilis in portis vir eius, quādo ſederit cū ſenatoribus terre. Sindonē fecit et vendidit, cingulum tradidit chananeo. Fortitudo ⁊ decor indumentū eius, ⁊ ridebit in die nouiſſimo. Grad. Aſtitit regina a dextris tuis in veſtitu deaurato, circūdata varietate. V. Audi filia ⁊ vide ⁊ inclina au-

rem tuā: quia cōcupiuit rex ſpeciē tuā. Halla, halla. ꝟ. Spirat redolētia fla/grans mundi gyrū, ſigna parent ingē/tia, ſtuporē gignunt mirum, nam hele ne clemētia omne fugat delirū, halla. Quādo hoc feſtū celebratur poſt dn̄icā. lxx. dicitur tract9. Qui ſemi/nant in lachrymis. vt in cōi. clx. Euā gelīū. In illo tēpore, Simile eſt re/gnū celorum. theſauro abſcon. clx. Offer. Filie regū in honore tuo, aſti/tit regina a dextris tuis in veſtitu de/aurato circundata varietate. Secret.

Hoſtiā laudis imolātes, ſup plices te dn̄e deprecamur: vt, bt̄a helena intercedēte, in cuius ho nore hoc agit̃, percipiam9 auxiliū, P. Cōm. Dilexiſti iuſtitiā et odiſti iniquitatem, propterea vnxit te deus deus tuus. Poſtcōm. orō.

Sumpto redēptionis nr̄e pi/gnore ſalutari, clementiā tuā dn̄e ſupplices exoramus, vt cuius exe/quimur guſtū, ſentiamus patroci/niū, P. ¶ In octauo die purifica/tionis bt̄e Marie oīa dicūtur vt in die. Sed ſi in eo occurrerit dn̄ica hi ſtorialis, officiū miſſe dicitur de dn̄i ca et octau9 dies mutetur in feriā ſcdām imediate ſequentē ꝛ ſancta Scholaſtica trāſferat̃ ſuo ordine. Si aūt in eo euenerit feria .iiij. cine rū, officiū miſſe dr̄ de ieiunio ꝛ octa uus dies mutet̃ in feriā quintā ime diate ſequētē. ꝛ Scholaſtica trāſfe rat̃ quo poterit ſuo ordine. ¶ In feſto Appolonie vgi. ꝛ marty. Int.

Vultū tuū deprecabun tur oēs diuites plebi9: adducentur regi virgi nes poſt eam, proxime eius adducētur tibi in letitia ꝛ exultatione. ꝟ. Eructauit cor meū verbū bonū: dico ego opa mea re/gi. Glr̄ia pa. Glia in excelſis. Orō.

Deus, pro cuius amore beata appolonia virgo ꝛ martyr a marā ſuſtinuit dētium excuſſionē, preſta, q̄s: vt, q̄ eius venerandā me moriā pia deuotione frequētant, a tanto dolore immunes cuſtodias: et ad bt̄e patrie gaudia perducas, Per. Epl̄a. Fratres, Qui gloria/tur. clx. Grad. Concupiuit rex decorē tuū, qm̄ ipſe eſt dn̄s deus tu9. ꝟ. Audi filia et vide et inclina aurē tuā: et obli/uiſcere populū tuū ꝛ domū patris tui. Tract9. Qui ſeminant in lachry. clx. Quādo hoc feſtū celebratur poſt paſcha dicit̃ ſeque9. Halla, halla. ꝟ. Adducentur regi virgines poſt eā: pro xime ei9 offerētur tibi in letitia, halla. Euangel. In illo tēpe, Sile eſt re/gnū celorū: theſauro. ab. clx. Off. Diffuſa eſt gr̄a in labijs tui9: ꝓpterea bn̄dixit te deus in eternū: ꝛ in ſclm̄ ſcli.

Hoſtias tibi dn̄e bt̄e Secre. appolonie martyris tue dica tas meritis benign9 aſſume: et ad perpetuū nobis tribue ꝓuenire ſub ſidiū, P. Cōm. Feci iudiciū ꝛ iuſtitiā dn̄e, nō calūnientur mihi ſupbi. ad oīa mādata tua dirigebar, omnē viā iniq̄/tatis odio habui. Poſtcōm. oratio.

O Diuini muneris largitate ſa-
tiati, q̃s dñe deus nr̃: vt inter
cedẽte beata appollonia martyre
tua, in ei⁹ ſemꝑ participatiõe viua-
m⁹, P. ¶ In ſcte Scholaſtice vir
ginis. Intr. Dilexiſti iuſti. clx. Oro.
FAmiliã tuã, q̃s dñe, bte virgi
nis tue ſcholaſtice meritis ꝓ
pitius reſpice: vt, ſicut ipſi⁹ precib⁹
imbrẽ celit⁹ deſcẽdere feciſti, ita ei⁹
ſupplicationibus ariditatẽ cordis
nr̃i ſupne digneris gratie rore per-
fundere, P. Epla. Dñs de⁹ meus
exal. clx. Gra. Diffuſa eſt gratia in la
bijs tuis, propterea benedixit te deus
in eternũ. ℣. Propter veritatẽ et mãſue
tudinẽ et iuſtitiã et deducet te mirabili
ter dextera tua. Halla, halla. ℣. Spe-
cie tua et pulchritudine tua intende,
proſpere procede et regna, halla. Quã
do hoc feſtũ celebratur poſt dñicã
lxx. dicitur tract. Qui ſeminant. clx.
Euãge. In illo tẽpore, Simile eſt
regnũ celorũ theſau. ab. clx. Offer.
Offerentur regi virgines. clx. Secre.
SUſcipe, q̃s dñe, ob honorem
ſacre virginis tue ſcholaſti-
ce mun⁹ oblatũ: vt, qd̃ nr̃is aſſequi
meritis nõ valem⁹, ei⁹ ſuffraganti-
bus meritis largiaris ſupplicibus,
P. Cõ. Sile eſt regnũ. clx. Poſtcõ.
OUos celeſti dñe refe- Oro.
ctiõe ſatiaſti bte (q̃s) ſchola
ſtice virginis tue meritis a cunctis
exue propitiatus aduerſis, Per.
¶ In ſancte Eulalie barchinon.
virginis et martyris. Introitus.
Gaudeamus oẽs fo. clix. Oratio.
DEus, qui nos bte eulalie vir
ginis et martyris tue annua
ſolẽnitate letificas, cõcede propiti⁹,
vt, ei⁹ adiuuemur meritis, cuius ca
ſtitatis irradiamur exẽplis, Per.
Epla. Confitebor tibi dñe rex. clx.
Grad. Dilexiſti iuſtitiam. clx. ℣. Pro-
pterea vnxit te de⁹. Halla. ℣. Diffuſa
eſt gratia. clx. Quãdo hoc feſtũ cele
bratur poſt dñicã. lxx. dr trac. Qui
ſeminãt in. clx. Euãge. In illo tẽpe,
Simile eſt regnũ celorũ theſau. ab.
clx. Offer. Offerentur regi virgi. clx.
OUeſum⁹ oẽs de⁹, vt, Secre.
huius ſacrificij munus obla
tũ, intercedẽte beata eulalia virgi-
ne et martyre tua, nos ſempiterna
ꝓtectione cõfirmet, P. Cõ. Simile
eſt regnũ celorũ. clx. Poſtcõ. oratio.
SUmpſimus dñe corporis et
ſanguinis tui diuina myſte-
ria: q̃s, vt intercedente beata eula-
lia virgine et martyre tua, per ea q̃
ſumpſimus mũdemur a vitijs, et a
periculis omnibus eruamur, Qui
viuis. ¶ In ſancti Ualentini preſ
byteri et martyris. Introitus.
IN virtute tua dñe le-
tabitur iuſtus, et ſuper
ſalutare tuũ exultabit
vehementer: deſideriũ
cordis ei⁹ tribuiſti ei.
℣. Quoniam preueniſti eum in bened
ictionibus dulcedinis, poſuiſti in capi-
te eius coronã de lapide pretioſo. Glo-
ria patri. Gloria in excelſis. Oro.

P Reſta, q̄s ōps deus, vt, qui beati valentini martyris tui natalitia colim⁹, a cūctis malis imminētibus eius interceſſiōe liberemur, P. Epl'a. Chariſſime, Memor eſto dn̄m nr̄m ieſum chriſtū. cliiij. Gra. Beat⁹ vir qui timet dn̄m, in mādatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit ſemē eius: generatio rectorū benedicetur. Halľa, halľa. ℣. Poſuiſti dn̄e ſuper caput eius coronā de lapide pretioſo, halľa. Quādo hoc feſtū celebratur poſt dn̄icā .lxx. dr. tract⁹. Deſideriū anime ei⁹. fol. cliiij.

S Secundū Mattheū. xvj. d.

I N illo tēpore, Dixit dn̄s ieſus diſciplis ſuis, Si quis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum, et tollat crucē ſuā, et ſequať me. Qui enim voluerit animā ſuā ſaluā facere, perdet eā. Qui perdiderit animā ſuā propter me, inueniet eam. Quid enim prodeſt homini, ſi vniuerſum mundū lucretur, anime vero ſue detrimentum patiatur? Aut quā dabit homo cōmutationē pro anima ſua? Fili⁹ enim hominis vēturus eſt in gloria patris ſui cū angelis ſuis: et tunc reddet vnicuiqꝫ ſecūdum opera ei⁹. Amen dico vobis, ſunt quidam de hic ſtantibus qui non guſtabunt mortem, donec videāt filiū hoīs venientē in regno ſuo. Offert. In virtute tua dn̄e letabitur iuſtus: et ſup ſalutare tuū exultabit vehemēter: deſideriū cordis ei⁹ tribuiſti ei in ſeculum ſeculi. Secreta.

O Blatis, q̄s dn̄e, placare muneribus: ꝛ intercedēte beato valētino martyre tuo a cūctis nos defende periculis, P. Cō. Magna eſt gl'ia ei⁹ in ſalutari tuo, gloriā ꝛ magnū decorē īpones ſup eū. Poſtc. oro.

S It nobis dn̄e reparatio mētis et corporis celeſte myſteriū: vt, cuius nos exequimur actionem, ſentiamus effectū, P. ¶ In ſancte Juliane virginis et marty.

M E expectaue- Intro. runt peccatores vt perderent me: teſtimonia tua dn̄e intellexi: omis conſumationis vidi finē, latū mandatū tuū nimis. ℣. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege dn̄i. Gl'ia pa. Gl'ia in Oro.

D Eus, qui nos annua b'te iuliane virgini⁹ ꝛ martyri⁹ tue ſolennitate letificas: da, vt quā veneramur officio: etiā pie conuerſationis conſequamur exemplo, P. Epl'a. Fratres, Qui gloriatur in dn̄o. clx. Gra. Diffuſa eſt grā i labijs tuis; propterea benedixit te de⁹ in eternū. ℣. Propter veritatē et manſuetudinem et iuſtitiam et deducet te mirabiliť dextera tua. Halľa, halľa. ℣. Specie tua et pulchritudine tua intende, proſpere procede ꝛ regna, halľa. Quā do hoc feſtū celebratur poſt dominicā ſeptuageſime dicitur. Tract⁹. Qui ſemināt in lachrymis. folio. clx. Euang. liū. In illo tēpore, Simile eſt regnū celorū theſauro abſcon.

fol.clx. Offerto. Offerentur regi vir
gines poſt eã, proxime eius offerentur
tibi in letitia et exultatione. Secret.
SUp has hoſtias, q̃s dñe, bñ
dictio glorioſa deſcẽdat: que
ſanctificationẽ nobis clemẽter ope
retur, et de beate iuliane martyꝛis
tue nos ſolennitate letificet, Per.
Cõm. Dilexiſti iuſtitiã et odiſti iniq
tatẽ: propterea vnxit te deus deꝰ tuꝰ.
SUmpſimus Poſtcõ. orõ.
dñe celebꝛitatis annue voti
ua ſacramenta, preſta, q̃s: vt et tẽ
poꝛalis nobiꝰ vite remedia p̃beant
et eterne, P. ¶ Quãdo cathedra
ſancti Petri apoſtoli occurrerit in
dñica, officium miſſe dicitur de dñi
ca: et cathedra ſancti Petri mute
tur in feriã ſecũdam immediate ſe
quentẽ. Quãdo aũt euenerit in fe
ria quarta cinerũ, officium miſſe fit
de ieiunio et cathedra tranffertur
in feriã quintã immediate ſequẽtẽ.
In cathedra ſcti Petri apli. Int.
STatuit ei dñs teſta
mentũ pacis: et princi
pẽ fecit eum, vt ſit illi
ſacerdotij dignitas in
eternum. ℣. Inueni da
uid ſeruũ meum: oleo ſancto meo vnxi
eũ. Glia pa. Glia in excelſis. Orõ.
DEus, qui beato aplo tuo pe
tro collatis clauibꝰ regni ce
leſtis ligãdi atq; ſoluẽdi pontificiũ
tradidiſti: cõcede propitiꝰ, vt, inter
ceſſionis eius auxilio a peccatoꝛũ
noſtroꝛũ nexibꝰ liberemur, Qui vi
uis. Lcõ eple bti Petri apli. I. i. a.
PEtrꝰ apls ieſu chꝛiſti, electiꝰ
ãduenis diſperſioniꝰ põti, ga
latie, capadotie, aſie, et bithynie, ſe
cundũ preſcientiã dei patris, in ſan
ctificationẽ ſpiritus, in obediẽtiam
et aſperſionẽ ſanguinis ieſu chꝛiſti:
gratia vobis et pax multiplicetur.
Benedictꝰ deꝰ et pater dñi noſtri
ieſu chꝛiſti, qui ſcdm magnã miſeri
coꝛdiã ſuã regenerauit noſ in ſpem
viuã, per reſurrectionẽ ieſu chꝛiſti
ex moꝛtuis, in hereditatem incoꝛru
ptibilẽ, ⁊ incontaminatã, et immar
ceſſibilẽ, cõſeruatã in celiſ in vobiſ,
qui in virtute dei cuſtodimini per fi
dẽ, in ſalutẽ, paratã reuelari in tẽ
poꝛe nouiſſimo. In quo exultatis,
modicũ nũc ſi opoꝛtet cõtriſtari in
varijs tentationibus: vt pꝛobatio
vr̃e fidei multo pꝛetioſioꝛ auro (qd
per ignem pꝛobatur) inueniatur in
laudẽ et gloꝛiã et honoꝛẽ in reuela
tione ieſu chꝛiſti domini nr̃i. Grad.
Exaltent eũ in eccleſia plebis, ⁊ in ca
thedra ſenioꝛũ laudẽt eũ. ℣. Confiteã
tur dñe miſericoꝛdie eius: et mirabilia
eius filijs hoim. Tractꝰ. Beatꝰ es ſi
mon petre, quia caro et ſanguis nõ re
uelauit tibi: ſed pater meꝰ q̇ eſt in celiſ.
℣. Dico tibi, quia tu es petrus: ⁊ ſuper
hanc petrã edificabo eccleſiã meam. ℣.
Et poꝛte inferi nõ pꝛeualebunt aduer
ſus eã, ⁊ tibi dabo claues regni celoꝛũ.
℣. Quodcũq; ligaueris ſuper terram,
erit ligatũ et in celis. ℣. Et quodcunq;
ſolueris ſuper terrã, erit ſolutũ et in ce

lis, dicit dñs. Secḋm Matth.xvi.b.

IN illo tẽpe, Venit dñs ieſus in partes ceſaree philippi: et interrogabat diſcipl'os ſuos, dicẽs, Quẽ me dicũt hoĩes eſſe filiũ hoĩs? At illi dixerũt, Alij ioãnẽ baptiſtã. Alij aũt heliã, Alij vero hieremiã, aut vnũ ex prophetis. Dicit illis ieſus, Vos autẽ quẽ me eſſe dicitis? Reſpondens ſimon petrus dixit, Tu es chriſtus filius dei viui. Reſpondens autẽ ieſus dixit ei, Beatus es ſimon bar iona: quia caro et ſanguis non reuelauit tibi, ſed pater meus qui in celis eſt. Et ego dico tibi quia tu es petrus, et ſup hãc petram edificabo eccleſiam meã, et porte inferi nõ preualebunt aduerſus eã. Et tibi dabo claues regni celorum. Et quodcunq; ligaueris ſuper terram, erit ligatum et in celis: et quodcunq; ſolueris ſuper terram, erit ſolutum et in celis. Credo. Offerto. Tu es petrus, et ſuper hanc petram edificabo eccleſiã meam: et porte inferi non preualebunt aduerſus eã, ⁊ tibi dabo claues regni celorũ.

Secreta. Eccleſie tue domine, queſumus, preces et hoſtias beati petri apoſtoli tui commendet oratio: vt quod pro illius gloria celebramus, nobis proſit ad veniam, Per. Prefatio. Equum et ſalutare, Te domine ſuppliciter exora. Cõmu. Tu es petrus, et ſuper hanc petram edificabo eccleſiam meam. Poſtcommunio, oratio.

Letificet nos dñe mun⁹ oblatũ: vt, ſicut ĩ beato apoſtolo tuo petro te mirabilẽ predicamus, ſic per illũ tue ſumamus indulgentie largitatẽ, P. ¶ In vigilia ſancti Mathie apl'i in officio miſſe omnia dicũtur vt in vigilia cõis apoſtolorũ. fo. cliij. Et ſi predicta vigilia venerit in quadrageſima nõ dicitur miſſa de vigilia. ¶ In anno biſextili feſtiuitas ſancti Mathie altera die qua euenerit celebretur ⁊ feſtiuetur a populo. Si autẽ venerit in ſabbato, feſtiuetur a populo in dñica ſequenti: et feria ſecũda celebretur. ¶ Quando feſtũ ſancti Mathie apoſtoli occurrerit in dñica, officiũ miſſe dicitur de dñica. et feſtũ Mathie mutet' in feriã ſecundã immediate ſequẽtẽ. Quãdo aũt euenerit in feria quarta cinerũ, officiũ miſſe dicit' de ieiunio: et feſtũ Mathie trãſfertur in feriã quintã immediate ſequẽtem.

¶ In ſcti Mathie apl'i. Introi.

Mihi aũt nimis honorati ſunt amici tui de⁹, nimis confortatus eſt principatus eorum. ℣. Dñe probaſti me et cognouiſti me, tu cognouiſti ſeſſionẽ meã et reſurrectionem meam. Gl'ia pa. Gl'ia in excelſis. Oratio.

DEus, q̃ beatũ mathiã apl'orũ tuorũ collegio ſociaſti: tribue, q̃s, vt, ei⁹ interuẽtione tue circa nos pietatis ſemp viſcera ſentiamus, P. Lcꝯo Actuũ apl'orũ.i.c.

I In diebus illis, Exurgēs pe
trus in medio fratrum, dixit
(Erat aūt turba nominū ſimul, fe-
re centū viginti) Viri fratres, opor
tet impleri ſcripturam quā predixit
ſpūſſanct⁹ per os dauid de iuda q̄
fuit dux eorū qui cōprehenderūt ie-
ſum: qui cōnumerat⁹ erat in nobis,
et ſortitus erat ſortē miniſterij hu-
ius. Et hic quidē poſſedit agrū de
mercede iniq̄tatis, ⁊ ſuſpenſus cre-
puit medius: ⁊ diffuſa ſunt oīa vi
ſcera ei⁹. Et notū factū eſt oīb⁹ ha
bitātib⁹ hieruſalē: ita vt appellaret̄
ager ille, lingua eorū, haceldemā,
ps. hoc eſt, ager ſanguinis. Scriptū eſt
68. enim in libro pſalmorū. Fiat cōmo
ratio eorū deſerta: ⁊ nō ſit qui inha
bitet in ea: ⁊ epiſcopatum eius acci
piat alter. Oportet ergo ex his vi-
ris q̄ nobiſcū cōgregati ſunt in oīi
tempore quo intrauit ⁊ exiuit inter
nos dn̄s ieſus, incipiēs a baptiſma
te ioānis vſq₃ in diē qua aſſumpt⁹
eſt a nobis, teſtē reſurrectiōis eius
nobiſcū fieri vnū ex iſtis. Et ſtatue
rūt duos, ioſeph, qui vocabat̄ bar-
ſabas, qui cognominatus eſt iuſt⁹:
et mathiā. Et orantes dixerūt, Tu
dn̄e qui corda noſti omniū, oſtēde
quē elegeris ex his duobus vnum,
accipere locū miniſterij hui⁹ ⁊ apo-
ſtolatus, de quo preuaricat⁹ eſt iu-
das vt abiret in locū ſuū. Et dede-
runt ſortes eis: et cecidit ſors ſuper
mathiā, et annumerat⁹ eſt cum vn
decim apoſtolis. Grad. Nimis ho-
norati ſunt amici tui deus, nimis con
fortatus eſt principatus eorū. ℣. Dinu
merabo eos, et ſuper arenā multiplica
būtur. Tract⁹. Beatus vir qui timet
dn̄m, in mādatis eius cupit nimis. ℣.
Potens in terra erit ſemen eius: gene
ratio rectorū benedicetur. ℣. Gloria et
diuitie in domo eius: ⁊ iuſtitia ei⁹ ma-
net in ſcl'm ſcl'i. Scd'm Lucā. xxij. c.

I Nillo tēpore, Facta eſt con-
tentio inter diſcipnlos ieſu,
quis eorū videretur eſſe maior. Di
xit aūt eis, Reges gentiū dominā-
tur eorū: ⁊ qui poteſtatē habent ſu
per eos, benefici vocātur. Vos au-
tem non ſic: ſed qui maior eſt in vo-
bis, fiat ſicut iunior: et qui preceſſor
eſt, ſicut miniſtrator. Nā quis ma-
ior eſt: qui recūbit, an q̄ miniſtrat?
Nonne qui recumbit? Ego autem
in medio veſtrum ſum ſicut qui mi-
niſtrat. Vos autem eſtis qui per-
manſiſtis mecum in tentationibus
meis. Et ego diſpono vobis, ſicut
diſpoſuit mihi pater meus, regnū:
vt edatis et bibatis ſuper menſam
meam in regno meo, et ſedeatis ſu
per thronos, iudicantes duodecim
tribus iſrael. Credo. Offert. In
omnē terrā exiuit ſonus eorū: et in fi-
nes orbis terre verba eorum. Secre.

D Eus, qui proditoris apoſta-
te ruinam (ne apoſtolorum
tuorum numerus ſacratus perfe-
ctione careret) beati mathie electio
ne ſuppleſti: preſentia munera ſan-
ctifica, et per ea nos gratie tue vir-

tute cōfirma, Per. Prefa Equū et ſalutare, Te dn̄e ſuppliciter exo/rare. Com. Uos qui ſecuti eſtis me, in regeneratione cum ſederit filius ho minis in ſede maieſtatis ſue ſedebitis et vos ſuper ſedes duodecim, iudican/tes duodecī trib⁹ iſrael. Poſtc̄. orō.

Preſta, q̄s op̄s et miſericors deus: vt, per hec ſancta que ſumpſim⁹: interueniente beato ma thia apoſtolo tuo, veniam conſe/quamur et pacem, Per dominū.

¶ In tranſlatione ſancti Auguſti ni doctoris eccleſie. Introitus.

In medio eccleſie ape/ruit os eius: et imple/uit eum dn̄s ſpū ſapiē tie et intellectus, ſtola glorie induit eum. ℣. Bonū eſt cōfiteri dn̄o ⁊ pſallere nomi/ni tuo altiſſime. Glia pa. Glia in exc.

Exaudi dn̄e preces Oratio. noſtras: quas in ſancti augu ſtini confeſſoris tui atq̄ pontificis tranſlatione deferimus: ⁊ eius, qui tibi digne meruit famulari, interce dentibus meritis, ab omnibus nos abſolue peccatis, Per. Epiſtola. Chariſſime, Teſtificor coram deo. clviij. Grad. Ecce ſacerdos magnus. clviij. ℣. Non eſt inuentus. Tractus. Beatus vir qui timet dominū. clviij. Quādo hoc feſtū celebrat̄ poſt pa ſcha dr̄ H allā. ℣. Juſt⁹ germinabit. clvij. Euāgeliū. In illo tēpe, Uos eſti⁹ ſal terre. clviij. dicitur. Cr redo. Offert. Ueritas mea. clviij. Secre.

Hoſtias tibi dn̄e pro tranſla/tione ſcti confeſſoris tui atq̄ pōtificis auguſtini offerim⁹, depre/cātes, vt, ſicut illi prebuiſti ſacre fi/dei claritatē, ſic nobis indulgentiā largiaris et pacē, P. Cōm. Beat⁹ ſeruus. folio. clviij. Poſtcōm. orō.

Sumētes dn̄e gaudia ſempi/terna participatiōe ſacramē ti, preſta, q̄s: vt, beati cōfeſſoris tui atq̄ pōtificis auguſtini cui⁹ trāſla/tionē agim⁹, precibus ſubleuemur, Per. ¶ In ſanctorū Emetherij et Celedonij martyrū. Introi. In/tret in cōſpectu tuo. clv. Orō.

Deus, q̄ nos concedis ſancto rū martyrū tuorū emetherij et cele donij natalitia colere: da nobis in eterna beatitudine de eorum ſocie/tate gaudere, Per. Epl'a Juſti au tē in perpetuū. clv. Gra. Glorioſus. clvj. ℣. Dextera tua. Tractus. Ueni/te bn̄dicti pa. clvj. Qn̄ hoc feſtū cele bratur poſt paſcha dicitur H allā. ℣. Scti tui dn̄e. clvj. Euāge. In illo tēpe, Nolite arbitrari. clvj. Offer. Letamini in dn̄o. folio. clvj. Secret.

Munera tibi dn̄e nr̄e deuotio nis offerimus: q̄, ⁊ pro tuorū tibi grata ſint honore iuſtorū: ⁊ no/bis ſalutaria te miſerāte reddāt̄, P. Cō. Juſtorū aīe. clvj. Poſtcō. orō.

Preſta nobis, q̄s dn̄e, inter/cedētib⁹ ſanctis tuis emethe rio ⁊ celedonio, vt, q̄ ore cōtigimus, pura mēte capiam⁹, P. Quādo fe ſtū ſcti Thome occurrerit in dn̄ica



233

officiū miſſe dr̄ de dn̄ica: ꝛ feſtū ſan
cti thome mutetur in feriā .ij. imme
diate ſequentē. Si aūt in eo euene/
rit feria quarta cinerū, officiū miſſe
dicit̄ de ieiunio: ꝛ feſtū ſcti Thome
mutet̄ in feriā quintā immediate ſe
quentē. ¶ In ſcti Thome de aqui
no confeſſoris. Introitus Os iuſti
meditabitur fol. clviij. Orō.
D Eus, q̄ eccl'iam tuā mira bti
thome cōfeſſoris tui eruditiōe cla/
rificas, ꝛ ſcā operatione fecūdas,
da nobis, q̄s, vt q̄ docuit, intellecta
conſpiciam⁹: ꝛ q̄ egit, imitatiōe cō/
pleam⁹. P. L cō lib. ſapiētie. vij. a.
O Ptaui et datus eſt mihi ſen
ſus: ꝛ inuocaui, ꝛ venit in me
ſpūs ſapientie. Et prepoſui illā re/
gnis ꝛ ſedib⁹, et diuitias nihil eſſe
duxi in cōparatione illius. Nec cō/
paraui illi lapidem pretioſum: quo
niā omne aurum in cōparatione il
lius arena eſt exigua, et tanq̄ lutū
eſtimabitur argētum in conſpectu
illius. Super ſalutē, et ſpeciem dile
xi illam, et propoſui pro luce habe/
re illam: quoniā inextinguibile eſt
lumen illius. Venerunt autē mihi
omnia bona pariter cū illa, et innu
merabilis honeſtas per manus il/
lius, et letatu⁹ ſum in oībus: quo
niā antecedebat me iſta ſapientia,
et ignorabā quoniā horum omniū
mater eſt. Quā ſine fictione didici,
et ſine inuidia communico, et hone
ſtatem illius non abſcondo. Infi/
nitus enim theſaurus eſt homini/
bus: quo qui vſi ſunt, participes fa/
cti ſunt amicitie dei. Gra. Os iuſti
meditabitur ſapientiā. clix. v. Lex dei
eius. Tract⁹. Deſiderium anime e⁹.
clix. Quando hoc feſtū celebratur
poſt paſcha dicitur. H alla. v. Iuſt⁹
vt palma florē clix. Euāgeliū. I n il/
lo tpe. Nemo accēdit lucernā. clix.
Offer. Deſideriū anime e⁹ Secret.
P Aſſionis filij tui dn̄i noſtri ie
ſu chriſti dn̄e memoriā recen
ſentes depoſcimus: vt quod tibi in
beati thome cōfeſſoris tui ſolenni/
tate offertur: ſacrificiū ſit acceptū,
Per eūdē. Cō Fidelis ſeru⁹ et pru/
dens folio. clix. Poſtcōmu. oratio.
H Ec nos, queſumus dn̄e, com
munio ſcā letificet: qua bea
ti thome confeſſoris tui ſuffragijs
virtutes corroborentur interius, et
actus pie operationis exerceantur
exterius, P. ¶ In ſanctarū Per/
petue ꝛ Felicitatis martyrū. Intr.
Offerētur regi virgines clx. Oratio.
D A nobis dn̄e deus noſter ſan
ctarū tuarū perpetue ꝛ felici
tatis feſtiuitate letari, ꝛ gaudia per
cipere ſempiterna, P. Epla. Fra/
tres, De virginib⁹ p̄ceptū dn̄i. clxj.
Grad. Media nocte cla. clxj. v. Tūc
ſurrexerūt oēs Tract⁹. Qui ſemināt
in lachrymis clxj. Quādo hoc feſtū
celebrat̄ poſt paſcha dicit̄. H alla.
v. Quinq̄ prudentes virgines. f. clxj.
Euangeliū. I n illo tēpe, Sile eſt
regnū celorū: decē virgi. clx. Offer.
Offerētur regi virgines. clx. Secret.

HOſtiā quā tibi dn̄e in honorē martyꝝ tuarū perpetue ꝛ felicitatis offerimus, a te nobis velociter impetret tue btitudinis fructū, Per. Cōmū. Quinqꝫ prudentes virgines fol. clxj. Poſtcō. oro.

DEus, q̄ nos concedis ſanctarū martyꝝ tuarū perpetue ꝛ felicitatis ſolēnia colere, da nobis, earū etiam virtutes imitari, Per.

¶ Quādo feſtum ſancti Gregorij occurrerit in dn̄ica, officiū miſſe dicitur de dn̄ica: ꝛ feſtum ſancti Gregorij mutetur in feriā tertiā immediate ſequentē, niſi quando euenerit a dn̄ica paſſiōis vſqꝫ ad paſcha: tunc enim tranſferatur poſt dn̄icā in albis, quo poterit ſuo ordine.

¶ In ſancti Gregorij pape et confeſſoris eccleſieqꝫ doctoris. Intro.

SAcerdotes dei benedicite dn̄m, ſancti et humiles corde laudate deū. ℣. Benedicite omnia opera dn̄i dn̄o: laudate ꝛ ſuper exaltate eū in ſecula. Gloria patri. Gloria in excelſis. Orō.

DEus, q̄ anime famuli tui gregorij eterne beatitudinis premia cōtuliſti, concede propitius: vt, qui peccatoꝝ noſtroꝝ pōdere premimur, eius apud te precibus ſubleuemur, Per. Epl'a. Chariſſime, Teſtificor corā deo clvij. Grad. Iurauit dn̄s et non penitebit eū, tu es ſacerdos in eternū, ſecundū ordinē melchiſedech. ℣. Dixit dn̄s dn̄o meo, ſede a dextris meis. Tract. Beatus vir qui timet dn̄m, clvij. Quādo hoc feſtū celebratur poſt paſcha dicit. Alla. ℣. Iuſtus germinabit, clvij. Euāgel. In illo tēpe, Vos eſtis ſal terre. clviij. dicitur Credo. Offert. Ueritas mea et miſericordia mea cū ipſo: et in noīe meo exaltabitur cornu eius.

ANnue, q̄s dn̄e: vt, Secreta. precibus famuli tui gregorij hec nobis proſit oblatio, quam immolando totius mūdi tribuiſti relaxari delicta, Per. Cōm. Fidelis ſeruus ꝛ prudēs, quem conſtituit dn̄s ſuper familiam ſuā: vt det illis in tempore tritici menſurā. Poſtcō. oro.

DEus, qui beatum gregorium pontificē ſanctoꝝ tuoꝝ meritis coequaſti, concede propitius: vt, qui cōmemorationis eius feſta percolimus, vite quoqꝫ imitemur exempla, Per.

¶ In inuentione corporū ſancte Engratie ſociorumqꝫ eius decē et octo martyꝝ. Introi.

CLamauerunt iuſti et dn̄s exaudiuit eos, et ex oībus tribulationibus eoꝝ liberauit eos. ℣. Benedicā dn̄m in omni tēpore: ſemꝑ laus eius in ore meo. Glia pa. Gloria in excelſis. Oratio.

REſpice, queſumus dn̄e, familiā tuā, et preſta: vt, qui ſacrorū corporū bte engratie ſocioꝝqꝫ eius inuētionē celebramus: eoꝝ interceſſione muniti, ab omi culpa ſimus liberi, Per. Lcō libri puer. xv. a.

LIngua ſapientũ ornat ſcien-
tiã: os fatuorum ebullit ſtul
titiã. In omni loco oculi dñi contẽ
plãt bonos et malos. Lingua pla
cabilis, lignũ vite: que aũt immode
rata eſt cõterit ſpiritũ. Stultus irri
det diſciplinã patris ſui: qui aũt cu-
ſtodit increpationes, aſtutior fiet.
In abundanti iuſtitia virtus ma-
xima eſt, cogitationes autẽ impio-
rum eradicabuntur. Domus iuſti
plurima fortitudo: et in fructibꝰ im
pij conturbatio. Labia ſapientum
diſſeminabũt ſcientiã: cor autẽ ſtul
torũ diſſimile erit. Victime impio-
rũ abominabiles dño: vota iuſtorũ
placabilia. Abominatio eſt domi-
no via impij: qui ſequitur iuſtitiã,
diligitur ab eo. Gra. Clamauerũt
iuſti et dñs exaudiuit eos: et ex oĩbꝰ
tribulationibus eorũ liberauit eos. ℣.
Iuxta eſt dñs his q̃ tribulato ſunt cor
de: et humiles ſpiritu ſaluabunt. Tra
ctus. Venite bñdicti patris mei. clvj.
Quãdo hoc feſtũ celebratur poſt
paſcha dicit. R. alla, alla. ℣. Exulta
bũt ſancti in gloria, letabũtur in cubi-
libꝰ ſuis, alla. Secũ Joãnẽ. xv. c.

IN illo tempore, Dixit dñs ie
ſus diſcipulis ſuis, Hec man
do vobis, vt diligatis inuicem. Si
mundus vos odit: ſcitote quia me
priorẽ vobis odio habuit. Si de mũ
do fuiſſetis: mundus qḋ ſuum erat,
diligeret. Quia vero de mũdo non
eſtis, ſed ego elegi vos de mundo:
propterea odit vos mundus. Me
mentote ſermonis mei, quẽ ego di-
xi vobis, Nõ eſt ſeruus maior dño
ſuo. Si me pſecuti ſunt: et vos per-
ſequẽtur. Si ſermonẽ meũ ſeruaue
runt: et veſtrũ ſeruabunt. Sed hec
omnia facient vobis ꝑpter nomen
meũ: quia neſciunt eũ qui miſit me.
Si non veniſſem ⁊ locutus fuiſſem
eis: peccatum nõ haberent. Nunc
autẽ excuſationẽ non habẽt de pec
cato ſuo. Qui me odit: et patrem
meũ odit. Si opera nõ feciſſem in
eis que nemo alius fecit: peccatũ
nõ haberent. Nunc aũt et viderũt,
et oderũt et me et patrẽ meũ. Sed
vt adimpleatur ſermo qui in lege
eorum ſcriptus eſt, Quia odio ha- ps.
buerunt me gratis. Offer. R eple- 34.
ti ſumus mane miſericordia tua: exul-
tauimus et delectati ſumus. Secret.

PReces noſtras, queſumꝰ do
mine, propitiatus admitte: ⁊
dicatũ tibi ſacrificiũ beate engratie
virginis et ſociorũ eius deprecatio
commendet, Per. Cõmu. Iuſtorũ
anime in manu dei ſunt, et non tanget
illos tormentum malitie: viſi ſunt ocu
lis inſipientium mori, illi autem ſunt
in pace. Poſtcommu. oratio.

SAncte engratie martyris et
ſociorum eius precibus con-
fidentes, queſumus domine: vt per
ea que ſumpſimus, eorumdem ſa-
crorum corporum inuentionem di-
gne celebremus, atq; eterna reme-
dia capiamus, Per. In ſancti
gabrielis archangeli. Introitus.

Ecce ego mitto angelum meū, qui preparabit viā ante faciē meam, ⁊ ſtatim veniet ad templū ſanctū ſuū dn̄ator quē vos queritis et angel⁹ teſtamenti quē vos vultis. ℣. Ego ſum gabriel qui aſto ante dn̄m ⁊ miſſ⁹ ſum loqui ad te et hec tibi euāgelizare. Gloria patri. Gloria in excelſis. Oro.

Deus, qui inter ceteros angelos ad annūciandum incarnationis tue myſteriū gabrielē archangelū elegiſti, concede clementius, vt, qui feſtū eius celebram⁹ in terris, eius patrocinium ſentiam⁹ in celis, Qui viuis. Lectio Danielis prophete. ix. ca. f.

In diebus illis, Dixit daniel pphe ta, Adhuc me loquente in oratione mea, ecce, vir gabriel quem videram in viſione a principio, cito volans tetigit me in tempore ſacrificij veſpertini, et docuit me: et locutus eſt mihi, dixitq;, Daniel, nunc ego egreſſus ſum vt docerem te, et intelligeres. Ab exordio precum tuarum egreſſu⁹ eſt ſermo: ego autem veni vt indicarem tibi, quia vir deſideriorum es: tu ergo animaduerte ſermonē, et intellige viſionem. Septuaginta hebdomades abbreuiate ſunt ſup populū tuū, et ſup vrbē ſanctā tuā, vt cōſumetur preuaricatio, ⁊ finē accipiat peccatū, ⁊ deleatur iniquitas, ⁊ adducatur iuſtitia ſempiterna, ⁊ impleat̄ viſio et prophetia: et vngatur ſanctus ſanctorū. Scito ergo et animaduerte: ab exitu ſermonis vt iterum edificetur hieruſalē, vſq; ad chriſtū ducē, hebdomades ſeptē ⁊ hebdomades ſexaginta due erunt: et rurſum edificabitur platea, et muri in anguſtia tēporū. Et poſt hebdomades ſexaginta duas occidetur chriſtus: et non erit eius populus qui eum negaturus eſt. Et ciuitatē ⁊ ſanctuarium diſſipabit populus cum duce venturo: et finis eius vaſtitas, et poſt finem belli ſtatuta deſolatio. Confirmabit autem pactum multis hebdomada vna: et in dimidio hebdomadis deficiet hoſtia ⁊ ſacrificium: et erit in templo abominatio deſolationis: et vſq; ad cōſummationem ⁊ finem perſeuerabit deſolatio. Grad. Miſſus eſt angel⁹ gabriel ad mariam virginē deſponſatam viro ioſeph. ℣. Et ingreſſus angelu⁹ ad eam dixit, aue gratia plena, dominus tecum: de ſpiritu ſancto concipies in vtero ⁊ paries filium, quem vocabis ieſum. Tract⁹. Gabriel fac me intelligere viſionem iſtam. ℣. Et venit et ſtetit iuxta, vbi ego ſtabā, dicens. ℣. Intellige fili hominis quoniā in tēpore finis complebitur viſio. Quando hoc feſtum celebratur poſt paſcha dicit̄.

Hall'a, hall'a. ℣. O gabriel qui fueris ſurſum diuina gloria, fac vt ſimus de ſuperi⁹ hinc, adepta victoria, halleluia. Euang. liiij. In illo tēpore, Miſſus eſt angelus gabriel a deo in ciuitatē ga. f. clxv. Offer. Recordare



235

gabriel tu nr̄e miſerie, et rogo ēmanuel
ſummū regē glorie: vt permutet mor-
tis fel in dulcorē glorie. Secre.
BEati archangeli gabrielis in
terceſſione adiuti, tuā imploram⁹
clementiā: vt, ſicut eius internūcio,
maria glorioſa, mater tua, mater-
nalē tuā dignitatē meruit audire,
ita ei⁹ fauore ⁊ oratione, venite be
nedicti patris mei, in die iudicij me
reamur audire, Qui vi. Cō. Aue
gabriel fidelis, cūctis immunis quere-
lis, nos ab orci ſerua celli⁹ ⁊ rogare deū
velis, ꝙ poteſtas michaelis ſurſum lo-
cet nos in celis. Poſtcōmu. oratio.
COncede nobis bone ieſu, vt,
ſicut gabrieli paranipho ma-
ria virgo patris tui mādato humi-
lime aſſenſit, ita nos facias hoc idē
ſemper ⁊ memorari ⁊ agere, Per.
¶ Quando feſtū ſancti Braulio
nis occurrerit in dñica, officiū miſ-
ſe dicitur de dñica: et feſtum ſancti
Braulionis mutetur in feriā ſecun
dā immediate ſequētē: ⁊ feſtū Jo-
ſeph trāſferatur ſuo ordine, cum lo
cus fuerit. Quando vero euenerit
in hebdomadis paſſiōis dñi aut de
ramiſpalmarū vſqꝫ ad feriā quar-
tā tenebrarū incluſiue, ipſo die quo
euenerit celebretur: niſi fuerit dñi-
ca. tūc enim trāſfertur in feriā ſecū-
dam immediate ſequētem et feſtū
Joſeph celebretur vbi poterit ſuo
ordine: ⁊ nihil fit de eius octauario.
Octauus tamē dies celebratur cū
primū poterit poſt octauā paſche
ſuo ordine: et dicitur miſſa vt infra
in ſuo die eſt ordinatū. ¶ Jn ſan-
cti Braulionis epi ⁊ cōfeſſo. Jnt.
STatuit ei dñs teſta-
mentū pacis: et princi
pē fecit eum, vt ſit illi
ſacerdotij dignitas in
eternum. ℣. Jnueni da
uid ſeruū meum: oleo ſancto meo vnxi
eū. Glia pa. Glia in excelſis. Oro.
DEus, qui per os beati Brau-
lionis cōfeſſoris tui atqꝫ pō-
tificis verbi tui arcana reſeraſti, et
hereticorū ſpurcitiā illi⁹ predicatio
ne confudiſti, fac nos, q̄s, famulos
tuos ex illius eruditiōe proficere, et
oratione defendi, Per. Epl'a. Ec-
ce ſacerdos magn⁹. Require in cō
muni. fol. clvij. Gra. Ecce ſacerdos
magn⁹ qui in diebus ſuis placuit deo.
℣. Nō eſt inuētus ſimilis illi q conſer-
uaret legē excelſi. Tract⁹. Beat⁹ vir
qui timet dñm, in mādatis ei⁹ cupit ni
mis. ℣. Potēs in terra erit ſemē eius,
generatio rectorū benedicetur. ℣. Glo
ria et diuitie in domo eius: et iuſtitia
eius manet in ſeculū ſeculi. Jn octa-
uo die quādo celebrat̄ poſt paſcha
nō dicitur ſupradictū grad. nec tra-
ctus: Sed dicuntur duo halla: pri-
mū de reſurrectione: ſcdm ſequēs
Halla, halla. ℣. Juſtus germinabit ſi-
cut liliū, et florebit in eternū ante do-
minū, halla. Euangeliū. Jn illo tē-
pore, Dixit dñs ieſus diſciplis ſuis.
Sint lūbi vrī precincti. folio. clvij.
Offer. Veritas mea et miſericordia

mea cum ipſo: et in nomine meo exal/
tabitur cornu eius. Secreta.
SAnctus tu⁹ braulio, q̄s dn̄e,
vbiqꝫ letificet: vt, dū eius me
rita recolim⁹, patrocinia ſentiam⁹,
Per. Cō Beat⁹ ſeruus, quē, cū vene
rit dn̄s eius, inuenerit vigilantē: amē
dico vobis, ſuper omnia bona ſua con/
ſtituet eū. Poſtcō. oratio.
PReſta, q̄s ops de⁹: vt, de per
ceptis munerib⁹ gratias exhiben/
tes, et intercedēte bt̄o braulione cō
feſſore tuo atqꝫ pōtifice, bn̄ficia po/
tiora ſumamus; P. ¶ Infra octā
uam ſancti Braulionis quādo fit
de octaua, fit idem officiū q̄d in die.
¶ In ſancti Joſeph confeſſoris
nutricij ſaluatoris. Introitus.
OS iuſti meditabitur ſa
pientiā: ⁊ lingua ei⁹ lo/
quetur iudiciū: lex dei
eius in corde ipſius. ꝟ.
Noli emulari in mali/
gnātibus, neqꝫ zelaueris faciētes iniq̄
tatē. Gloria pa. Glia in excel. Orō.
DEus, q̄ beato ioſeph, vt vni/
genito filio tuo digne et lau/
dabiliter deſeruiret, copioſum mu/
nus gratie cōtuliſti: da nobis, q̄s,
famulis tui⁹, noſtrorū veniā pecca
torū: vt, eius interueniētibus meri/
tis, ab oībus mereamur aduerſita
tibus liberari, P eundem. Epiſto/
la. Agnouit eū dn̄s in benedictio/
nibus ſuis. Require in vigilia apo
ſtolorū. fo. cliij. Grad. Dn̄e preueni
ſti eū in bn̄dictionib⁹ dulcedinis⁹, poſui
ſti in capite eius coronā de lapide pre/
tioſo. ꝟ. Vitā petijt a te, ⁊ tribuiſti ei lō
gitudinē dierū in ſeculū ſeculi. Tract.
Beat⁹ vir qui timet dn̄m, in manda/
tis ei⁹ cupit nimis. ꝟ. Potēs in terra
erit ſemē eius, generatio rectorū bene/
dicet. ꝟ. Gloria ⁊ diuitie in domo eius,
⁊ iuſtitia ei⁹ manet in ſeculum ſeculi.
Quādo hoc feſtū celebratur poſt
paſcha dicit̄ ſequēs All alla, halla. ꝟ.
Juſtus vt palma florebit, ſicut cedrus
libani multiplicabit, halla. Secundū
IN illo tēpe, Mattheū. j. c.
Cū eſſet deſponſata mater
ieſu maria, ioſeph, anteq̄ conueni/
rent, inuēta eſt in vtero habens de
ſpiritu ſancto. Joſeph aūt vir eius
cū eſſet iuſtus ⁊ nollet eā traduce/
re: voluit occulte dimittere eā. Hec
aūt eo cogitante, ecce, angelus dn̄i
in ſomnis apparuit ei, dicens, Jo/
ſeph fili dauid, noli timere accipere
mariā coniugē tuā. Qd̄ enim in ea
natū eſt, de ſpiritu ſancto eſt. Pa/
riet aūt filiū: et vocabis nomē eius
ieſum. Ipſe enim ſaluum faciet po
pulū ſuū a peccatis eorū. Offerto.
In virtute tua dn̄e letabit̄ iuſtus, ⁊ ſu
per ſalutare tuū exultabit vehemēter:
deſideriū cordis ei⁹ tribuiſti ei. Secr.
DEus, qui virginē mariā non
ſine magno myſterio ſpon/
ſam ioſeph virginis effici voluiſti,
cōcede, vt, ſicut ipſi amore ſpiritua/
li fuerūt vniti, ita facias nos ſimili
ſemp amore tibi vnitos, P. Cōm.
Beat⁹ ſeruus quē cū venerit dn̄s ei⁹

inuenerit vigilantem: amẽ dico vobis, ſuper omnia bona ſua cõſtituet eum.

Domine ieſu Poſtcõ. oro. chriſte maieſtatẽ tuã ſuppliciter rogamus: vt, ſicut pater tuus putatiuuꝰ ioſeph, virgo, dum vixit, tibi ſemper ⁊ obſequens ⁊ dux fuit, ita te duce, te et ipſum in celo videre mereamur. Qui viuis ⁊ regnaſ.

¶ In ſancti Benedicti abbatis ⁊ confeſſoris. Introitus.

Os iuſti meditabitur ſapientiã, ⁊ lingua eiꝰ loquetur iudiciũ: lex dei eius in corde ipſius. ℣. Noli emulari in malignãtibus, neqꝫ zelaueris faciẽtes iniquitatẽ. Gloria pa. Glĩa in excel. Oro.

Omnipotẽs ſempiterne deus, qui hodierna die carnis eductũ ergaſtulo beatiſſimum cõfeſſorem tuũ benedictũ ſubleuaſti ad celũ: concede, q̃s, vt, qui exultantibꝰ animis eiuꝰ claritati congaudent, ipſo apud te interueniẽte conſocientur in celis, Per. Epiſtola. Dilectus deo ⁊ hominibꝰ. Require in cõmuni. fo. clix. Grad. Os iuſti meditabit̃ ſapientiã: et lingua eius loquetur iudiciũ. ℣. Lex dei eiꝰ in corde ipſiꝰ ⁊ nõ ſupplãtabũtur greſſus eiꝰ. Tractꝰ. Deſideriũ cordis eiꝰ tribuiſti ei, et volũtate labiorũ eiꝰ nõ fraudaſti eũ. ℣. Quoniã preueniſti eũ in bñdictionibꝰ dulcedinis, poſuiſti in capite eiꝰ coronã de lapide pretioſo. Quãdo hoc feſtũ celebratur poſt paſcha dicitur ſequẽs Halla, halla. ℣. Iuſtus vt palma florebit, ſicut cedrus libani multiplicabit̃, halla. Euangeliũ. In illo tẽpe, Dixit dñs ieſus diſcipulis ſuiꝰ, Nemo accẽdit lu. clix. Offer. Deſideriũ cordis eius tribuiſti ei dñe, et volũtate labiorũ eius nõ fraudaſti eũ. Secreta.

Oblatis dñe ob honorem ſancti cõfeſſoris tui bñdicti placare muneribꝰ, ⁊ ipſius tuis famulis interuẽtu cunctorũ tribue indulgentiã peccatorũ, P. Cõm. Semel iuraui in ſcto meo, ſemẽ eius in eternũ manebit: et ſedes eiꝰ ſicut ſol in cõſpectu meo, et ſicut luna perfecta in eternũ ⁊ teſtiꝰ in celo fidelis. Poſtc. oro.

Perceptis tui corporis et ſanguinis dñe ſacramẽtis, cõcede nobiꝰ, ſupplicãte bto benedicto, vt, q̃ ꝓ illiꝰ venerãdo gerimꝰ obitu, nobiꝰ proficiãt ad medelã, Qui vi.

¶ Sciendũ eſt ꝙ de feſtiꝰ q̃ veniũt a dñica paſſiõis dñi incluſiue vſqꝫ ad dñicam in albis nihil tũc fit: ſed poſt octauã paſche collocãtur ſuo ordine, cũ locus fuerit. Niſi quãdo feſta ſcti Braulionis aut annũciationis ṽginis marie venerint vſqꝫ ad feriã quartã tenebrarum incluſiue: de quibꝰ videbit̃ in feſtis eorũ.

¶ In feſtis aũt q̃ celebrantur a feria. ij. poſt octauã paſche incluſiue vſqꝫ ad vigiliã penthecoſtes excluſiue, in fine cuiuſlibet introitꝰ, offertorij, cõmunionis, adiungitur vnũ halla. In miſſa ṽo poſt eplam nõ dicit̃ graduale cũ ſuo ṽſu: ſed duo

halla. ſcilicet pmū de reſurrectiōe, aut aſcēſiōe, ſcḋm de feſto cōcurrēti.

¶ Quū feſtū annūciationis vginis Marie occurrerit in dn̄ica, officiū miſſe dicit᷑ de dn̄ica et feſtū annun/ciatiōis beate marie mutetur in fe/riā ſecūdam immediate ſequentē. Quādo aūt euenerit in hebdoma dis paſſionis dn̄i, aut de ramiſpal/marū vſq̄ ad feriā quartā tenebra rū incluſiue, ipō die quo euenerit ce lebretur: niſi fuerit dn̄ica: tūc enim trāſfertur in feriā ſcḋam immedia/te ſequentē: ꝛ nihil fit de octauario. Octau⁹ tn̄ dies celebrat᷑ cū primū poterit poſt octauā paſche, ſuo or/dine: ꝛ dicitur miſſa vt infra in ſuo die eſt ordinatū. Si predictū feſtū annūciationis virginis marie poſt dictā feriā quartā tenebrarū vſq̄ ad feriā quartā poſt paſcha, vene/rit: tūc nihil fit de eo, ſed immediate celebret᷑ feria ſcḋa poſt dn̄icā in al/bis: ꝛ fit de ei⁹ octauario. Octau⁹ tn̄ dies celebrat᷑ octauo die ſequēti poſt feſti celebrationē.

¶ In annūciatiōe bt̄e marie virginis. Introi.

Rorate celi deſup et nubes pluāt iuſtū: aperiatur terra ꝛ germinet ſaluatorē. ℣. Et iu/ſtitia ei⁹ oriat᷑ ſi/mul: ego dn̄s creaui eū. Gl'ia pa. Gl'ia in excelſ. Oro.

Deus, q̄ de bt̄e marie virginis vtero verbū tuū, angelo nū/ciāte, carnē ſuſcipere voluiſti: pſta ſupplicib⁹ tuis, vt, q̄ vere eā dei ge/nitricē dei credim⁹, ei⁹ apud te int/ceſſionib⁹ adiuuemur, Per eundem.

Lectio Eſaie pphete. vij. b.

In diebus illis, Locutus eſt dn̄s ad achaz dicens, Pete tibi ſi/gnū a dn̄o deo tuo in profundū in/ferni, ſiue in excelſum ſupra. Et di/xit achaz. Nō petā, et non tentabo dn̄m. Et dixit, Audite ergo domus dauid, Nunq̄d parū eſt vobis moleſtos eſſe hoib⁹: q̄a moleſti eſtis ꝛ deo meo? Propter hoc dabit dn̄s ipſe vobis ſignū, Ecce, virgo conci/piet ꝛ pariet filiū: ꝛ vocabit᷑ nomen ei⁹ emanuel. Butirū et mel come/det, vt ſciat reprobare malū ꝛ eligere bonū. Gra. Spūs ſctūs ſupueniet in te, ꝛ virt⁹ altiſſimi obūbrabit tibi. ℣. Aue maria, gr̄a plena, dn̄s tecū. Su/pradictū graduale ꝛ ſequēs tract⁹ nō dicunt᷑, ſi hoc feſtū celebrat᷑ poſt paſcha. Trac. Aue maria, gr̄a plena, dn̄s tecū. ℣. Bn̄dicta tu in mulierib⁹, ꝛ bn̄dict⁹ fruct⁹ vētris tui. ℣. Ecce, concōcipies et paries filiū, ꝛ vocabitur nomē ei⁹ emanuel. ℣. Spūſſanct⁹ ſupue/niet in te, ꝛ virt⁹ altiſſimi obūbrabit tibi. ℣. Ideoq̄ ꝛ qḋ naſcet᷑ ex te ſctm, vo/cabitur fili⁹ dei. Quādo hoc feſtum celebrat᷑ poſt paſcha dicuntur duo halla. primū de reſurrectiōe. ſcḋm ſequēs. Halla, halla. ℣. Ecce, vgo concipiet, ꝛ pariet filiū ieſum chriſtū, hall.

Euange. In illo tēpe, Miſſus eſt angelus gabriel, vt ſupra. fol. clxv.

Offer. Aue maria, gratia plena, dñs tecũ: benedicta tu in mulieribus, et benedict⁹ fructus vẽtris tui. Secreta.

IN mẽtibus noſtris dñe vere fidei ſacramẽta cõfirma: vt, qui conceptũ de virgine deũ et hominẽ verũ cõfitemur: p eius ſalutifere reſurrectiõis potentiã ad eternã puenire mereamur letitiã. P. eundẽ. Pꝛefat. Eterne de⁹. Et te in annũciatione bte marie. Et dicitur infra octauam quãdo fit de ea. Cõm. Ecce, virgo cõcipiet, ⁊ pariet filiũ, ⁊ vocabitur nomẽ eius emmanuel.

GRatiã tuã, q̃s Poſtcõ. oro. dñe, mẽtibus noſtris infunde, vt, qui angelo annũciãte chꝛiſti filij tui incarnationẽ cognouimus: per paſſionẽ eius et crucẽ ad reſurrectionis gloꝛiã pducamur. P eun.

¶ In octauo die ſcti Braulionis omia dicunt' vt in die eſt oꝛdinatũ. Et celebꝛetur alio die immediate poſt feſtũ annũciationis beate marie, niſi fuerit dñica, aut hebdomada paſſionis dñi, vel de ramis palmarum. Super hoc vide rubꝛicam ſupra in vigilia ſancti Braulionis.

¶ Infra octauam annũciationis beate marie, quando fit de octaua, fit idem officium quod in die.

¶ In octauo die annunciationis virginis marie omia dicũtur vt ſupra in die eſt oꝛdinatũ. Et celebꝛet' pꝛimo die Apꝛilis, niſi fuerit dñica aut hebdomada paſſionis dñi vel de ramis palmarũ, vel infra octauã paſche. Sup hoc vide rubꝛicã ſup in vigilia annũciatiõis vgi. marie.

¶ In feſto vni⁹ martyꝛis a paſcha vſq ad penthecoſten: vbi ali⁹ ſpecialis non aſſignatur. Introitus.

PRoteriſti me de⁹ a conuentu malignantiũ, halla: a multitudine operantiũ iniquitatẽ, halla, halla. V. Exaudi de⁹ oratiõnẽ meã cũ depꝛecoꝛ, a timoꝛe inimici eripe animã meã. Gloꝛia patri. Gloria in excelſis. Oꝛatio competens dicitur. Lectio libꝛi Sapiẽtie. v. a.

STabunt iuſti in magna conſtantia aduerſus eos qui ſe anguſtiauerũt, et qui abſtulerũt labores eoꝛũ. Videntes turbabuntur timoꝛe hoꝛribili, ⁊ mirabũtur in ſubitatiõe inſperate ſalutis gemẽtes pꝛe anguſtia ſpiritus: dicẽtes intra ſe, penitentiã agentes, et pꝛe anguſtia ſpiritus gemẽtes, dicentes, Hi ſunt quos habuim⁹ aliquãdo in deriſum, ⁊ in ſimilitudinẽ impꝛoperij. Nos inſenſati vitã illoꝛum eſtimabamus inſaniã, ⁊ finẽ illoꝛũ ſine honoꝛe: ecce quomodo cõputati ſunt inter filios dei, et inter ſanctos ſoꝛs illoꝛũ eſt. ¶ A paſcha vſq ad penthecoſten nõ dicitur graduale: ſed loco graduali⁹ dicitur pꝛimũ halla de reſurrectione, vel de aſcenſione, ſcdm de feſto concurrenti. H alla, halla. V. Hic eſt vere martyꝛ q̃ p chꝛiſti

noie ſanguinē ſuū fudit: ⁊ ideo regnat cū illo, hallā. Scdm Joannē. xv. a.

IN illo tempore, Dixit dñs ieſus diſcipulis ſuis, Ego ſum vitis vera: et pater meus agricola eſt. Omnē palmitē in me non ferētē fructū, tollet eū: et omnē qui fert fructū, purgabit eū, vt fruct⁹ plus afferat. Jā vos mūdi eſti⁹ propter ſermonem quē locutu⁹ ſum vobis. Manete in me: ⁊ ego in vobis. Sicut palmes nō poteſt ferre fructū a ſemetipſo, niſi manſerit in vite: ſic nec vos niſi in me manſeritis. Ego ſum vitis: vos, palmites. Qui manet in me, ⁊ ego in eo: hic fert fructū multum, quia ſine me nihil poteſti⁹ facere. Si quis in me nō manſerit: mittetur foras ſicut palmes, et areſcet, et colligent eū, et in ignem mittunt et ardent. Si māſeritis in me, et verba mea in vobis manſerint: quodcūqꝫ volueritis petetis, et fiet vobis. Offer. Repleti ſumus mane miſericordia tua, et exultauimus: ⁊ delectati ſum⁹, hallā. Secreta cōpetēs dicit. Cōmu. Ego ſum vitis vera et vos palmites: q̄ manet in me et ego in eo, hic fert fructū multū, hallā. Poſt cōmunio oratio competēs dicitur.

¶ In natalitijs plurimorū martyrū a paſcha vſqꝫ ad pēthecoſtē, vbi ali⁹ ſpecialis nō aſſignat. Introi.

Sancti tui dñe bñdicēt te, gloriam regni tui dicent, hallā. ℣. Exaltabo te dñe qm̄ ſuſcepiſti me: nec delectaſti inimicos meos ſup me. Glia pa. Gloria in excelſis. Oro cōpetēs dicitur. Epla. Stabūt iuſti i magna cōſtā. reqre ſupra in cōmuni vni⁹ martyris a paſcha vſqꝫ ad penthecoſten. primū hallā de reſurrectiōne, vel de aſcēſione. ſecūdū ſequēs. Hallā, hallā. ℣. Exultabunt ſancti in gloria, letabunt in cubilib⁹ ſuis, hallā.

¶ Secundum Joannē. xv. ca.

IN illo tēpore, Dixit dñs ieſus diſcipulis ſuis. Ego ſum vitis: vos, palmite⁹. Qui manet in me, ⁊ ego i eo: hic fert fructū multū, quia ſine me nihil poteſtis facere. Si q̄s in me nō māſerit: mittetur foras ſicut palmes, ⁊ areſcet, ⁊ colligēt eū, et in ignē mittunt et ardēt. Si manſeritis in me, et verba mea in vobi⁹ māſerint: qđcunqꝫ volueritis petetis, et fiet vobis. In hoc clarificat⁹ eſt pater meus: vt fructū plurimū afferatis, ⁊ efficiamini mei diſcipuli. Sicut dilexit me pater, et ego dilexi vo⁹. Manete in dilectiōe mea. Si precepta mea ſeruaueritis, manebitis in dilectiōe mea: ſicut ⁊ ego precepta patris mei ſeruaui, et maneo in eius dilectione. Hec locutu⁹ ſum vobis: vt gaudiū meū in vobi⁹ ſit, et gaudiū veſtrum impleatur. Offert. Fulgebūt iuſti, et tanq̄ ſcintille in arūdineto diſcurrēt: iudicabūt gentes et regnabūt in eternum, hallā. Secr. cōpetēs dr. Cō. Gaudete iuſti in dño, hallā: recto⁹ decet collaudatio, hallā: Poſtcō. oro competens dr.

¶ De confeſſoribus et virginibus a paſcha vſq; ad penthecoſten ut officium miſſe ſicut in cōmuni per totū annum. ¶ In ſancti Iſydori epiſcopi et confeſſoris. Introi. Statuit ei dn̄s. folio. clvii. Oratio.

Deus, qui nos annua bti iſydori cōfeſſoris tui atq; pōtificis ſolēnia frequētare cōcedis: preſta q̄s: vt qd ille noſtris auribus excellēter infudit: intelligētie cōpetētis eruditione capiamus, P. Epla. Ecce ſacerdos magnus. clvij. Quādo hoc feſtū celebratur ante dn̄icā paſſionis dn̄i dr Gra Ecce ſacerdos. clvij. v. Nō eſt inuē. Trac Beatus vir qui. clvij. Quādo aūt celebrat poſt paſcha, loco grad. dr primū halla. de reſurrectione, ſcdm Halla. v. Juſtus germinabit ſi. clvii. Euangeliū. In illo tēpore, Sint lūbi vrī. clvij. Offer Veritas mea. clviij. Secret.

Deus, qui in cōponēdis hūanarū et ſacrarū literarum libris beato iſydoro ingeniū acerrimū cōceſſiſti: tribue nobis, q̄s: vt ipſorū librorū doctrinā et legere et intelligere valeamus, P. Cōm. Beatus ſeruus. clvij. Poſtcōmu. oro.

Beati iſydori confeſſoris tui hiſpalēſis pontificis meritis coronemur: cuius copioſa doctrina et mellea lectione letamur, P. In ſancti Vincētii cōfeſſo. de ordi. predi. Int Os iuſti meditabit ſa. clviij.

Omnipotens ſempit'ne deus, Oro. qui innumeros iudeorū ac gētiliū populos ad agnitionē tue lucis beati vincētij cōfeſſoris tui predicatione venire tribuiſti, da eccl'ie tue, q̄s, vt eius ſemp protegatur auxilijs, cuius glorioſis miraculis et exēplis illuſtrare nō definis, P. Epla. Juſtus cor ſuū tradet ad vigi. clix. Quādo hoc feſtū celebratur ante dn̄icā paſſionis dn̄i dicitur Grad. Os iuſti meditabit ſap. clix. v. Lex dei eius. Tract Deſideriū anime eius. clix. Quādo autē celebrat poſt paſcha loco grad. dr primū halla de reſurrectione: ſcdm Halla. v. Juſtus vt palma florebit. clix. Euangeliū. In illo tēpore, Nemo accēdit lucernā. fol. clix. Offer Deſideriū anime eius. clix.

Deus, qui beatū vin Secret. centium ex latratu vt canis ex vtero ſue matris ſepius audito futurū eximium predicatorem premonſtraſti, cōcede propitius: vt, ſicut latratu ſue ſancte predicatiōis multos iudeos ad tuā ſanctam fidē duxiſti, ita nos ad eam opere ſectandam meritis eius adducere digneris, Per. Cōmu. Fidelis ſeruus et prudens. clix. Poſtcōmu. oratio.

Omnipotens ſempiterne deus, qui tam clarū munus gratie matri beati vincētij cōfeſſoris tui conferre voluiſti, vt ſine grauedie grauida, ipſum in vtero geſtaret; ita facias nos a nr̄a mr̄e eccl'ia ſine pcti grauedine hilariter geſtari, Per.

¶ In ſcti Leonis pape et cōf. Intro. Statuit ei dn̄s. clvij. Oro.

E Xaudi dn̄e preces nr̄as: quas in ſancti confeſſoris tui atq pontificis leonis ſolēnitate deferimus: et, eius qui tibi digne meruit famulari intercedētibꝰ meritis, ab oībus nos abſolue pctīs, P. Epl'a. Dedit dn̄s confeſſionē ſancto ſuo. clvij. Loco grad. dicit' primū halla de reſurrectione: ſecūdū H alla. ṽ. Juſtus germinabit fo. clvij. Euāgeliū. I n illo tēpe, Sint lumbi veſtri preci. clvij. Off. Ueritas mea. clviij.

S Ancti leonis confeſſoris tui atq pōtificis, q̄s dn̄e, annua ſolennitas pietati tue nos reddat acceptos: vt, p hec pie placationis officia, et illū beata retributio comitetur, et nobis glorie tue dona conciliet, Per. Cō. Beatus ſeruus. clviij. Poſtcōm. oratio.

D Eus fideliū remunerator animarū, preſta, q̄s: vt, bti leonis cōfeſſoris tui atq pontificis, cuius venerandā celebramꝰ feſtiuitatē, precibꝰ indulgētiā cōſequamur, P. ¶ In ſctoꝝ Tiburtij ⁊ Valeriani ⁊ Maximi martyꝝ. Introi.

S Ancti tui dn̄e bn̄dicēt te, gloriam rēgni tui dicent, halla. ṽ. Exaltabo te dn̄e rex et benedicā nomē tuū in ſeculū et in ſeculū ſeculi. Glia patri.

P Gloria in excelſis. Oratio. Reſta, q̄s ops deus: vt, qui ſanctoꝝ tuoꝝ tiburtij et valeriani et maximi ſolēnia colimus, eorum etiā virtutes imitemur, P. Epl'a. Stabūt iuſti in magna cōſtantia. reqre ſup in cōi tēpe reſurrectionis. Loco grad. dr pmū halla de reſurrectiōe, ſcdm. H alla, halla. ṽ. Gaudete iuſti i dn̄o, rectos decet collaudatio, halla. Euāg. I n illo tpe, Ego ſum vitis et vos palmites, reqre ſup in cōi tpe reſurrectiōis. Offert. L etamini in dn̄o et exultate iuſti, et gliamini oēs recti corde, halla. Secr.

H Oſtia hec, q̄s dn̄e, quā in ſāctoꝝ tuorum natalitijs recēſentes offerimꝰ, et vincula nr̄e prauitatis abſoluat, et tue nobis miſericordie dona conciliet, Per. Cōmu. G audete iuſti in dn̄o, halla, rectos decet collaudatio, halla. Poſtcōmu. oratio.

S Acro munere ſatiati, ſupplices te dn̄e deprecamur: vt, qd debite ſeruitutis celebramꝰ officio, intercedētibus ſctīs tuis ſaluationis tue ſentiamꝰ augmentū, Per.

¶ Qn̄ feſtū ſcte Engratie et decē ⁊ octo martyꝝ occurrerit i hebdomadis paſſiōis dn̄i, vl' de ramiꝰ palmarū, aut ifra octauā paſche, trāſferat' poſt dictā octauā et celebret' cū primum poterit ſuo ordine. Qn̄ aūt euenerit i dn̄ica hiſtoriali poſt paſcha, fit officiū miſſe de feſto: ⁊ hiſtoria mutat' in dn̄icā, prime vēturā. ¶ In feſto ſcte Engr̄e ⁊ decē ⁊ octo martyꝝ ceſaraugusta. Introi.

CLamauerunt iuſti, et dn̄s exaudiuit eos: et ex oībus tribulationibus eoꝝ, liberauit eos, halleluia. ṽ.

Clamauerunt iusti et

239

Benedicam dño in omni tẽpore, ſem/
per laus eiꝰ in ore meo. Gloria patri.
Gloria in excelſis deo. Oratio.
Reſpice, q̃s dñe, familiã tuã,
et preſta, vt, bte engratie ſo/
ciorũq; eius interceſſione munita,
ab omni ſit culpa defenſa, P. Epla.
Lingua ſapientũ ornat ſcien. Re/
quire in inuẽtiõe eiuſdẽ. ccxj. Loco
grad. dicitur primũ halla de reſur/
rectione. ſcdm Halla halla. v Exul/
tabũt ſcti in glia, letabũtur in cubilibꝰ
ſuis, halla. Euangeliũ. In illo tẽpo
re, Dixit dñs ieſus diſcipulis ſuis.
Hec mãdo vobis. fol. ccxj. Offert.
Repleti ſumꝰ mane miſericordia tua:
exultauimus ⁊ delectati ſumus, halla.
Preces nr̃as, q̃s dñe, Secr.
propitiatus admitte: ⁊ dica/
tum tibi ſacrificium beate engratie
martyris ⁊ ſociorũ eius deprecatio
comẽdet, P. Cõm. Iuſtorũ anime
in manu dei ſunt, ⁊ nõ tanget illos tor
mentũ malitie: viſi ſunt oculis inſipiẽ
tiũ mori: illi autem ſunt in pace, halla.
Sancte engra/ Poſtcõ. oro.
tie et ſociorũ eius precibꝰ cõ/
fidẽtes, q̃s dñe: vt, per ea q̃ ſumpſi/
mus, eterna remedia capiamꝰ, P.
¶ In ſcti Georgij martyris. Int.
Protexiſti me deꝰ a cõuen/
tu malignãtium, halla, a
multitudine operãtiũ ini
quitatẽ, halla. v. Exaudi
deus orationẽ meã cũ deprecor: a timo
re inimici eripe animam meã. Gloria
patri. Gloria in excelſis. Oratio.

Deus, qui nos beati georgij
martyris tui meritis et inter
ceſſione letificas, cõcede propitiꝰ:
vt, qui eius beneficia poſcimus, do/
no tue gratie conſequamur, Per.
Lectio epiſtole bti Jacobi apli. j. a
Fratres mei, Omne gaudiũ
exiſtimate, cum in tentatio/
nes varias incideritis: ſcientes ꝙ
probatio fidei veſtre, patientiã ope
ratur. Patientia autẽ opus perfe
ctũ habeat: vt ſitis perfecti et inte/
gri, in nullo deficiẽtes. Si quis aũt
veſtrũ indiget ſapiẽtia, poſtulet a
deo qui dat oĩbus afflũẽter, et non
improperat: et dabitur ei. Poſtu/
let autẽ in fide, nihil heſitans. Qui
enim heſitat, ſimilis eſt fluctui ma/
ris, qui a vẽto mouetur et circũfer/
tur. Non ergo exiſtimet homo ille
ꝙ accipiat aliq̇d a dño. Vir duplex
animo, incõſtans eſt in oĩbus vijs
ſuis. Glorietur autẽ frater humi/
lis, in exaltatione ſua: diueꝰ autem,
in humilitate ſua, qm̃ ſicut flos fe/
ni tranſibit, exortus eſt enim ſol cũ
ardore, et areſecit fenũ, et flos eius
decidit, et decor vultus eius depe/
rijt. Ita et diues in itineribus ſuis
marceſcet. Beatuꝰ vir qui ſuffert tẽ
tationẽ: quoniã cũ probatuꝰ fuerit,
accipiet coronã vite, quã repromi/
ſit deus diligẽntibꝰ ſe. Loco grad.
dicitur primũ halla de reſurrectio/
ne, ſecũdum. Halla, halla. v. Letabi/
tur iuſtꝰ in dño et ſperauit in eo, et lau
dabũtur oẽs recti corde, halla. Euan

geliū. In illo tēpe, Ego ſum vitis vera: require ſupra in cōmuni tempore reſurrectionis. Offert. Confitebunt celi mirabilia tua, halle. ⁊ veritatē tuā in eccl'ia ſanctorū, halle. Sec.

MUnera dn̄e oblata ſanctifica: ⁊ intercedēte beato georgio martyre tuo, nos per hec a peccatorū noſtrorū maculis emunda, Per. Cōm. Letabitur iuſt⁹ in dn̄o et ſperabit in eo, ⁊ laudabūtur omnes recti corde, halle. Poſtcōmu. orō.

SUpplices te rogamus omnipotēs deus, vt, quos tuis rēficis ſacramentis: intercedente beato georgio martyre tuo, tibi etiam placitis morib⁹ dignanter tribuas deſeruire, Per dn̄m. ¶ Quando feſtum ſancti Marci euangeliſte occurrerit i dn̄ica hiſtoriali, fit officium miſſe de eo et hiſtoria mutatur in dominicam proxime venturam. Quando autē euenerit infra octauam paſche, trāſferatur poſt dictā octauā, et celebretur cum primum poterit ſuo ordine. ¶ In ſancti Marci euangeliſte. Introit⁹.

IN medio eccleſie aperuit os eius, et impleuit eum dn̄s ſpū ſapiētie et intellectus, ſtola glie induit eū, hall. ꝟ. Bonū eſt cōfiteri dn̄o, ⁊ pſallere nomini tuo altiſſime. Glia pa. Glia in exc.

DEus, qui beatū marcū euangeliſtā tuū euangelice predicationis gratia ſublimaſti, tribue, queſum⁹, ei⁹ nos ſemꝑ ⁊ eruditione proficere, et oratione defendi, Per. Orō.

Lectio libri Apocalypſis beati Joannis apoſtoli. v. a.

IN diebus illis, Uidi in dextera ſedentis ſupra thronū, librum ſcriptum intus et foris, ſignatum ſigillis ſeptē. Et vidi angelū fortē, ⁊ predicantē voce magna, Quis eſt dignus aperire librum, et ſoluere ſignacula eius? Et nemo poterat neqꝫ in celo, neqꝫ in terra, neqꝫ ſubtus terrā aperire librum, neqꝫ reſpicere illum. Et ego flebam multum qm̄ nemo dign⁹ inuentus eſt aperire librum, nec videre eum. Et vnus de ſenioribus dixit mihi, Ne fleueris: Ecce, vicit leo de tribu iuda, radix dauid, aperire librum et ſoluere ſeptem ſignacula eius. Et vidi, et ecce in medio throni ⁊ quatuor animaliū, et in medio ſeniorum agnū ſtantem tanqꝫ occiſum, habentem cornua ſeptem, et oculos ſeptē: qui ſunt ſeptem ſpirit⁹ dei, miſſi in omnem terram. Et venit, ⁊ accepit de dextera ſedentis in throno, librum. Et cū aperuiſſet librum, quatuor animalia et vigintiquatuor ſeniores ceciderunt corā agno, habētes ſinguli citharas et phialas aureas plenas odoramentorum, que ſunt orationes ſanctorū. Et cantabant canticū nouū, dicentes, Dign⁹ es dn̄e accipere librū et aperire ſignacula eius: quoniā occiſus es, et redemiſti nos deo in ſanguine tuo, ex

E

omni tribu, et lingua, et populo, et natione: ⁊ feciſti nos deo noſtro regnum, et ſacerdotes, et regnabim⁹ ſuper terrā. Loco grad. dicitur primū halla de reſurrectione: ſecūdū. Halla, halla. ℣. Primus ad ſion dicet, ecce, adſum, et hieruſalem euangeliſtā dabo, halla. Secundū Marcū. x. c. In illo tempore, Dixit dñs ieſus diſcipulis ſuis, Facilius eſt camelū per foramen acus tranſire, ꝙ diuitem intrare in regnum dei. Qui magis admirabantur, dicentes ad ſemetipſos, Et quis poteſt ſaluus fieri? Et intuens ieſus illos, ait, Apud homines impoſſibile eſt: ſed nō apud deū. Oia enim poſſibilia ſunt apud deū. Et poſt hec cepit ei petrus dicere, Ecce, nos dimiſimus omnia, et ſecuti ſumus te. Reſpondens ieſus ait, Amē dico vobis, nemo eſt qui reliquerit domum, aut fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrē, aut filios, aut agros propter me et propter euangelium: qui non accipiat centies tātum nunc in tempore hoc, domos, et fratres, et ſorores, et matres, et filios, et agros cū perſecutionib⁹, ⁊ in ſeculo futuro vitam eternam. Credo. Offerto. In omnem terrā exiuit ſonus eorum, et in fines orbis terre verba eorum, halla. Secreta. Hoſtijs dñe tue plebis intende: et quas in honore beati marci euangeliſte deuota mēte celebrant, proficere ſibi ſentiant ad ſalutē, Per. Prefatio. Equū et ſalutare, Te dñe ſuppliciter exorare. Etiam ſi occurrerit in dñica. Cō. Vos qui ſecuti eſtis me, in regeneratione cū ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſue, ſedebitis et vos ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus iſrael, halla. Poſtcō. oratio. Sanctificet nos dñe, queſum⁹, tui perceptio ſacramēti: et interceſſione beati marci euāgeliſte, tibi reddat acceptos, Per. ¶ In ſancti Cleti pape ⁊ marty. Intro. Proteximi me de⁹. vt ſupra in cōi tēpore reſurrectionis. Oratio. Deus, qui nos beati cleti martyris tui atq; pontificis annua ſolē nitate letificas, concede propitius: vt, cuius natalitia colimus, de eiuſdem etiam protectiōe gaudeam⁹, Per. Epiſtola. Stabunt iuſti in magna conſtantia. vt ſupra in cōi tēpore reſurrectionis. Loco grad. dicit primū halla de reſurrectione. ſcdm Halla, Hic eſt vere marty. vt ſupra in cōmuni. Euāgelium. In illo tēpore, Ego ſum vitis vera. vt ſupra in cōmuni. Offerto. Repleti ſum⁹ mane. vt ſupra in cōi. Secret. Munera tibi dñe dicata ſanctifica, ⁊ intercedente beato cleto martyre tuo atq; pontifice, p eadē ad nos placat⁹ intēde, Per. Cō Ego ſum viti⁹ vera. vt ſup in cōi. Hec nos cō- Poſtcōm. oro. munio dñe purget a crimine, et intercedente beato cleto mar

tyre tuo atq; pontifice, celeſtis remedij faciat eſſe conſortes, Per.

¶ In ſcte Scite virginis. Introi. Gaudeamus oēs in dn̄o. clx. Oro.

DEus, qui hodiernā diē bt̄iſſime ſcite virgini tue annua ſolēnitate dedicaſti, tribue, queſum⁹: vt, cuius in terris venerandā colimus feſtiuitatē, eius in celis mereamur habere ſocietatē, Per. Epla. Fratres, Qui gloriatur in dn̄o. clx. Loco grad. dicitur primū halla de reſurrectione. ſcd̄m Halla. v̄. Diffuſa eſt gratia. clx. Euangeliū. In illo tēpore, Simile eſt regnū celorū theſauro abſcon. clx. Offert. Offerentur regi virgines. folio. clx. Secreta.

BEate ſcite virginis tue ſuffragijs adiuuemur, cuius deuotione hoſtiam placabilem et anniuerſariā tibi reuerēter offerimus, P. Cō. Simile eſt regnū celorū. clx. Poſtcō. oro.

OMnipōs ſempiterne deus, qui beatā ſcitam virginē tuā multiiugis virtutibus adornaſti, annue, q̄s: vt, eius amore ſimilibus virtutib⁹ nos adornare digneris, P. ¶ In ſancti Vitalis martyris. Introitus Protexiſti me deus. vt ſupra in communi tempore reſurrectionis. Oratio.

PReſta, q̄s ops̄ deus: vt, intercedente beato vitale martyre tuo, et a cunctis aduerſitatibus liberemur in corpore, et a prauis cogitationibus mundemur in mente, P. Epiſtola. Stabunt iuſti in magna cōſtantia. vt ſupra in communi tēpore reſurrectionis. Loco grad. dicitur primū halla de reſurrectione vel aſcenſione. ſecundum Halla. v̄. Hic eſt vere martyr. vt ſupra in cōmuni tempore reſurrectionis. Euāgeliū. In illo tēpore, Ego ſum vitis vera. vt ſupra in cōmuni tēpore reſurrectionis. Offer. Repleti ſumus mane. vt ſupra in cōmuni. Secreta.

ACcepta ſit in conſpectu tuo dn̄e noſtre deuotionis oblatio, et eius nobis fiat ſupplicatione ſalutaris, pro cuius ſolennitate defertur, Per. Cōmu. Ego ſum vitis vera. vt ſupra in cōi. Poſtcō. oro.

REfecti participatione muneris ſacri, queſum⁹ dn̄e deus noſter: vt, intercedente beato vitale martyre tuo, cui⁹ exequimur cultum, ſentiamus effectū, P. ¶ In ſcti Petri martyris de ordine predicatorum. Introit⁹. Protexiſti me deus. vt ſupra in cōmuni tēpore reſurrectiōis. Oro.

PReſta, queſum⁹ ops̄ deus: vt, beati petri martyris tui fidem congrua deuotione ſectemur, qui pro eiuſdē fidei dilatatiōe, martyrij palmam meruit obtinēre, Per. Epiſtola. Stabunt iuſti in magna conſtan. vt ſupra in cōmuni tēpore reſurrectionis. Loco grad. dicitur primū halla de reſurrectiōe: ſcd̄m Halla. v̄. Hic eſt vere martyr. vt ſupra in cōi tēpore reſurrectionis. Euangeliū. In illo tēpore, Ego ſum vitis ve.

vt ſupꝛa in cōi tēpe reſurrectionis. Offer. Repleti ſum⁹ mane vt ſup. in

P Recibus quas cōi. Secre. tibi deus offerim⁹, intercedēte beato petro martyꝛe tuo, benignus intēde: et pugile⁹ fidei ſub tua ꝓtectione cuſtodi, P. Cō. Ego ſum vitis vera. vt ſup in cōi. Poſtc. orō.

F Jdeles tuos dn̄e cuſtodiant ſacramēta que ſumpſim⁹, et beato petro martyꝛe tuo interueniēte, cōtra oēs aduerſos tueamur incurſus, Per. ¶ Quādo octau⁹ dies paſche aut feſtum aſcēſionis dn̄i occurrerit in die apl'orum Philippi et Jacobi, officiū miſſe fit de eo, ⁊ apl'orum Philippi ⁊ Jacobi mutetur in diē immediate ſeqn̄tē, et athanaſius tranſfertur quo poterit ſuo oꝛdine. Quādo aūt dn̄ica hiſtoꝛiali⁹ euenerit in dicto die apoſtolorum Philippi ⁊ Jacobi, officiū miſſe dicitur de apoſtolis, et hiſtoꝛia tranſſertur in dn̄icā proxime venturā. ¶ Jn die apoſtolorū Philippi et Jacobi. Introitus.

E Xclamauerūt ad te dn̄e in tēpoꝛe afflictionis ſue, ⁊ tu de celo exaudiſti eo⁹, hall'a, hall'. ℣. Exultate iuſti in dn̄o, rectos decet collaudatio. Glia pa. Glia in exc.

D Eus, qui nos annua Orō. apoſtolorū tuoꝛum philippi et iacobi ſolennitate letificas, pꝛeſta, queſumus: vt, quorum gaudemus meritis, inſtruamur exēplis, Per dominū. Epiſtola. Stabunt iuſti in magna conſtantia. Require ſupꝛa in cōmuni tempoꝛe reſurrectionis. ccxiiij. Loco grad. dicitur primum hall'a. de reſurrectione. ſecundū Hall'a, hall'a. ℣. Stabunt iuſti in magna conſtantia aduerſu⁹ eos qui ſe anguſtiauerunt, hall'a. Secundum

I N illo tē Joannem. xiiij. a. poꝛe, Dixit domin⁹ ieſus diſcipulis ſuis, Non turbetur coꝛ veſtrum. Creditis in deū, et in me credite. Jn domo patris mei manſiones multe ſunt. Si quo minus: dixiſſem vobis, quia vado parare vobis locum. Et ſi abiero, et pꝛeparauero vobis locum: iterum venio, et accipiam vos ad meipſum, vt vbi ſum ego, et vos ſitis. Et quo ego vado ſcitis, et viam ſcitis. Dicit ei Thomas, Domine, neſcimus quo vadis: et quomodo poſſumus viā ſcire? Dicit ei ieſus, Ego ſum via, veritas, et vita. Nemo venit ad patrem niſi per me. Si cognouiſſetis me, et patrē meū vtiqꝫ cognouiſſetis: et amodo cognoſcitis eū, et vidiſtis eū. Dicit ei philippus, Dn̄e, oſtende nobis patrē, et ſufficit nobis. Dicit ei ieſus, Tanto tempoꝛe vobiſcum ſum, et non cognouiſtis me? Philippe, qui videt me, videt et patrem. Quomodo tu dicis, Oſtēde nobis patrē? Non credis quia ego i patre, et pater in me eſt?

Uerba q̄ ego loquoꝛ vobis, a me ipſo non loquoꝛ. Pater aūt in me manēs, ipſe facit opera. Nō credi⁹ quia ego in pr̄e, et pater in me eſt? Alioquin propter opera ipſa credi te. Amen amen dico vobis, qui credit in me, opera que ego facio ꝛ ipſe faciet, ꝛ maioꝛa hoꝛū faciet, quia ego ad patrē vado. Et quodcūq̇ petieritis patrē in nomine meo, hoc faciā: vt gloꝛificetur pater in filio. Credo. Offer. Cōfitebūtur celi mirabilia tua dn̄e, etenim veritatē tuā in eccleſia ſanctoꝛū, halla, halla. Secret.

Munera dn̄e que pꝛo apoſtoloꝛū tuoꝛū philippi et iacobi ſolēnitate deferimus, pꝛopiti⁹ ſuſcipe, ꝛ mala om̄ia q̄ iuſte meremur, eoꝛū interceſſione auerte, P. Pꝛefatio. Equum et ſalutare, Te dn̄e ſuppliciter exoꝛare. Etiā ſi occurrerit in dn̄ica, aut infra octauā aſcenſionis. Cōm. Tanto tēpoꝛe vobiſcū ſum et non cognouiſtis me? philippe, qui videt me, videt et patrē, halla: non credis quia ego in patre ꝛ pater in me eſt? halla, halla. Poſtcōmu. oꝛatio.

Queſum⁹ dn̄e ſalutaribus repleti myſterijs, vt, quoꝛū ſolennia celebꝛam⁹, eoꝛū oꝛationib⁹ adiuuemur, Per. ¶ In ſcti Toꝛquati epiſcopi ꝛ cōfeſſoꝛis. Intro. Statuit ei dn̄s folio. clvij. Oꝛatio.

Deus, qui per beatū toꝛquatū eiuſq̇ ſocios innumerum populū hiſpanū cōuertiſti, pꝛeſta, queſum⁹: vt, eccleſia tua ei⁹ pꝛecib⁹ ſubleuetur, cuius gloꝛiatur doctrina, P. Epſa. Plures facti ſunt ſacerdotes clvij. Quādo hoc feſtū celebꝛat ante pēthecoſtē, loco grad. dicitur pꝛimū halla de reſurrectiōe vel aſcēſione. ſcd̄m H. alla. ỽ. Juſtus germi. clvij. Quādo autē poſt penthecoſten celebꝛat. Gra. Ecce ſacerdos. clvij. ỽ. Nō eſt jnuen. H. alla. ỽ. Juſt⁹ germi. clvij. Euangeliū. In illo tp̄e, Homo quidā peregre. clviij. Offert. Ueritas mea. clviij. Secre.

Preſta, q̃s oṗs deus: vt, qui ſanctorũ martyrum tuorum marci et marcelliani natalitia colimus: a cunctis malis imminẽtibus eorũ interceſſionibus adiuuemur, Per. Epl'a. Fratres, Sãcti per fidẽ vicerũt reg. clv. Grad. Glorioſus deus in ſanctis ſuis: mirabilis in maieſtate, faciẽs prodigia. ℣. Dextera tua dñe glorificata eſt in ỽtute: dextera manu⁹ tue cõfregit inimicos. H alla, hall. ℣. Fulgebunt iuſti: et tanq̃ ſcintille in arundineto diſcurrẽt in eternũ, halla. Euãgeliũ In illo tẽpore, Nolite arbitrari fo. clvi. Offerto. Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venantiũ: laqueus contritus eſt et nos liberati ſumus. Secreta.

Munera tibi dñe dicata ſanctifica: et intercedentibus btis martyribus tuis marco et marcelliano, per eadẽ nobi⁹ placat⁹ intende, P. Cõ. Amẽ dico vobis, quod vni ex minimis meis feciſtis mihi feciſtis: venite bñdicti patris mei, poſſidete preparatum vobis regnum ab initio ſeculi. Poſtcõ. orõ.

Salutaris tui dñe munere ſatiati, ſupplices exoram⁹: vt, quorũ letamur guſtu, renouemur effectu, P. In ſcte

Marine virginis. Introit⁹. Gaudeamus omnes in dño. clix. Oratio.

Deus, qui beate marine virginitatẽ in virili habitu et ſtatu monaſtico cõſeruaſti: et a cõmiſſo actu fornicationis falſo ſibi impoſito eã deniq; miſericorditer excuſaſti, preſta, queſum⁹: vt ei⁹ meritis glorioſis, ad te (qui nobis vias ſaluãdi inſpiras) in fine peruenire ſecuriter valeam⁹, P. Epl'a. Dñs deus meus, exaltaſti ſup terrã habitationẽ fo. clx. Gra. Dilexiſti iuſtitiã. fo. clx. ℣. Propterea vnxit te deus. H alla. ℣. Diffuſa eſt gratia. clx. Euãgeliũ. In illo tẽpore, Simile eſt regnũ celorũ theſauro abſcõdito. clx. Offer. Offerentur regi virgines poſt eam folio. clx. Secreta.

Succurrat nobis, q̃s dñe, interceſſione beate virginis marine tue miſerationis pietas: vt ad tua dona ſine intermiſſione perueniamus, Per Cõmu. Simile eſt regnũ celorum folio. clx. Poſtcõ. oratio.

Tua dñe, que ſumpſim⁹ ſacramenta, nos protegãt: vt, cui⁹ feſtũ colimus, eius vitã imitemur, P. In ſanctorum Lamberti et Gregorij martyrũ. Introitus Intret in cõſpectu tuo dñe fo. clv. Orõ.

Deus, qui beato gregorio cõfeſſori tuo atq; pontifici contra locuſtarũ peſtẽ ſpecialẽ gratiã cõtuliſti: et beati martyris tui lamberti ſanguine ceſarauguſtã vrbẽ decoraſti, concede propiti⁹: vt eorũ

meritis et pꝛecibꝰ a coꝛroſione ipſa
rū in fructibuſ noſtris miſericoꝛdi-
ter liberemur, Per. Epl'a. Juſtoꝛū
anime in manu dei ſunt. folio. clv.
Grad. Glorioſus deꝰ in ſanctis ſuis.
℣. Dextera tua dn̄e. Halla. ℣. Sancti
tui dn̄e clx. Euangeliū. In illo tem
poꝛe, Cū audieritis pꝛelia ⁊ ſeditio
nes. clvj Off. Letamini in dn̄o. clvj.

P Reces noſtras, Secreta.
queſumuſ dn̄e: pꝛopitiatꝰ ad
mitte: et dicatū tibi ſacrificiū beati
gregoꝛij atqꝫ lamberti depꝛecatio
commendet, Per. Cōmu. Juſtoꝛū
anime in manu. clvj. Poſtcō. oro.

S Ancti gregoꝛij cōfeſſoꝛiſ tui,
atqꝫ lamberti martyꝛis pꝛe-
cibus confidentes, queſumus dn̄e:
vt ipſoꝛū meritis ciuitas ⁊ regnū a
peſte locuſtarū pꝛotegatur, ⁊ a pec
catoꝛū maculis emundetur, Per.

¶ In ſanctoꝛū Geruaſij et Pꝛo-
thaſij martyꝛum. Jtroitus.

L Oquetur dn̄s pacē in
plebē ſuā ⁊ ſuper ſc̄tos
ſuos: et in eos q̇ cōuer-
tūtur ad ip̄m. ℣. Bene
dixiſti dn̄e terrā tuā: a
uertiſti captiuitatē iacob. Gloꝛia pa-
tri. Gloꝛia in excelſis. Oro.

D Eus, qui nos annua ſc̄toꝛū
martyꝛū tuoꝛū geruaſij et pꝛotha-
ſij ſolennitate letificas, cōcede pꝛo-
pitiꝰ: vt, quoꝛū gaudemus meritis,
accendamur exēplis, P. Epl'a. Ju
ſti aūt in perpetuū viuēt. clv. Gra.
Juſtoꝛū anime in manu dei ſunt: et nō
tanget illos toꝛmentū malitie. ℣. Viſi
ſunt oculis inſipientiū moꝛi: illi autē
ſunt in pace. Halla, halla. ℣. Iſti ſunt
qui venerūt ex magna tribulatione: et
lauerunt ſtolas ſuas: et dealbauerunt
eas in ſanguine agni, halla. Euange.
In illo tēpe, Nolite arbitra. clvj.
Offer Letamini in dn̄o et exultate iu
ſti: et glīamini oēs recti coꝛde. Secre.

O Blatis, q̄s dn̄e, placare mu-
neribus: et intercedētibꝰ ſan
ctis tuis, a cunctis nos defende pe-
riculis, P. Cōm. P oſuerūt moꝛta-
lia ſeruoꝛū tuoꝛū dn̄e eſcas volatilibuſ
celi, carnes ſanctcꝛū tuoꝛū beſtijs ter-
re. ſc̄dm magnitudinē bꝛachij tui poſſi
de filioſ moꝛti puꝛitoꝛū. Poſtc̄. oro

H Ec noſ cōmunio dn̄e purget
a crimine: et intercedentibus
ſanctis tuis geruaſio et pꝛothaſio,
celeſtis remedij faciat eſſe conſoꝛ-
tes, P. ¶ In ſancti Raymūdi ep̄i
et confeſſoꝛis. Introitꝰ. Statuit ei

D dn̄s teſtamētū. clvij. Oratio.
Eus, qui in ſanctis tuis ſem
per apparesꝰ mirabiliſ: tuā maieſta
tē humiliter depꝛecamur: vt, q̇ ray-
mūdi cōfeſſoꝛis tui atqꝫ pōtificis ſo
lennia veneramur: eiꝯ intercedenti
bꝰ meritis ad paradiſi gaudia pue
nire mereamur, P. Epl'a. Dedit
dn̄s cōfeſſionē ſc̄to ſuo. clvij. Gra.
Ecce ſacerdos magnus. ℣. Nō eſt inuē
tus. Halla. ℣. Juſtus germina. clvij.
Euangeliū. In illo tēpoꝛe, Homo
quidam peregre pꝛoficiſcēs. clviij.
Offer. Veritas mea. clviij. Secret.

SAnctus tu⁹ dñe pōtifex raymūdus pro nobis iugiter intercedat: cui⁹ feſtiuitate ꝛ cultu noſtra eccl'ia magnópere letatur, P. Cō. Btūs ſeru⁹ .clviij. Poſtc. oro.

SAcramēta, q̄ ſumpſim⁹ dñe, tuū nobis preſtēt auxiliū: vt eis adiuti, patriā attingamus celeſtē, P. Quando vigilia ſcti Joannis baptiſte occurrerit in die corporis chriſti: ſup hoc vide rubricā in vigilia corporis chriſti. fo. cxiij. Quādo aūt euenerit dicta vigilia in dñica, ſabbato retro quo ieiunam⁹ dicitur miſſa cōuentualis de predicta vigilia. ¶ In vigilia ſancti Joannis baptiſte. Jntro.

NE timeas zacharia, exaudita eſt oratio tua: ꝛ eliſabeth vxor tua pariet tibi filium, et vocabis nomē eius ioannē, et erit magnus corā dño et ſpū ſancto replebit' adhuc ex vtero matris ſue, et multi in natiuitate eius gaudebūt. ℣. Dñe in virtute tua letabitur rex, et ſuper ſalutare tuū exultabit vehemēter. Gloria pa. Non dicitur Gloria in excelſis. Oratio.

PReſta, q̄s oṗs deus: vt familia tua p viā ſalutis incedat, ꝛ beati ioānis precurſoris hortamēta ſectādo, ad eū quē predixit ſecura perueniat, Dñm nrm ieſum chriſtū filiū tuum, Qui te. Lectio Hieremie pphete. j. b.

IN diebus illis, Factū eſt verbū dñi ad me, dicens, Priuſq̄ te formarē in vtero, noui te: et anteq̄ exires de vulua ſanctificaui te, ꝛ prophetā in gētibus dedi te. Et dixi, a, a, a, dñe deus: ecce, neſcio loqui, q2 puer ego ſum. Et dixit dñs ad me, Noli dicere, puer ſum: qm̄ ad oīa que mittā te, ibis: et vniuerſa quecūq; mādauero tibi, loqueris. Ne timeas a facie eorū: quia tecū ego ſum vt eruā te, dicit dñs. Et miſit dñs manum ſuā, ꝛ tetigit os meū: et dixit dñs ad me, Ecce, dedi vba mea in ore tuo: ecce, cōſtitui te ſup gētes, ꝛ ſuper regna: vt euellas, et deſtruas, et diſpdas, et diſſipes, et edifices, ꝛ plātes, Dicit domin⁹ omṗs. Grad. Fuit homo miſſus a deo, cui nomē erat ioānes. ℣. Hic venit, vt teſtimoniū perhiberet de lumine, parare dño plebē perfectam. Nō dicit' hallelú iá, Jnitiū ſancti euāgelij ſecundū Lucā. j. a.

FUit in diebus herodis regis iudee, ſacerdos quidā, nomine zacharias, de vice abia: et vxor illius de filiab⁹ aaron, et nomē eius eliſabeth. Erant autē iuſti ambo ante deū, incedētes in oībus mādatis et iuſtificationib⁹ dñi ſine querela. Et nō erat illis filius: eo q eſſet eliſabeth ſterilis, et ambo proceſſiſſent in diebus ſuis. Factū eſt autē: cū ſacerdotio fungeret' zacharias in ordine vicis ſue ante deū, ſecūdū cōſuetudinem ſacerdotij, ſorte exijt vt incēſum poneret ingreſſus in templū dñi. Et oīs multitudo populi erat orans foris hora incenſi. Ap

paruit aũt illi angelus dñi, ſtans a dextris altaris incẽſi. Et zacharias turbatus eſt, videns: ⁊ timor irruit ſuper eũ. Ait aũt ad illũ angelus, Ne timeas zacharia, quoniã exaudita eſt deprecatio tua: et vxor tua eliſabeth pariet tibi filiũ, ⁊ vocabis nomẽ eius ioannẽ: et erit gaudiũ tibi et exultatio, et multi in natiuitate ei⁹ gaudebũt. Erit enim magn⁹ corã dño: ⁊ vinũ ⁊ ſicerã non bibet: et ſpiritu ſancto replebitur adhuc ex vtero matris ſue: et multos filiorũ iſrael cõuertet ad dñm deũ ipſorũ. Et ipſe precedet ante illũ in ſpiritu et virtute elie: vt cõuertat corda patrũ in filios, et incredulos ad prudentiã iuſtorũ, parare dño plebem perfectã. Offer. Gloria ⁊ honore coronaſti eũ dñe: et conſtituiſti eum ſuper opera manuũ tuarũ. Secreta.

Munera dñe oblata ſanctifica: et intercedẽte beato ioãne baptiſta, nos per hec a peccatorũ noſtrorũ maculis emunda, Per dñm. Cõ. Magna eſt gloria ei⁹ in ſalutari tuo: gloriã ⁊ magnũ decorẽ impones ſuper eũ. Poſtcõmu. oratio.

Beati ioannis baptiſte nos dñe, queſum⁹, preclara comitetur oratio: ⁊ quẽ venturũ eſſe predixit, poſcat nobis fore placatum, Dominum noſtrũ ieſum chriſtum filium tuum, Qui tecum. Benedicamus domino. R. Deo gratias.

¶ In die ſancti Joannis baptiſte ad miſſam matutinalẽ. Introit⁹.

Juſtus vt palma florebit, ſicut cedrus libani multiplicabitur: plantatus in domo dñi in atrijs dom⁹ dei nr̃i. V. Bonũ eſt cõfiteri dño ⁊ pſallere nomini eius altiſſime. Gl'ia pa. Gl'ia in exc.

Concede, queſum⁹ Oratio. oĩps de⁹: vt qui beati ioannis baptiſte ſolẽnia colim⁹, eius apud te interceſſione liberemur, Per.

Lectio Eſaie pphete. xlij. g.

Hec dicit dñs, Prim⁹ ad ſiõ dicet, ecce adſum, et hieruſalẽ euangeliſtã dabo. Ecce ſeru⁹ me⁹, ſuſci eſaie.
piã eũ: electus me⁹, cõplacuit ſibi in 42. a
illo anima mea: dedi ſpiritũ meum ſuper eũ, iudiciũ gentibus proferet. Nõ clamabit, neq; accipiet perſonã, neq; audietur vox ei⁹ foris. Calamũ quaſſatũ nõ conteret, et linũ fumigans nõ extinguet: in veritate educet iudiciũ. Nõ erit triſtis, neq; turbulentus, donec ponat in terra iudiciũ: et legẽ eius inſule expectabunt. Hec dicit dñs de⁹ creans celos, ⁊ extendens eos: formãs terrã, et que germinant ex ea: dans flatũ populo qui eſt ſup eã, et ſpiritũ calcantibus eã. Ego dñs vocaui te in iuſtitia, et apprehendi manũ tuã, ⁊ ſeruaui te. Et dedi te in fedus populi, in lucẽ gentiũ: vt aperires oculos cecorũ, et educeres de concluſione vinctũ, de domo carceris ſedẽntes in tenebris. Gra. Juſtus vt palma florebit, ſicut cedrus libani multi

plicabitur in domo dñi. ℣. Ad annunciandũ mane miſericordiã tuã, et veritatẽ tuã per noctẽ. H alla, halla. ℣. Inter natos mulierum nõ ſurrexit maior ioãne baptiſta, hall. Scdm Lucã. j. b

In illo tẽpore, Dixit angelus ad zachariã, Eliſabeth vxor tua pariet tibi filium: vocabiſq; nomẽ eius ioannẽ. Reſpondens aũt zacharias, dixit ad angelũ, Unde hoc ſciam? Ego enim ſum ſenex: ⁊ vxor mea proceſſit in diebus ſuis. Et reſpõdens angelꝰ, dixit ei, Ego ſum gabriel q̃ aſto ante deũ: ⁊ miſſus ſum loqui ad te, et hec tibi euãgelizare. Et ecce, eris tacens et nõ poteris loqui vſq; in diem quo hec fiant: pro eo ꝙ nõ credidiſti verbis meis, que implebũtur in tẽpe ſuo. Et erat plebs expectãs zachariã: ⁊ mirabantur ꝙ tardaret ipſe in tẽplo. Egreſſus autẽ non poterat loqui ad illos: et cognouerũt ꝙ viſionẽ vidiſſet in tẽplo. Et ipſe erat innuens illis: ⁊ permãſit mutus. Et factũ eſt, vt impleti ſunt dies officij eius, abijt in domũ ſuã. Poſt hos aũt dies cõcepit eliſabeth vxor eiꝰ: ⁊ occultabat ſe mẽſibus quinq;, dicẽs, Qr ſic fecit mihi dñs: in diebꝰ quibus reſpexit auferre obprobriũ meũ inter homines. Quãdo feſtũ ſancti ioannis baptiſte euenerit in dñica vel infra octauam corporis chriſti dicit. Credo. Offer. In virtute tua dñe letabitur iuſtus, et ſup ſalutare tuũ exultabit vehemẽter. Sec.

Munera dñe oblata ſanctifica: et intercedente beato ioãne baptiſta, nos per hec a peccatorũ noſtrorũ maculis emunda, P. Quãdo feſtũ ſancti ioannis baptiſte euenerit infra octauã corporis chriſti dicit. Prefat. Eterne deus, Quia ꝑ incarnati. Cõ. Magna eſt gloria eius in ſalutari tuo: gl'iam ⁊ magnũ decorẽ impones ſuper eũ domine. Poſtcõm. oro.

Preſta, q̃s omp̃s deus: vt qui celeſtia alimẽta percepimꝰ, intercedẽte beato ioanne baptiſta, per hec contra oĩa aduerſa muniamur, P. Quando feſtũ aut octauus dies corporis chriſti venerit in die ſancti ioannis baptiſte, ſup his vide rubricã vt ſupra in vigilia corporis chriſti. folio. cxiij. Et ſi in predicto feſto ſancti Joannis baptiſte euenerit feſtum trãſfixionis virginꝰ marie. ſup hoc vide rubricã in vigilia trãſfixionis. cxv. Quando aũt dñica deus oĩm venerit in dicto die ſancti Joannis baptiſte fit officiũ miſſe de feſto, et dñica deus omniũ mutetur in dñicã proximã venturam. Ad miſſam maiorẽ. Intro.

De ventre matrꝰ mee vocauit me dñs in noĩe meo, ⁊ poſuit os meũ vt gladium acutũ: ſub tegumento manꝰ ſue ꝓtexit me, poſuit me quaſi ſagittã electã. ℣. Bonum eſt cõfiteri

dño: ⁊ pſallere noī tuo altiſſime. Gl'ia pa. Gloria in excelſis. Oro.

D Eus, q̄ preſentē diē honorabilē nobis in bt̄i ioānis baptiſte natiuitate feciſti, da populis tuis ſpiritualiū gratiā gaudiorū: et omniū fideliū mentes dirige in viā ſalutis eterne, P. Lcō Eſaie pphe. xlix. a.

H Ec dicit dñs, Audite inſule, ⁊ attēdite ppl'i de lōge. Dñs ab vtero vocauit me, de ventre matris mee recordatus eſt noīs mei. Et poſuit os meū quaſi gladiū acutū: in vmbra manus ſue protexit me, et poſuit me, ſicut ſagittā electā. In pharetra ſua abſcondit me, ⁊ dixit mihi, Seruus meus es tu, quia in te glorificabor. Et nūc hec dicit dñs, formās me ex vtero ſeruū ſibi, Dedi te in lucē gentiū, vt ſis ſalus mea vſq; ad extremū terre. Reges videbunt, et cōſurgent principes, ⁊ adorabūt dñm deū tuū, et ſanctū iſrael qui elegit te. Gra. Priuſq; te formarē in vtero, noui te: et anteq; exires de vētre ſanctificaui te. V. Miſit dñs manū ſuā, et tetigit os meū et dixit mihi. Halla, halla. V. Tu puer, propheta altiſſimi vocaberis: preibis ante dñm, parare vias eius, halla. Scdm Lucā. j. f.

I N illo tēpore, Eliſabeth impletum eſt tempus pariendi: et peperit filium. Et audierunt vicini ⁊ cognati eius quia magnificauit dñs miſericordiam ſuam cum illa, et congratulabantur ei. Et factum eſt, in die octauo venerūt circumcidere puerum, et vocabant eū nomine patris ſui, zachariam. Et reſpondens mater eius dixit, Nequaq;, ſed vocabitur ioannes. Et dixerunt ad illam, Quia nemo eſt in cognatione tua qui vocetur hoc nomine. Innuebant autem patri eius quem vellet vocari eū. Et poſtulans pugillarem, ſcripſit, dicēs, Joannes eſt nomen eius. Et mirati ſunt vniuerſi. Apertum eſt autem illico os eius, et lingua eius, et loquebatur benedicens deum. Et factus eſt timor ſuper oēs vicinos eorū: ⁊ ſuper omnia mōtana iudee diuulgabātur omnia verba hec: et poſuerunt omnes qui audierant in corde ſuo dicētes, Quis putas puer iſte erit? Etenim manus dñi erat cum illo. Et zacharias pater eius repletus eſt ſpiritu ſancto: et pphetauit, dicens, Benedictus dñs deus iſrael: quia viſitauit ⁊ fecit redēptionem plebis ſue. Quādo feſtū ſancti Joannis baptiſte occurrerit in dñica, vel infra octauam corporis chriſti dicitur Credo. Offert. Iuſtus vt palma florebit: ſicut cedrus que in libano eſt, multiplicabitur. Secre.

T Ua dñe muneribus cumulāmus altaria, illius natiuitatē, honore debito celebrantes, q̄ ſaluatorē mūdi et cecinit affuturū: et adeſſe mōſtrauit, dñm nr̄m ieſum chriſtū filiū tuū. Qui tecū. Quādo feſtū ſancti ioannis baptiſte euenerit infra octauā corporis chriſti dr

Prefa. Eterne deus, Quia per in
carnati. Cõ. Tu puer, ꝓpheta altiſſi
mi vocaberis: preibis enim ante faciẽ
dñi, parare vias ei⁹. Poſtcõm. orõ.
S Umat eccleſia tua deus, bt̃i
ioãnis baptiſte natiuitate, le
titiã: per quẽ ſue regenerationis co
gnouit autorẽ dñm nr̃m ieſum chri
ſtũ, Qui tecũ. ¶ In ſcte Euroſie
virginis et marty. Introitus. Gau
deamus omnes in dño, fo. clx. Orõ.
D Eus, qui corpus beatiſſime
virginis Euroſie, ac inclyte
martyris tue, virtutib⁹ innumeris
ꝛ frequẽtibus miraculis decoraſti:
cõcede nobis famulis tuis eius me
ritis et precibus peccatorũ noſtro-
rum veniã impetrare, et ad gloriã
ſempiternã feliciter peruenire, P.
Epiſtola. Confitebor tibi dñe rex.
folio. clx. Grad. Dilexiſti iuſtitiam. ỽ.
Propterea vnxit te de⁹. Alla. ỽ. Dif
fuſa eſt gratia clx. Euangelium. In
illo tẽpore, Simile eſt regnũ celo-
rũ theſauro abſcõ. clx. Offer. Offe
rentur regi virgines folio. clx. Secre.
B Eatã et glorioſam virginẽ ꝛ
martyrẽ euroſiam pro nobis
dñe orare digneris: vt eius oratio-
ne adiuti, tua ſemper mandata exe
quamur, P. Cõ. Sile eſt regnũ ce.
D Eus, qui clx. Poſtcõ. orõ.
precibus bt̃e euroſie virginis
ꝛ martyris tue ariditatem agrorũ,
pluuia e celo deſcendente, tollis: ita
ariditatẽ cordis noſtri pluuia gra-
tie tue tollere digneris, Per. ¶ In
ſancti Eligij epi ꝛ cõfeſſoris. Int.
Statuit ei dñs teſtamen. clvij. Orõ.
D Eus, qui beatũ eligium con-
feſſorẽ tuũ atq; pontificẽ, vir
tutibus inſigniũ miraculorũ glorifi
cas: concede propitius: vt, qui de ip
ſius confidimus preſidijs: eiuſdem
interceſſionib⁹ gratulemur, Per.
Eplã. Juſtus ſi morte preoccupa-
tus fuerit. folio. clvij. Grad. Ecce ſa
cerdos magnus, ỽ. Non eſt inuentus.
Alla. ỽ. Juſt⁹ germinabit. fo. clvij.
Euangeliũ. In illo tempore, Sint
lũbi veſtri precincti clvij. Offerto.
Veritas mea folio. clviij. Secreta.
H Oſtia, q̃s dñe, quã in hono-
rem beati eligij ſumpſimus,
noſtra crimina deleantur: quib⁹ te
multifariã offendiſſe cognoſcim⁹,
Per. Cõmu. Beatus ſeruus. clviij.
B Eatus eligi⁹ Poſtcõ. orõ.
tuũ pro nobis imploret auxi-
liũ: vt ad tua promiſſa ſine offenſio
ne curram⁹, P. ¶ In ſctorũ Joã-
nis et Pauli. Intr.
M Ulte tribulationes iu-
ſtorũ, ꝛ de his oĩb⁹ libe
rauit eos dñs. cuſtodit
dñs oĩa oſſa eorũ: vnũ
ex his nõ cõteret. ỽ. Bñdicã dñm in oĩ
tẽpe: ſemp laus ei⁹ in ore meo. Glia pa.
Q Ueſum⁹ Glia in exc. Orõ.
ōps de⁹: vt nos geminata le
titia hodierne feſtiuitatis excipiat:
q̃ de beatorũ ioãnis ꝛ pauli glĩfica-
tione ꝓcedit: quos eadẽ fides ꝛ paſ
ſio vere fecit eſſe germanos, Per.

Lectio libri Eccleſiaſtici. xliiij.b.

HIj ſunt viri miſericordie, quorū pietates nō defuerunt, cū ſemine eorū permanet bona hereditas, et nepotū ipſorū ſemen in teſtamento ſtetit: et filiorū ipſorū ſemen propter illos vſqꝫ in eternum manet: ſemen eorum, ꝛ gloria eorū nō derelinquetur. Corpora ipſorū in pace ſepulta ſunt: et nomen eorū viuet in generationē et generationē. Sapientiā ipſorū narrēt populi, et laudem eorū nūnciet eccleſia. Gra. Ecce, ꝙ bonū et ꝙ iocūdū, habitare fratres in vnū. ℣. Sicut vnguētum in capite eius, qđ deſcendit in barbā, barbā aarō. All'a, all'a. ℣. Iſti ſunt due oliue et duo cādelabra lucētia ante dn̄m: habēt poteſtatē claudere celū nubib⁹, et aperire portas eius: quia lingue eorū claues celi facte ſunt, all'a. Euangeliū. In illo tēpore, Nihil opertū quod nō reueletur. fol. clvj. Offerto. Gloriabuntur in te oēs qui diligunt nomē tuū: quoniā tu dn̄e benedices iuſto. dn̄e vt ſcuto bone voluntatis tue coronaſti nos. Secreta.

Hoſtias tibi dn̄e ſanctorum martyrū tuorū ioānis ꝛ pauli dicatas, meritis benign⁹ aſſume: et ad ꝑpetuū nobis tribue ꝑuenire ſubſidiū. P. Cō. Et ſi corā hoib⁹ tormēta paſſi ſunt: de⁹ tētauit illos tanꝙ aurū in fornace probauit illos, et ſicut holocauſta accepit eos. Poſtcō. orō.

Sumpſimus dn̄e ſanctorum tuorū ioannis et pauli ſolennia celebrātes, ſacramēta celeſtia: preſta, queſum⁹: vt, quod tēporaliter gerimus, eternis gaudijs conſequamur. Per. ¶ In die ſcti Leonis ſecūdi pape ꝛ cōfeſſoris. Intr.

Gloria ꝛ honore coronaſti eū dn̄e: et conſtituiſti eū ſuper opera manuū tuarū. ℣. Dn̄e, dn̄s noſter, ꝙ admirabile eſt nomen tuū in vniuerſa terra. Gl'ia pa. Gl'ia in excelſ. Orō.

Deus, qui beatū leonē pontificē, ſanctorū tuorū meritis coequaſti, cōcede propitius: vt, qui ſolēnitatis eius feſta percolim⁹, vite quoqꝫ imitemur exempla. Per. Ep'la. Ecce ſacerdos magnus. fo. clvij. Grad. Gloria et honore coronaſti eum dn̄e: et conſtituiſti eum ſuꝑ opera manuū tuarum. ℣. Quoniā eleuata eſt magnificētia tua ſuper celos deus. All'a, all'a. ℣. Gloria et honore coronaſti eum dn̄e, all'a. Euangeliū. In illo tēpore, Homo quidā peregre. clviij. Offer. Gl'ia et honore coronaſti eum dn̄e et conſtituiſti eum ſuꝑ opera manuū tuarum. Secreta.

Annue nobis dn̄e: vt hec tibi oblata libatio, beati leonis pontificis ſuffragātibus meritis, vite nobis cōferat medicinā. Per. Cōm. Gloria et honore coronaſti eum dn̄e: ꝛ cōſtituiſti eū ſuꝑ opera manuū tuarū. Poſtcōm. orō.

Deus, q̄ aie famuli tui leonis eterne beatitudinis premia cōtuliſti, concede propitius: vt, qui peccatorū noſtro

rum pondere premimur: eius apud te precib9 ſubleuemur, P. ¶ Quando vigilia apoſtolorum Petri et Pauli occurrerit īfra octauā aut in octauo die corporis chriſti dicit miſſa cōuentualis de dicta vigilia. Quando vero euenerit dicta vigilia in dñica: ſabbato retro quo ieiunamus dicitur miſſa cōuentualis de dicta vigilia. ¶ In vigilia apoſtolorū Petri et Pauli. Introit.

Dicit dñs petro, Cū eſſes iunior cingebas te, ⁊ ambulabas vbi volebas. cū aūt ſenueris, extēdes manus tuas, et alius te cinget: et ducet quo tu nō vis. hoc aūt dixit ſignificās qua morte clarificaturus eſſet deū. V. Celi enarrant gloriā dei: et opera manuū eius annūciat firmamentū. Glia. Nō dr Glia

Reſta, Oratio. in excelſis. Praeſta quesum9 oṗs deus: vt nullis nos permittas perturbationibus concuti: quos in apoſtolice cōfeſſionis petra ſolidaſti, P. Lcčo actuū

In dieb9 illis, Apłorū.iij.a. Petrus et ioannes aſcendebant in templū, ad horā orationis nonā. Et quidā vir qui erat claudus ex vtero matris ſue, baiulabatur: quē ponebant quotidie ad portā tēpli, q̄ dicitur ſpecioſa, vt peteret eleemoſynā ab introeūtibus in templū. Is cū vidiſſet petrū et ioānē incipiētes introire in templū, rogabat vt eleemoſynam acciperet. Intuēs aūt in eū petrus cū ioāne, dixit, Reſpice in nos. At ille intēdebat in eos, ſperans ſe aliquid accepturū ab eis. Petrus autem dixit, Argentū et aurū nō eſt mihi: quod aūt habeo, hoc tibi do: in nomine ieſu chriſti nazareni ſurge, et ambula. Et apprehenſa manu eius dextera, alleuauit eū, et protinus cōſolidate ſunt baſes eius ⁊ plante. Et exiliens ſtetit, et ambulabat: et intrauit cum illis in templum ambulans, et exiliens, et laudans deum. Et vidit eum omnis ppl's ambulātem, et laudantem deum. Cognoſcebāt autem illum quod ipſe erat qui ad elemoſynam ſedebat ad ſpecioſam, portam tēpli: ⁊ inpleti ſunt ſtupore et extaſi, in eo quod contigerat illi, Grad. In omnem terram exiuit ſonus eorum: et in fines orbis terre verba eorum. V. Celi enarrāt gloriam dei: et opera manuum eius annūciat firmamētum. Non dicit halla.

Secūdum Joannem. xxi.c. In illo tēpore, Dixit ieſus petro, Simon ioānis diligis me plus his? Dicit ei, Etiā domine: tu ſcis q2 amo te. Dicit ei, Paſce agnos meos. Dicit ei iterū, Simon ioannis diligis me? Ait illi, Etiam dñe: tu ſcis quia amo te. Dicit ei, Paſce agnos meos. Dicit ei tertio, Simon ioannis amas me? Contriſtatus eſt petrus quia dixit ei tertio, amas me: et dixit ei, Domie, tu omnia ſcis: tu ſcis quia amo te. Di



256

cit ei, Paſce oues meas. Amen di
co tibi, cũ eſſes iunior cingebas te:
⁊ ambulabas vbi volebas. Cũ au
tẽ ſenueris, extẽdes manus tuas, ⁊
alius te cinget, et ducet quo tu non
vis. Hoc aũt dixit, ſignificans qua
morte clarificatur⁹ eſſet deũ. Off.
Mihi autẽ nimis honorati ſunt ami-
ci tui de⁹: nimis confortatus eſt princi
patus eorum: Secreta.
Munus populi tui, q̃s dñe: a-
poſtolica interceſſione ſanctifica:
noſq; a peccatorũ noſtrorũ macu-
lis emũda. P. Cõ. Simon ioannis
diligis me plus his? dñe, tu oĩa noſti;
tu ſcis, quia amo te. Poſt cõ. oratio.
Quos celeſti dñe alimento ſa
tiaſti: apoſtolicis interceſſio
nibus ab omni aduerſitate cuſtodi.
Per dñm noſtrum ieſum chriſtũ.
Benedicamus domino. R. Deo
gratias. ¶ Quando feſtum apo-
ſtolorum Petri et Pauli occurre
rit infra octauã, aut in octauo die
corporis chriſti: ſuper his vide ru-
bricam in vigilia Corporis chriſti.
folio. cxiiij. Et ſi in dicto feſto apo-
ſtolorũ Petri ⁊ Pauli venerit fe-
ſtũ trãſfixionis beate marie: ſuper
hoc vide rubricã in vigilia trãſfixio
nis virginis. folio. cxv. ¶ Quãdo
aũt dñica Deus omniũ euenerit in
predicto feſto apoſtolorũ Petri ⁊
Pauli, dicitur miſſa de apoſtolis
Petro ⁊ Paulo: ⁊ dñica de⁹ oĩm
trãſferẽ in dñicã proxime venturã.
¶ In die apl'orũ Petri ⁊ Pauli.

Nunc ſcio Introit⁹.
vere, quia miſit dñs an
gelũ ſuũ: et eripuit me
de manu herodis, ⁊ de
omni expectatione ple
bis iudeorum. V. Dñe probaſti me, et
cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſſionem
meã ⁊ reſurrectionem meã. Gloria pa-
tri. Gloria in excelſis deo. Oratio.
Deus, qui hodiernũ diẽ, apo-
ſtolorũ tuorum petri et pau-
li martyrio, conſecraſti: da eccleſie
tue, eorum in omnibus ſequi prece
ptum, per quos religionis ſumpſit
exordium. Per dominum. Lectio
Actuum apoſtolorum. capitu. xij.
In diebus illis, Miſit hero-
des rex manus, vt affligeret
quoſdam de eccleſia. Occidit autẽ
iacobum fratrem ioannis gladio.
Uidens autẽ quia placeret iudeis,
appoſuit apprehendere ⁊ petrum.
Erant autẽ dies azymorũ. Quem
cum apprehendiſſet, miſit in carce-
rem, tradens quatuor quaternioni
bus militum ad cuſtodiendum eũ,
volẽs poſt paſcha producere eũ po
pulo. Et petrus quidem ſeruaba-
tur in carcere. Oratio autẽ fiebat
ſine intermiſſiõe ab eccleſia ad deũ
pro eo. Cũ autẽ producturus eum
eſſet herodes, in ipſa nocte erat pe
trus dormiens inter duos milites,
vinctus catenis duabus: et cuſto-
des ante oſtium cuſtodiebant car-
cerẽ. Et ecce, angelus domini aſti-
tit, et lumen refulſit in habitaculo:

percuſſoq; latere Petri, excitauit eum, dicēs, Surge velociter. Et ceciderunt catene de manibus eius. Dixit autem angelus ad eū, Precingere, ⁊ calcia te caligas tuas. Et fecit ſic. Et dicit illi, Circunda tibi veſtimentum tuū, ⁊ ſequere me. Et exiens ſequebatur eū, et neſciebat quia verum eſt q̄ fiebat per angelū: exiſtimabat autē ſe viſum videre. Tranſeuntes autē primā ⁊ ſecundam cuſtodiā, venerunt ad portam ferreā que ducit ad ciuitatem, que vltro aperta eſt eis. Et exeuntes proceſſerunt vicū vnum: et cōtinuo diſceſſit angelus ab eo. Et petrus ad ſe reuerſus dixit, Nunc ſcio vere, quia miſit dn̄s angelū ſuum, et eripuit me de manu herodis, et de omni expectatione plebis iudeorum. Grad. C onſtitues eos principes ſuper omnem terram: memores erunt nominis tui domine. ℣. Pro patrib⁹ tuis nati ſunt tibi filij: propterea populi confitebunt tibi. A lla, halla. ℣. Tu es petrus, et ſuper hanc petram edificabo eccleſiam meam, halla. Secundum Mattheum. xvi. b.

I N illo tēpore, Venit dn̄s ieſus in partes ceſaree philippi: et interrogabat diſcipulos ſuos, dicēs, Quem me dicunt homines eſſe filiū hominis? At illi dixerunt, Alij ioānem baptiſtā, Alij autē eliam, Alij vero hieremiam, aut vnum ex prophetis. Dicit illis ieſus, Vos autē quem me eſſe dicitis? Reſpōdens Simon petrus dixit, Tu es chriſtus filius dei viui. Reſpondens autē ieſus dixit ei, Beatus es ſimon bar iona: q̄a caro et ſanguis non reuelauit tibi, ſed pater meus qui in celis eſt. Et ego dico tibi q̄a tu es petrus, et ſuper hanc petram edificabo eccleſiam meam, et porte inferi non preualebunt aduerſus eam. Et tibi dabo claues regni celorum. Et quodcunq; ligaueris ſuper terram, erit ligatum et in celis: et quodcunq; ſolueris ſuper terrā, erit ſolutum et in celis. C redo in. Offerto. C onſtitues eos principes ſuper omnem terram: memores erunt nominis tui domine in omni progenie et generatione. Secreta.

H Oſtias domine, quas nomini tuo ſacrandas offerimus: apoſtolica proſequatur oratio: per quā nos expiari tribuis, ⁊ defendi, Per dominū. Prefatio. Equum et ſalutare, te domine ſuppliciter. Etiā ſi occurrerit infra octauas corporis chriſti. Cōm. T u es petr⁹ ⁊ ſup hanc petrā edificabo eccleſiam meam.

Q Vos celeſti Poſtcōm. oro. dn̄e alimēto ſatiaſti: apoſtolicis interceſſionib⁹ ab omī aduerſitate cuſtodi, P. Quādo octau⁹ dies corporis chriſti occurrerit ī die cōmemoratiōis Pauli, ſr miſſa de corpore chriſti: ⁊ cōmemoratio ſcti pauli trāſfert quo poterit. Quādo vero feſtū trāſfixiōis bte marie euenerit in dicta cōmemoratiōe pauli,

dicitur miſſa de predicta cõmemo-
ratione Pauli: et transfixio virgi-
nis marie mutetur ad ſabbatũ im-
mediate ſequens. Quando aũt cõ
memoratio ſancti Pauli aplĩ non
celebratur ſuo die: ſi tũc litera dñi-
calis fuerit. A. officium miſſe dici-
tur ſeptima Julij. Si. B. quinta.
Si. C. Septima. Si. F. q̃rta eiuſdẽ
menſis. ¶ In commemoratione
ſancti Pauli apoſtoli. Introitus.

Scio cui credidi: et cer-
tus ſum: quia potens
eſt depoſitum meũ ſer
uare in illũ diẽ. ℣. De
reliquo, repoſita ẽ mi-
hi corona iuſtitie, quã reddet mihi dñs
in illa die, iuſtus iudex. Gloria patri.
Gloria in excelſis deo. Oratio.

Deus, qui multitudinem gen
tium beati pauli apoſtoli tui
predicatiõe, docuiſti: da nobis, que
ſumus: vt cuius natalitia colimus,
eius apud te patrocinia ſentiamus.
Per. Ad Timotheũ. ij. j. a.

Chariſſime, Noli erubeſcere
teſtimonium dñi noſtri ieſu chriſti,
neq; me vinctum eius: ſed conlabo
ra euãgelio ſcdm virtutẽ dei, q̃ nos
liberauit et vocauit vocatione ſan-
cta, non ſcdm opera noſtra, ſed ſm
propoſitũ ſuũ & gratiã que data eſt
nobis in chriſto ieſu ante tempora
ſecularia. Manifeſtata eſt autem
nunc per illuminationẽ ſaluatoris
noſtri ieſu chriſti, qui deſtruxit qui-
dẽ mortẽ, illuminauit aũt vitã & in-
corruptionẽ per euangeliũ: in quo
poſitus ſum ego predicator & apo-
ſtolus & magiſter gentiũ. Ob quã
cauſam etiã hec patior: ſed nõ con-
fundor. Scio enim cui credidi, & cer
tus ſum quia potẽs eſt depoſitum
meũ ſeruare in illũ diẽ. Teſtificor
corã deo & chriſto ieſu qui iudicatu
rus eſt viuos et mortuos et per ad
uentũ ipſius, et regnũ eius: prẽdica
verbum. Inſta oportune, importu
ne: argue, obſecra, increpa in omni
patientia et doctrina. Erit enim tẽ
pus cum ſanam doctrinã non ſuſti
nebunt: ſed ad ſua deſideria coacer
uabunt ſibi magiſtros, prurientes
auribus, & a veritate quidẽ auditũ
auertent, ad fabulas aũt conuertẽ
tur. Tu vero vigila, in omnibus la-
bora, opus fac euangeliſte, miniſte
rium tuũ imple, ſobrius eſto. Ego
enim iam delibor: et tempus mee
reſolutionis inſtat. Bonum certa-
men certaui, curſum conſummaui,
fidem ſeruaui. In reliquo, repoſita
eſt mihi corona iuſtitie, quam red-
det mihi dominus in illa die, iuſtus
iudex: non ſolum autem mihi, ſed &
iis qui diligunt aduẽtũ eius. Gra.

Qui operatus eſt petro in apoſtola-
tum, operatus eſt et mihi inter gẽtes:
et cognouerunt gratiam dei que data
eſt mihi. ℣. Gratia dei in me vacua nõ
fuit: ſed gratia eius ſemper in me ma-
net. ℟. alla, halla. ℣. Bonum certamẽ
certaui, curſum cõſumaui, fidem ſerua
ui, halla. Scdm Mattheũ. xviij. d.

IN illo tẽpore, Dixit ſimõ petrus ad dñm ieſum, Ecce, nos reliquimus oĩa, et ſecuti ſumus te: quid ergo erit nobis? Jeſus autẽ dixit illis, Amen dico vobis q vos qui ſecuti eſtis me in regeneratiõe, cũ ſéderit filius hominis in ſede maieſtatis ſue, ſedebitis et vos ſup ſedes duódecim, iudicantes duodecĩ tribus iſrael. Et oĩs qui reliquerit domũ, vel fratres, aut ſorores, aut patrẽ, aut matrẽ, aut vxorẽ, aut filios, aut agros ppter nomẽ meũ, céntuplũ accipiet, et vitã eternam poſſidebit. Credo. Offerto. Mihi aũt nimis honorati ſunt amici tui deus: nimis cõfortatus eſt principatus eorũ. Secre.

Eccleſie tue, queſumus dñe: preces et hoſtias apoſtolica commendet oratio: vt, qđ illorũ gloria celebramus: nobis profit ad veniã, P. Prefatio Equũ et ſalutare, Te dñe ſuppliciter. Cõmu. Amen dico vobis, q vos qui reliqſtis oĩa et ſecuti eſtis me, céntuplum accipietis: et vitam eternam poſſidebitis. Poſtcõ. oĩo.

Perceptis dñe ſacramẽtis, beatis apoſtolis tuis interueniẽtibus, deprecamur: vt, que p illorũ celebrata ſunt gloria: nobis proficiant ad medelã, P.

¶ In die ſancti Martialis epi: et cõfeſſoris, Introi. Statuit ei dñs. folio. clvij. Oĩo.

Deus, qui populo tuo agnitionẽ tui nominis, per beatiſſimũ martialẽ, cõfeſſorẽ tuũ atq pontificẽ reuelaſti: preſta, queſumus: vt, ſicut in terris doctor extitit veritatis, ita nobis in celo indulgentiã obtineat tue pietatis, P. Ep'la. Dedit dñs cõfeſſionẽ ſancto ſuo. clvii. Grad. Iurauit dñs, et nõ penitebit eũ: tu es ſacerdos in eternũ, ſcđm ordinẽ melchiſédech. ꝟ. Dixit dñs dño meo, ſede a dextris meis. Halla, halla. ꝟ. Letabitur iuſtus in dño: et ſperabit in eo, et laudabũtur oẽs recti corde, halla. Euãgeliũ. In illo tẽpore, Sint lumbi veſtri. clvij. Offer. Ueritas mea et miſericordia mea cũ ipſo: et in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Omnipotens ſempiterne deus, munera que tue maieſtati offerimus, per beatiſſimi martialis cõfeſſoris tui atq põtificis interceſſionẽ, fac nobis ad eternitatis proficere ſalutẽ, P. Cõm. Dñe, quinq talẽta tradidiſti mihi, ecce, alia quinq ſup lucratus ſum. euge ſerue bone, quia in pauca fuiſti fidelis: ſupra multa te conſtituã, intra in gaudiũ dñi tui. Poſtc.

Salutis noſtre ſumentes ſacramẽta, miſericors deus, concede, queſumus: vt beati martialis cõfeſſoris tui atq põtificis interceſſionibus, a nr̃is prauitatibus abſoluamur: et ipſe nobis tuã miſericordiã conciliet, P. ¶ In octauo die ſancti Joãnis baptiſte oĩa dicũtur vt in die eſt notatum. Si aũt in eo occurrerit octauus dies corporis chriſti: officiũ miſſe dicit' de corpore chriſti, et octauus dies ſancti



258

Joānis baptiſte trāſſertur in quin
tā mēſis Julij. Quādo vero feſtū
trāſſixiōis beate marie euenerit in
dicto octauo die ſancti Joānis, offi
ciū miſſe dicit̃ de trāſſixione vginis
marie: et octauus dies Joānis ba
ptiſte mutet̃ in quartā iulij. Quā
do aūt dñica **Deus oim.** venerit in
predicto octauo die ſancti Joānis,
officiū miſſe dicit̃ de dñica: et octa
uus dies trāſſertur in tertiā diē eiuſ
dem menſis Julij. Quādo feſtum
trāſſixionis beate Marie occurre
rit in viſitatione virginis Marie:
ſuper hoc vide rubricā in feſto trāſ
fixionis vginis marie. fo. cxv. Quā
do aūt euenerit dñica **Deus oim.**
in dicto die viſitationis beate Ma
rie, officiū miſſe dicitur de dñica: et
viſitatio virginis marie trāſſertur
in feriā ſcdām immediate ſequētē.

¶ In viſitatiōe btē marie vginis.

Tranſite **Intro.** ad me oēs qui cō
cupiſcitis me: ⁊ a
generatiōib9 me
is adimplemini.
℣. In me grā ois
vie et veritatis: in
me eſt omnis ſpes vite et virtutis. Glo
ria pa. Gloria in excelſis. **Oratio.**

Deus, cuius vnigenit9, vtero
adhuc virginis clauſus, ioā
nē baptiſtā, maria ſalutāte, ſpiritu
ſācto priuſq̄ naſceret̃ impleuit, da
eccl'ie tue: vt, quos ſpiritali regene
ratione concepit, purificatos tibi fi
lios pariat adoptionis, P. **Lectō**

Ego libri Eccl'iaſtici. xxiiij. b.
quaſi terebinthus extendi ra
mos meos, et rami mei honoris et
grē. Ego qſi vitis fructificaui ſua
uitatē odoris: ⁊ flores mei fructus
honoris ⁊ honeſtatis. Ego mater
pulchre dilectiōis, ⁊ timoris, ⁊ agni
tionis, ⁊ ſancte ſpei. In me grā ois
vite et veritatis, in me oīs ſpes vi
te et virtutis. Trāſite ad me oēs
qui cōcupiſcitis me, ⁊ a generatiōi
bus meis implemini. Spirit9 enim
meus ſup mel dulcis, et hereditas
mea ſup mel et fauum. Memoria
mea i generatiōnes ſeculorū. **Grā.**
Ego effudi flumina: ego quaſi trames
aque immenſe de fluuio, ego quaſi flu
uius dorix, et ſicut aque duct9 exiui de
paradiſo. ℣. Rigabo hortū plantatio
nū: et inebriabo partus mei fructum.
Halla, halla. ℣. Ut facta eſt vox ſaluta
tionis tue in aurib9 meis, exultauit in
gaudio infans in vtero meo, halleluia.

In illo tpe. **Scdm Lucā. j. d.**
Exurgēs maria, abijt in mō
tana cū feſtinatione in ciuitatē iu
da: ⁊ intrauit in domū zacharie, et
ſalutauit eliſabeth. Et factū eſt: vt
audiuit ſalutationem marie eliſa
beth, exultauit infans in vtero ei9.
Et repleta eſt ſpiritu ſancto eliſa
beth: ⁊ exclamauit voce magna, et
dixit, Benedicta tu inter mulieres,
et benedict9 fructus vētris tui. Et
vnde hoc mihi vt veniat mater dñi
mei ad me? Ecce enim vt facta eſt

vox salutatiõis tue in aurib⁹ meis, exultauit in gaudio infans in vtero meo. Et beata q̃ credidisti: qm̃ pficient̃ ea q̃ dicta sunt tibi a dño. Et ait maria, Magnificat anima mea dñm. Et exultauit spirit⁹ me⁹ in deo salutari meo. Credo. Off. Unde hoc mihi, vt veniat mater dñi mei ad me? bt̃a q̃ credidisti, qm̃ perficiẽtur ea q̃ dicta sunt tibi a dño: et ait maria, magnificat aĩa mea dñm: ⁊ exultauit spũs meus in deo salutari meo. Secre. Suscipe, q̃s dñe, fidelis populi vota: vt, q̃ te ab vtero inuiolate ṽginis precursorẽ ĩ vtero sctificasse cogaudet, ipe quoq3 a te, in vtero matris ecclesie, sanctificari mereat̃, Qui vi. Prefa. Eterne deus, Et te in visitatione beate marie. Cõm. Mansit autẽ maria cũ illa quasi mẽsibu⁹ tribus: et reuersa est in domũ suam. Postcõmu. oratio. Sacra libates mysteria, te domine supplicit̃ deprecamur: vt eccl'ia tua visitationis mysteria recolẽs, visitãtis et visitate meritis subleuata, ab instãtib⁹ malis ⁊ periclis eruat̃, P. ¶ In scẽoꝝ Processi ⁊ Martiniani marty. Intro. Iudicabũt sancti gentes, et dñant̃ populis: regnabit dñs illoꝝ in perpetuũ. ℣ Exultate iusti in dño: rectos decet collaudatio. Gl'ia pa. Gl'ia in exc. Deus, qui nos sanctorũ tuoꝝ processi et martiniani cõfessionib⁹ gl'iosis circumdas et protegis: da nobis, ⁊ eoꝝ imitatione proficere, et intercessione gaudere, P. Ep'la Iusti autẽ in ppetuũ. folio. clv. Grad. Exultabunt sancti in gl'ia: letabũtur in cubilibus suis. ℣. Cantate dño canticũ nouũ: laus eius in ecclesia sanctorum. Hall'a, hall'a. ℣. Isti sunt qui venerũt ex magna tribulatiõe: et lauerũt stolas suas in sanguine agni, hall'a. Euãgeliũ. In illo tẽpore, Nihil opertũ quod nõ reueletur. fol. clvj. Offert. Gloriabũtur in te oẽs qui diligunt nomen tuũ: qm̃ tu dñe benedices iusto. dñe vt scuto bone volũtatis tue coronasti nos. Secret. Suscipe dñe preces nostras ⁊ munera, q̃ vt tuo sint digna cõspectui offerim⁹: et sanctoꝝ tuorũ precib⁹ nobis dent salutẽ, Per. Cõm. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantiũ: laque⁹ contrit⁹ est, et nos liberati sum⁹. Postcõ. oratio. Corporis sacri, ⁊ preciosi sanguinis repleti libamine, quesumus dñe deus noster: vt, quod pia deuotione gerim⁹, certa redemptione capiam⁹, Qui viuis.

¶ Qñ festũ trãsfixionis beate marie occurrerit in octo die apl'oꝝ petri ⁊ Pauli, officiũ misse dicitur de transfixione virginis marie: et octauus dies apostoloꝝ Petri ⁊ pauli transfertur in diem immediate sequentem. Quando autem in predicto octauo die apl'orum Petri ⁊ Pauli euenerit dñica Deus oim,

officiū miſſe dicitur de dñica: ꝛ octa
uus dies apoſtolorū Petri ꝛ pau
li transfertur in feriā ſcdam imme
diate ſequētem. ¶ In octauo die
aplorū Petri ꝛ Pauli. Introit⁹.
SApientiā ſanctorū nar
rēt populi, et laudē eo
rum nūciet eccleſia: no
mina aūt eorū viuēt in
ſeculū ſeculi. ℣. Exulta
te iuſti i dño: rectos decet collaudatio.
Glia pa. Gloria in excelſis. Oratio.
DEus, cuius dextera beatum
petrū apoſtolū ambulātem
in fluctibus, ne mergeretur, erexit:
ꝛ coapoſtolū ei⁹ paulū, tertio nau
fragantē, de profundo pelagi libe
rauit: exaudi nos propitius, ꝛ cōce
de, vt amborū meritis eternitatis
gloriam conſequamur. Qui viuis.
FRatres, Ad Galatas. ij. b.
Deus perſonā hominis non
accipit. Mihi enim qui videbātur
eſſe aliquid, nihil contulerūt. Sed
cōtra cū vidiſſent ꝙ creditū eſt mi
hi euangeliū preputij, ſicut et petro
circūciſionis (Qui enim operatus
eſt petro in apoſtolatum circūciſio
nis: operat⁹ eſt et mihi inter gētes)
Et cū cognouiſſent gratiā que da
ta eſt mihi, iacobus ꝛ cephas et ioā
nes qui videbātur colūne eſſe, dex
tras dederunt mihi et barnabe, ſo
cietatis: vt nos in gētes, ipſi aūt in
circūciſionē: tantū vt pauperū me
mores eſſemus. Qd etiā ſolicitus
fui hoc ipſum facere, in chriſto ieſu
dn̄o noſtro. Grad. Iuſtorū ani
me in manu dei ſunt: ꝛ nō tanget illos
tormentum malitie. ℣. Viſi ſunt oculis
inſipientiū mori, illi autē ſunt in pace.
Halla, halla. ℣. In omnē terrā exiuit
ſonus eorū, et in fines orbis terre ver
ba eorū, halla. Scdm Mattheum.
IN illo tēpore, Cōm xiiij. d.
pulit dñs ieſus diſcipulos ſu
os aſcēdere in nauiculā, et precede
re eū trans fretū, donec dimitteret
turbas. Et dimiſſa turba, aſcendit
in montem ſolus orare. Veſpere
autem facto ſolus erat ibi. Naui
cula autem in medio mari iactaba
tur fluctibus. Erat enim contra
rius vētus. Quarta autem vigilia
noctis, venit ad eos ambulans ſu
per mare. Et vidētes eū ſuper ma
re ambulātē, turbati ſūt, dicētes,
Quia phantaſma eſt. Et pre timo
re clamauerūt. Statimq; ieſus lo
cutus eſt eis dicēs, Habete fiduciā:
ego ſum, nolite timere. Reſpōdens
autē petrus dixit illi, Dñe, ſi tu es,
iube me ad te venire ſup aquas. At
ipſe ait, Veni. Et deſcēdens petr⁹
de nauicula, ambulabat ſup aquā
vt veniret ad ieſum. Videns vero
ventū validū, timuit: et cū cepiſſet
mergi, clamauit, dicēs, Dñe, ſaluū
me fac. Et cōtinuo ieſus extēdens
manum apprehēdit eum: et ait illi,
Modice fidei quare dubitaſti? Et
cū aſcēdiſſent in nauiculā, ceſſauit
ventus. Qui aūt in nauicula erāt,
venerūt, et adorauerūt eū, dicētes,

Vere filius dei es. Credo. Offer. Exultabunt ſancti in gloria: letabuntur in cubilibus ſuis, exultationes dei in faucibus eorum. Secreta.

Oblatis ſub... Offerimus tibi dñe preces et munera: et vt tuo ſint digna cõſpectui: apoſtolorũ tuorũ precibꝰ, queſumus, adiuuemur, P. Prefatio. Equũ et ſalutare, Te dñe ſuppliciter. Cõm. Juſtorum anime in manu dei ſunt: et nõ tanget illos tormẽtum mortis. viſi ſunt oculiꝭ inſipientiũ mori, illi aũt ſunt in pace, halla. Poſtc.

Sumptis dñe remedijs oro. ſempiternis, tuorũ mũdẽtur corda fideliũ: vt apoſtolicis, petri ⁊ pauli patrocinijs, que corporalibꝰ officijs exequũtur, pia cordis intelligentia comprehẽdant, P. ¶ Dominica prima poſt octauã apłorũ Petri ⁊ Pauli celebratur feſtum angeli cuſtodis: et ſi ibi fuerit aliqđ feſtũ trãſfertur quo poterit ſuo ordine, cũ locus fuerit. Quando aũt in dicta dñica occurrerit octauus dies viſitationis virginis marie, officiũ miſſe dicitur de angelo cuſtode: et octauus dies viſitatiõis trãſfertur in feriã ſecundã immediate ſequentẽ: ⁊ feſtũ Chriſtophori mutetur quo poterit ſuo ordine, cũ locus fuerit. ¶ Jn feſto Angeli cuſtodis. Introitus.

Salue ſancte cuſtoꝭ, quẽ ad ciuitatis nr̃e cuſtodiã diuina pietas deſtinauit: cui ſit honor et gloria in ſecula ſeculorum. ℣. Benedic anima mea dñm: et om̃ia que intra me ſunt nomini ſancto eiuꝭ. Gloria patri.

Gloria in excelſis. Oratio.

Omnipotens et miſericors deus, q̇ angelicã cuſtodiã homini et hominũ regnis ⁊ puĩtijs et ciuitatibus cõtuliſti, concede propitius: vt noſtri regni et ciuitatis pſul et cuſtoꝭ, angelus tuus ſanctus nos, ipſum totũq; regnũ, ab inſtantibus periculis corporis et anime, et futuris aduerſitatibus, ⁊ protegat ⁊ defendat, Per. Lectio libri Apocalypſis beati Joannis apoſtoli. xix. b.

In diebꝰ illis, Dixit mihi angelus, Scribe, Beati qui ad cenã nuptiarum agni vocati ſunt. Et dicit mihi, Hec verba dei vera ſunt. Et cecidi ante pedes eius, vt adorarem eũ. Et dicit mihi, Vide ne feceris: cõſeruus tuus ſum, ⁊ fratrũ tuorũ habẽtiũ teſtimoniũ ieſu. Deum adora. Grad. Tu es ſpes ciuitatiꝭ nr̃e glorioſe angele: te altiſſimꝰ poſuit in cuſtodẽ: et ei dedit refugium tuũ. ℣. Nõ accedat igitur ad eã malũ, et flagellũ non appropinquet tabernaculo ſuo. Halla, halla. ℣. Tu es ſignaculũ ſimilitudinis dei, plenus ſapientia, ⁊ perfectus decore, habens ſignum dei viui, ciuitatẽ noſtrã cuſtos eiꝰ glorioſe, cõſigna: ⁊ ſeruis dei aggrega glorioſis, halla. Scđm Matth. iiij. a.

In illo tẽpore, Aſſumpſit dominũ ieſum diabolus in ſanctã ciuitatem, ⁊ ſtatuit eũ ſupra pin

260

naculũ tẽpli, et dicit ei, Si filius dei
ps. es, mitte te deorſum. Scriptum eſt
90 enim, Quia angelis ſuis mãdabit
de te, et in manib⁹ tollent te, ne for-
te offendas ad lapidẽ pedẽ tuum.
Ait illi ieſus, Rurſum ſcriptũ eſt,
Deu- Nõ tentabis dñm deũ tuũ. Iterũ
tero. aſſumpſit eũ diabolus in montẽ ex
65. celſum valde, ⁊ oſtendit ei omia re-
gna mũdi, et gloriã eorũ, et dicit ei,
Hec oia tibi dabo, ſi cadens adora-
ueris me. Tũc dicit ei ieſus, Uade
retro ſatana, Scriptũ eſt enĩ, Do-
minũ deũ tuum adorabis: et illi ſoli
ſeruies. Tũc reliquit eũ diabolus: ⁊
ecce, angeli acceſſerunt, et miniſtra
bant ei. Credo. Offer. Cũ proſter-
no preces meas in cõſpectu dei mei tẽ-
pore ſacrificij, tu glorioſe angele q̃ ſtas
ante dominũ, offer eas altiſſimo: et ve
ni, tribue ciuitati noſtre deſideriorum
ſuorum abundantiam. Secre.
HEc precor, dñe munera tibi
oblata ſanctifica: quibus et noſtra
ſcelera deleantur, et te iubente, glo
rioſi angeli cuſtodis ciuitatis nr̃e
cura circa eam peramplius augea
tur, P. Cõm. Gaudiũ tibi erit ange-
le ſuper ciuitate noſtra tibi cõmiſſa, pe
nitentiã agẽte: et tuis interceſſionib⁹
dei gloriã obtinente. Poſtcõm. oro.
PRoſint ciuitati noſtre dñe,
ad ſalutẽ corporis et anime,
hec que indignus ſũpſi, viſibilia ſa-
cramẽta: et preſta horũ virtute, vt
illo inuiſibili cibo ⁊ potu mereamur
perfrui, quo angelus cuſtos eius in
celis fruitur cum beatis, P. ¶ In
octauo die viſitationis beate Ma
rie omnia dicuntur vt in die. Sed ſi
in eo occurrerit feſtum trãſfixionis
virginis marie, officiũ miſſe dicitur
de tranſfixione: ⁊ octau⁹ dies viſita
tionis transfertur in vndecimã diẽ
menſis Julij: ⁊ feſtũ tranſlationis
ſancti Benedicti mutetur quo po-
terit, cũ locus fuerit. ¶ In die ſan-
cti Chriſtofori martyris. Introit⁹.
Letabitur iuſt⁹ in dño. cliiij. Oratio.
BEati chriſtofori martyris tui,
q̃s dñe, precibus adiuuemur:
et eius digna ſolennia celebrantes,
fac nos tibi toto corde eſſe deuo-
tos, P. Epla Chariſſime, Me-
mor eſto dñm nrm ieſum chriſtũ.
folio. cliiij. Grad. Poſuiſti dñe. ℣ De
ſideriũ anime ei⁹. Alla. ℣ Beat⁹ vir
qui timet dñm. cliiij. Euãgeliũ. In
illo tẽpore, Si quis vult poſt me ve
nire. cliiij. Offer. Gloria ⁊ honore. clv.
MUneribus nr̃is, q̃s Secret.
dñe: precibuſq; ſuſceptis, et
celeſtibus nos mũda myſterijs: et
clementer exaudi, P. Cõ. Qui vult
venire. folio. clv. Poſtcõ. oro.
REpleti dñe muneribus tuis,
tribue queſum⁹: vt interceſſiõe ſan
cti chriſtofori mundemur effectu: ⁊
muniamur auxilio, P. ¶ In ſcto-
rũ ſeptẽ fratrũ martyrũ. Introit⁹.
LAudate pueri dñm, lauda
te nomen dñi: qui habita
re facit ſterilem in domo
matrẽ filiorũ letãtem. ℣.

Sit nomen dñi benedictū et hoc,nūc,
et vſq3 in ſclm,Glia pa. Glia in excel.
PReſta,q̄s oṗs deus: Oro.
vt,q gl'ioſos martyres tuos,
ianuariū, felicē, philippū, ſiluanū,
alexandrū,vitalē, atq3 martialem
fortes in ſua cōfeſſiōe cognouim⁹:
pios apud te in noſtra interceſſiōe
ſentiamus,P. Epla. Juſtorū ani
me in ma.clv. Grad. Anima noſtra
ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venan
tiū. v. Laqueus cōtritus eſt:et nos libe
rati ſumus.adiutoriū noſtrū in nomi
ne dñi,qui fecit celū et terram. Halla,
halla v. Laudate pueri dñm,laudate
nomē dñi,halla Euāgel. In illo tē
pore, Cū audieritis prelia ⁊ ſe.clvj.
Offert. Anima nr̄a ſicut paſſer ere
pta eſt de laqueo venantiū: laque⁹ con
tritus eſt:⁊ nos liberati ſum⁹. Secre.
SAcrificijs preſentib⁹,dñe q̄s:
intēde placat⁹:vt interceden
tib⁹ ſctis tuis,deuotioni noſtre pro
ficiāt,et ſaluti,P. Cōm. Quicunq3
fecerit voluntatē patris mei q in celis
eſt, ipſe meus frater, et ſoror, et mater
eſt dicit dñs. Poſtcōmu.oro.
QVeſum⁹ oṗs de⁹:vt,illius ſa
lutaris capiam⁹ effectū: cuius per
hec myſteria pign⁹ accepimus, P.

¶ In tranſlatione ſcti Benedicti
abbatis et cōfeſſoris. Introitus.
Os iuſti meditabitur ſapiētiā. clviij.
INterceſſio nos,q̄s Oratio.
dñe:beati benedicti abbatis
commendet:vt,quod noſtris meri
tis nō valemus,eius patrocinio aſ
ſequamur,P. Lctio Eccliaſti.l.a.
QVaſi ſtella matutina in me
dio nebule,⁊ quaſi luna ple
na in dieb⁹ ſuis lucet,⁊ quaſi ſol re
fulgēs,ſic ille effulſit in templo dei.
Quaſi arc⁹ refulgēs inter nebulas
glorie,et quaſi flos roſarū in dieb⁹
vernis. Quaſi lilia q̄ ſunt in trāſitu
aque. Et quaſi thus redolēs in die
bus eſtatis. Quaſi ignis effulgēs,
⁊ quaſi thus ardēs in igne, Quaſi
vas auri ſolidū ornatū omi lapide
precioſo. Quaſi oliua pullulās,⁊ cy
preſſus in altitudinē ſe extollēs,in
accipiendo ip̄m ſtolā glie,⁊ veſtiri
eū cōſummatiōne vtutis Gra. Os
iuſti meditabit,v. Lex dei ei⁹. Halla.
v. Juſt⁹ vt pal.clix. Euāgel. In illo
tēpe, Nemo accendit lucernā.clix.
Offer Deſideriū aie ei⁹.clix. Secre.
SAcris altaribus dñe hoſtias
ſuppoſitas ſcts bñdict⁹,q̄s:
in ſalutē nobis puenire depoſcat,
P. Cō. Fidelis ſeru⁹ ⁊ prudens.clix.
PRotegat nos Poſtcō.oro.
dñe cū tui perceptione ſacra
mēti beatus bñdictus abbas p no
bis intercedendo:et,vt cōuerſatio
nis ei⁹ experiamur inſignia:ſancti
tatis ſequamur exempla,Per.

¶ In ſancte Margarite virginis
et martyris. Introitus. Gaudeam⁹
omnes in domino fol.clix. Oratio.
DEus,qui beatā margaritam
ornaſti virginitate, et coro
naſti martyrio:preſta,queſum⁹: vt
qui cōmemorationis eius feſta per

colim⁹, eius apud te preſidio fulcia
mur, Per. Epla. Fratres, Qui glo
riatur in dño. fol. clx. Gra. Dilexiſti
iuſtitiam, ℣. Propterea vnxit te deus.
Hallꝰa. ℣. Diffuſa eſt gratia. folio. clx.
Euãgeliũ. In illo tẽpore, Simile
eſt regnũ celorũ theſauro abſcon.
clx. Offerto. Offerentur regi virgi
nes. folio. clx. Secreta.
Iſta ſancte margarite marty
ris tue paſſione pretioſa, te dñe mi
rabilẽ predicãtes, munera votiua
deferim⁹: vt ſicut ei⁹ tibi grata ſunt
merita, ſic noſtre ſeruitutis accepta
reddantur officia; Per. Cõm. Si
mile eſt regnũ celorum. clx. Oratio.
Quos celeſti dñe refectione ſa
tiaſti: beate, queſumus: mar
garite martyris tue meritis, a cun
ctis exue propitiat⁹ aduerſis, Per.
¶ In triũpho ſcte Crucis. Intr.
Nos aũt gloriari opor
tet in cruce dñi nr̃i ie
ſu chriſti, in quo eſt ſa
lus, vita, ⁊ reſurrectio
noſtra: per quẽ ſalua
ti et liberati ſumus. ℣. Deus miſerea
tur noſtri ⁊ benedicat nobis: illuminet
vultũ ſuũ ſuper nos, et miſereatur nr̃i.
Glia pa. Gloria in excelſis. Orõ.
Deus, qui per crucẽ tuã popu
lo in te credenti triumphum
cõtra inimicos concedere voluiſti:
queſum⁹, vt tua pietate adorãtib⁹
crucẽ, victoriã ſemp tribuas ⁊ hono
rẽ, Qui. Ad Philippẽ. c. ij.
Fratres, Chriſtus factus eſt
pro nobis obediens vſq ad mortẽ,
mortẽ aũt crucis, Propter quod ⁊
deus exaltauit illum: ⁊ donauit illi
nomẽ quod eſt ſup omne nomẽ: vt
in nomine ieſu omẽ genu flectatur,
celeſtiũ, terreſtriũ, et infernorum: ⁊
omis lingua confiteatur, quia dñs
ieſus chriſtus in gloria eſt dei pris.
Gra. Chriſtus fact⁹ eſt p nobis obe
diens vſq ad mortẽ: mortẽ aũt crucis.
℣. Propter qđ et deus exaltauit illũ: ⁊
dedit illi nomẽ qđ eſt ſup omẽ nomen.
Hallꝰa, hallꝰa. ℣. Dulce lignũ, dulces cla
uos, dulcia ferẽs pondera, que ſola fui
ſti digna ſuſtinere regẽ celorũ, et dñm,
hallꝰa. Secundum Joãnem. xij. ca.
In illo tẽpore, Dixit ieſus tur
bis iudeorũ, Nunc iudicium
eſt mũdi: nunc princeps mundi hu
ius eijcietur foras. Et ego ſi exalta
tus fuero a terra, oĩa trahã ad me
ipſum. Hoc aũt dicebat, ſignificans
qua morte eſſet moriturus. Reſpõ
dit ei turba, Nos audiuim⁹ ex lege
quia chriſtus manet in eternum: ⁊
quomodo tu dicis, Oportet exalta
ri filiũ hominis? Quis eſt iſte filius
hoĩs? Dixit ergo eis ieſus, Adhuc
modicũ lumẽ in vobis eſt. Ambu
late dum lucẽ habetis: vt non vos
tenebre cõprehendant. Et qui am
bulat in tenebris, neſcit quo vadat.
Dũ lucẽ habetis, credite in lucem,
vt filij lucis ſitis. Credo. Offerto.
Protege dñe plebẽ tuã per ſignũ ſan
cte crucis ab oĩbus inſidijs inimicorũ
omniũ: vt tibi gratã exhibeamus ſerui

tutē: ⁊ acceptabile tibi fiat ſacrificium noſtrum, hallelu ia. Secreta. Sacrificium, qđ tibi dn̄e in honorē triumphi ſancte crucis nobis collati gratãter obtulimus: ſupplices te rogamus, preſtet auxiliū: vt de hoſtibus corporis et anime triūphum reportemus, Per. Cō. Per ſignū crucis de inimicis noſtris libera nos deus noſter. Poſtcōm. oratio. Preſta, queſum⁹ dn̄e: vt ſicut hodie ſigno crucis preeunte, regibus hiſpanis de inimicis ſarracenis triumphū dediſti: ita nos de hoſtib⁹ noſtris, tam viſibilib⁹ quã inuiſibilibus, triumphare concede P. ¶ In ſanctarū Juſte ⁊ Ruffine virginū ⁊ martyrū. Intro. Offeretur regi virgines poſt eã. clx. Orō. Omnipotens ſempiterne de⁹ da nobis in feſtiuitate ſanctarum virginū et martyrū tuarum iuſte ⁊ ruffine congrua deuotione gaudere: vt potentiã tuã in earū paſſione laudantes, earū interuentu perpetuū percipiamus auxiliū, P. Epla. Fratres, De virginibus preceptū dn̄i nō habeo. clxj. Gra. Media nocte clamor factus eſt. ℣. Tūc ſurrexerūt oēs v̄gines. Halla. ℣. Quinqȝ prudētes. clxj. Euangeliū. In illo tēpore, Simile eſt regnū celorū decē virginibus folio. clxj. Offerto. Offerentur regi virgines clxj. Secret. Super hec libamina que ſumpſimus dn̄e, ſpiritū tue ſanctitatis emitte: ⁊ interuentu ſanctarū virginū ⁊ martyrū tuarū iuſte ⁊ ruffine, cunctorū nobis criminū indulgētiã largire, P. in vni. eiuſ. Cō. Quinqȝ prudentes virgin. clxj. Poſt cō. orō. Preſta, queſum⁹ dn̄e: mētib⁹ noſtris cū exultatione prouectū: et intercedentibus beatis virginibus ⁊ martyrib⁹ tui⁹, iuſta ⁊ ruffina, quarū diē paſſionis annua deuotione recolimus, etiã fidei cōſtãtiã ſubſequamur, Per. In inuentione corporis ſancti Braulionis epi et cōfeſ. Intr. Statuit ei dn̄s. clvij. Omnipotens ſempiterne Orō. de⁹, qui ſacra beati braulionis cōfeſſoris tui atqȝ pōtificis mēbra fidelibu⁹ tuis reuelare voluiſti, concede interceſſioni⁹ eius auxilio, nos ab inſtãtibus tribulationibus liberari: ⁊ futuris conſolationibus ſociari, Per. Epla. Ecce ſacerdos magnus clvij. Grad. Ecce ſacerdos magn⁹. ℣. Non eſt inuē. Halla. ℣. Juſtus vt pal. clix. Euangeliū. In illo tēpore, Sint lūbi vr̄i. clvij. dr Cre do. Offer. Ueritas mea. clviij. Sec. Hīs, q̄s dn̄e: munerib⁹ intende placat⁹: ⁊ tribue ſupplicationibus glorioſi cōfeſſoris tui atqȝ pōtificis braulionis nos a peccatis oībus abſolui: ⁊ celeſti glīa ditari, P. Cōm. Btūs ſeruus. clviij. Orō. Deus, qui eccleſie tue glorioſi cōfeſſoris tui atqȝ pontificis braulionis non defraudaſti artus oſtēdere: da, vt eius ſupplicatione fiat tibi ſemp nr̄e mētis deuota in-

tētio: τ iugiter expediat auxilio, P.
¶ In ſcē Praxedis virgi. Intr.
LOquebar de teſtimo-
nijs tuis in conſpectu
regū τ nō cōfundebar:
τ meditabar in māda
tis tuis q̄ dilexi nimis.
℣. Beati immaculati in via, qui ambu
lant in lege dn̄i. Glīa pa. Glīa in exc.
ORa, q̄s ops deus: vt q̄ Orō.
bt̄e praxedis virginis tue na
talitia colimus: et annua ſolenni-
tate letemur: τ tante fidei proficia-
mus exēplo, P. Epl̄a. Dn̄s deus me
exaltaſti ſuper terrā. clx. Gra. Di le
xiſti iuſtitiā, et odiſti iniq̄tatē. ℣. Pro-
pterea vnxit te deus, deus tuus oleo le
titie. Alla, alla. ℣. Ueni electa mea,
et ponā te thronū meū, quia cōcupiuit
rex ſpeciē tuā, alla. Euangeliū. In
illo tēpore, Theſauro abſcondito.
clx. Offert. Diffuſa eſt gr̄a in labijs
tuis: ppterea bn̄dixit te deus in eternū.
HOſtias dn̄e quas Secreta.
tibi offerimus, propitius ſuſci-
pe: et intercedente beata praxede
virgine tua, vincula peccatorū no-
ſtrorū abſolue, Per. Cōm. Simi
le eſt regnū celorū homini negociato-
ri, querenti bonas margaritas, inuen-
ta vna precioſa margarita, dedit om̄ia
bona ſua, et cōparauit eam. Poſtcō.
BEate praxedis virginis tue
domine precibus cōfidentes,
queſumus clemētiā tuā: vt p ea que
ſumpſimus, eterna remedia capia-
mus, P. ¶ In ſcē marie Magda
lene nec v̄ginis nec marty. Introi.
GAudeamus oēs in dn̄o,
diē feſtū celebrātes ſub ho
nore bt̄e marie magdale-
ne: de cuius ſolēnitate gau
dent angeli, τ collaudant filium dei. ℣.
Gaudent angeli, τ exultant archange-
li: letantur iuſti, τ cōgratulātur om̄es
ſancti. Glīa pa. Glīa in excel. Orō.
LArgire nobis clementiſſime
pater: quo ſicut beata maria
magdalena dn̄m nr̄m ſup oīa dili-
gēdo, ſuorum obtinuit veniā pecca
minū: ita nobis apud miſericordiā
tuā ſempiternā ipetret btitudinē,
P eūdē. Lectio puerbiorū. xxxi. b.
MUlierē fortē quis inueniet?
Procul, τ de vltimis finibus
pretiū eius. Cōfidit in ea cor viri ſui,
et ſpolijs nō indigebit: reddet ei bo
nū, et nō malum, oībus diebus vite
ſue. Queſiuit lanā, et linū: et opera
ta eſt cōſilio manuū ſuarū. Facta
eſt quaſi nauis inſtitoris delonge
portans panem ſuum. De nocte
ſurrexit, deditq; predā domeſticis
ſuis, τ cibaria ancillis ſuis. Cōſide
rauit agrū, et emit eū: de fructu ma
nuū ſuarū plātauit vineā. Accinxit
fortitudine lūbos ſuos, et robora-
uit brachiū ſuū. Guſtauit quoniā
bona eſt negotiatio eius, nō extin-
guetur in nocte lucerna eius. Ma
nū ſuā miſit ad fortia, et digiti eius
apprehenderūt fuſum. Manū ſuā
aperuit inopi, et palmas ſuas extē
dit ad pauperem. Non timebit do

mni ſue a frigoribus niuis, omnes enim domeſtici eius veſtiti ſunt du plicib⁹. Stragulatā veſtē fecit ſibi, byſſus et purpura indumētū eius. Nobilis in portis vir eius, quādo ſederit cum ſenatoribus terre. Sin donē fecit et vendidit, et cingulum tradidit chananeo. Fortitudo ⁊ de cor indumentum eius, et ridebit in die nouiſſimo. Os ſuū aperuit ſa/ piētie, ⁊ lex clementie in lingua ei⁹. Conſiderat ſemitas domus ſue, et panem otioſa non comedit, Surre xeruut filij eius, ⁊ beatiſſimam pre/ dicauerunt: vir eius, ⁊ laudauit eā. Multe filie congregauerunt diui/ tias: tu ſupergreſſa es vniuerſas. Fallax gratia, et vana eſt pulchri/ tudo: mulier timēs dominum ipſa laudabitur. Date ei de fructu ma/ nuū ſuarū, ⁊ laudent eam in portis opera eius. Grad. Dilexiſti iuſtitiā et odiſti iniquitatem. ℣. Propterea vn xit te de⁹, deus tu⁹ oleo letitie. Halle, halle. ℣. Optimam partem elegit ſibi maria que non auferetur ab ea in eter/ num, halle. Secundū Lucam vij. c.

In illo tēpore, Rogabat do/ minū ieſum quidā de phari/ ſeis vt manducaret cum illo. Et in greſſu⁹ domum phariſei diſcubuit. Et ecce mulier que erat in ciuitate peccatrix, vt cognouit q̄ ieſu⁹ accu buiſſet in domo phariſei, attulit a/ labaſtrum vnguenti: ⁊ ſtans retro ſecus pedes ieſu, lachrymis cepit ri gare pedes eius, et capillis capitis ſui tergebat, et oſculabatur pedes eius, ⁊ vnguēto vngebat. Uidens autē phariſeus qui vocauerat eū, ait intra ſe, dicens, Hic ſi eſſet pro/ pheta, ſciret vtiq̄ que et qualis eſt mulier que tangit eum, quia pecca trix eſt. Et reſpondens ieſus dixit ad illum, Simō, habeo tibi aliquid dicere. At ille ait, Magiſter, dic, Duo debitores erant cuidam fene ratori: vn⁹ debebat denarios quin gētos, et alius quinquaginta. Nō habentibus illis vnde redderent, donauit vtriſq̄. Quis ergo eum plus diligit? Et reſpondens ſimō dixit, Eſtimo quia is cui plus do/ nauit. At ille dixit ei, Recte iudica/ ſti. Et conuerſus ad mulierem di/ xit ſimoni, Uides hanc mulierem? Intraui in domum tuam, aquam pedibus meis non dediſti: Hec au/ tē lachrymis rigauit pedes meos: et capillis ſuis terſit. Oſculum mi/ hi non dediſti: hec autem ex quo in/ traui non ceſſauit oſculari pedes meos. Oleo caput meum non vn/ xiſti: hec autē vnguēto vnxit pedes meos. Propter quod dico tibi, re/ mittuntur ei peccata multa: qm̄ di lexit multum. Cui autē minus di/ mittitur, minus diligit. Dixit autē ad illā, Remittuntur tibi peccata. Et ceperūt qui ſimul accumbebāt dicere intra ſe, Quis eſt hic qui etiā peccata dimittit? Dixit autem ad mulierem, Fides tua te ſaluā fecit: vade in pace. Offerto. Diffuſa eſt

gratia in labijs tuis: propterea bene/
dixit te deus in eternum. Secreta.
OBlatū tibi dn̄e ob honorem
beate marie magdalene ſa/
crificiū ꝓpiti⁹ ſuſcipe: et ipſius nos
ſectatores efficiēs, cunctorū nobis
facinorū veniā tribue, Per. Cōm.
Dilexiſti iuſtitiā, et odiſti iniquitatē:
ꝓpterea vnxit te de⁹, deus tu⁹. Poſt
REpleti dn̄e ſacra/ cōm. oro.
mento corporis ꝛ ſanguinis
vnigeniti tui, queſumus: vt bt̄e ma
rie magdalene meritis, nos ab ad/
uerſitatibus cūctis eripias: et ad ce
leſtia regna perducas, Per eundē.

¶ In ſancti Appollinaris epiſco/
pi et martyris. Int.
SAcerdotes dei benedi
cite dn̄m: ſancti ꝛ hu/
miles corde, laudate
deū. ℣. Bn̄dicite oīa
opera dn̄i dn̄o: laudate et ſuperexaltate
eū in ſecula. Glia pa. Glia in excelſi⁹.
DEus, qui nos annua Oro.
beati appollinaris martyris
tui atq; pontificis ſolennitate letifi
cas, preſta, q̄s: vt cuius gaudemus
meritis, inſtruamur exēplis, Per.
Epla. Beatus homo qui inuenit
ſapientiā. cliiij. Gra. Inueni dauid
ſeruū meū, oleo ſancto meo vnxi eū: ma
nus enim mea auxiliabit ei: et brachiū
meū cōfortabit eum. ℣. Nihil proficiat
inimicus in eo: et filius iniquitati⁹ nō
nocebit ei. Halla, halla. ℣. Letabitur
iuſtus in dn̄o, et ſperabit in eo: et leta/
būtur oēs recti corde, halla. Euāgel.
In illo tēpe, Si quis venit ad me.
folio. cliiij. Offert. Ueritas mea et
miſericordia mea cū ipſo: et in nomine
meo exaltabitur cornu eius. Secret.
MUnera dn̄e que ꝓ beati ap/
pollinaris martyri⁹ tui atq;
pōtificis ſolēnitate deferimus, pro
pitius ſuſcipe: ꝛ mala oīa que mere
mur auerte, P. Cōm. Beatus ſer/
uus, quē cū venerit dn̄s eius, inuenerit
vigilantē: amen dico vobi⁹, ſuper oīa
bona ſua cōſtituet eum. Poſtc. oro.
QUeſumus oṗs deus: vt q̄ ce/
leſtia alimēta percepim⁹, in/
tercedente bt̄o appollinare marty
re tuo atq; pōtifice, cōtra oīa ad/
uerſa muniamur, P.

¶ In octa/
uo die ſanctarū Iuſte et Ruffine
oīa dicūtur vt in die.

¶ In ſancte
Chriſtine vginis ꝛ martyris. Int.
Gaudeamus oēs fol. clix. Oratio.
DEus, qui beate chriſtine vir/
gini ꝛ martyri tue tam copio
ſum munus gratie cōferre dignat⁹
es: vt a filio tuo dn̄o nr̄o ieſu chri/
ſto et baptiſmū ꝛ eius nomē accipe
ret, cōcede: vt ea ſuffragāte, vitā at
tingamu⁹ eternā, P eundē. Epla.
Confitebor tibi dn̄e. clx. Grad. Dile/
xiſti iuſtitiā. ℣. Propterea vnxit te deus.
Halla. ℣ Diffuſa eſt gr̄a. clx. Euāge.
In illo tēpe, Simile eſt regnū celorū
theſauro abſcō. clx. Offer. Offeren
tur regi virgines. folio. clx. Secreta.
MUnera dn̄e q̄ tue maieſtati
in honorē tue virginis chri/
ſtine, hodie obtulim⁹, tibi ſint gra/

ta:et nobis oībus tua ſolita clemē-
tia, ſint ſalubria, P. Cō. Simile eſt
regnū celorū. fol. clxi. Poſtcō. orō.
D Omine ieſu chriſte, q̄ tāta in
ſignia amoris in baptizatiōe
beate chriſtine v̄ginis oſtēdiſti: ſup
plices te rogam⁹: vt partē amoris
tui, amore ei⁹ nobi⁹ oſtēdere digne
ris, Qui vi. ⁊ reg. cū deo pa. ¶ In
vigilia ſancti Jacobi apl'i ī officio
miſſe oīa dicunt' vt ſupra in vigilia
cōis apl'orū. folio. cliii. Quādo aūt
dicta vigilia occurrerit ī dn̄ica, ſab
bato retro quo ieiunamus dicitur
miſſa conuētualis de dicta vigilia.
¶ In ſc'ti Jacobi apl'i. Introit⁹.
Mihi aūt nimis honora
ti ſūt amici tui de⁹: ni-
mis cōfortat⁹ eſt prin-
cipat⁹ eorū. v̄. Dn̄e p-
baſti me, et cognouiſti
me: tu cognouiſti ſeſſionē meā ⁊ reſur-
rectionē meā. Glo'ia pa. Glia in excel.
Eſto dn̄e plebi tue ſan- Orō.
ctificator ⁊ cuſtos: vt apoſto
li tui iacobi munita preſidijs, ⁊ con
uerſatiōe tibi placeat, ⁊ ſecura mē-
te deſeruiat, P. Ad Corīth. ij. i. a.
FRatres, Bn̄dict⁹ de⁹ et pa-
ter dn̄i nr̄i ieſu chriſti, pat' mi
ſericordiarū ⁊ de⁹ toti⁹ cōſolatiōi⁹,
qui cōſolatur no⁹ in omi tribulatio
ne nr̄a: vt poſſim⁹ ⁊ ipſi cōſolari eo⁹
qui in oī preſſura ſunt, p exhortatio
nem qua exhortamur et ipſi a deo,
Qm̄ ſicut abundāt paſſiōe⁹ chriſti
in nobis: ita ⁊ p chriſtū abūdat con

ſolatio nr̄a. Siue autē tribulamur
pro vr̄a exhortatione et ſalute, ſiue
cōſolamur p veſtra cōſolatione et
ſalute, q̄ operat' tollerātiā earūdē
paſſionum quas ⁊ no⁹ patimur: vt
ſpes nr̄a firma ſit p vobi⁹: ſcientes
q ſicut ſocij paſſionū eſtis, ſic eritis
⁊ cōſolationis, In chriſto ieſu dn̄o
nr̄o. Gra. Nimis honorati ſunt ami-
ci tui de⁹: nimis cōfortat⁹ eſt principa
tus eorū. v̄. Dinumerabo eos: et ſuper
arenā multiplicabūtur. Hallā, halla.
v̄. Hoc eſt preceptū meū, vt diligati⁹ in
uicē ſicut dilexi vos, hall'a. Secundū
IN illo tem- Mattheū. xx. c.
pore, Acceſſit ad ieſum ma-
ter filiorū zebedei cū filijs ſuis, ado
rans ⁊ petēs aliquid ab eo. Qui di
xit ei, Quid vis? Ait illi, Dic vt ſe-
deāt hi duo filij mei, vn⁹ ad dexterā
tuā, ⁊ vn⁹ ad ſiniſtrā in regno tuo.
Reſpōdens aūt ieſus, dixit, Neſci-
tis q̄d petatis. Poteſtis bibere ca
licē quē ego bibiturus ſum? Dicūt
ei, Poſſum⁹. Ait illis, Calicē qui-
dē meū bibetis: ſedere aūt ad dexte
rā meā et ſiniſtrā, nō eſt meū dare
vobis, ſed quib⁹ paratum eſt a pr̄e
meo. Et audientes decē, indignati
ſunt de duob⁹ fratrib⁹. Jeſus autē
vocauit eos ad ſe: et ait, Scitis q̄a
principes gentiū dn̄antur eorū: ⁊ q̄
maiores ſunt, poteſtatē exercent in
ter eos. Nō ita erit inter vos. Sed
quicunq; voluerit inter vos maior
fieri, ſit veſter miniſter. Et qui vo-
luerit inter vos primus eſſe, erit ve

ſter ſeru⁹:ſicut fili⁹ hoīs nō venit mi
niſtrari,ſed miniſtrare,et dare ani/
mā ſuā redēptionē ꝑ multis. Cre
do. Off. In omnē terrā exiuit ſon⁹ eo
rū:ꝛ i fines orbi⁹ terre v̄ba eorū. Sec.
OBlationes ppl'i tui,q̄s dn̄e:
bt̄i apl'i tui iacobi paſſio bt̄a
cōciliet:ꝛ q̄ nr̄is nō ſunt apta meri/
tis,fiāt tibi placita,eiuſdē depreca/
tione, P. Prefatio. Equū et ſalu/
tare, Te dn̄e ſuppliciter exora. Cō.
Vos q̄ ſecuti eſti⁹ me in regeneratiōe,
cū ſederit filiu⁹ hois in ſede maieſtatis
ſue ſedebiti⁹ ꝛ vos ſup ſedes duodecim,
iudicātes duodecī trib⁹ iſrl'. Poſtc̄.
BEati apl'i tui iacobi,q̄s Orō.
dn̄e:interceſſiōe nos adiuua:
pro cuius ſolēnitate percepim⁹ tua
ſancta,letātes, P. ¶ In feſto ſct̄e
Anne matris v̄ginis marie. Int.
GAudeamus oēs in dn̄o,diē fe
ſtū celebrātes ſub honore bt̄e
anne:de cui⁹ ſolennitate gau
dent angeli, et collaudant filiū dei. V̄.
Gaudēt angeli,ꝛ exultāt archāgeli: le/
tant iuſti,ꝛ cōgratulant oēs ſcti. Glia
DEus, Orō. pa. Glia in exc.
qui beatā annā mr̄is tue ge/
nitricem fieri voluiſti, preſta q̄s:vt
apud te meritis vtriuſq̄,regna ce/
leſtia cōſequamur, Qui vi. Epl'a.
Mulierē fortē q̄s inueniet. fo.ccxl.
Gra. Specie tua,ꝛ pulchritudie tua,
intende ꝓſpere,ꝓcede et regna. V̄ Pro
pter veritatē ꝛ māſuetudinē ꝛ iuſtitiā:
et deducet te mirabiliter dextera tua.
Halla,halla. V̄. Dilexit dn̄s ſanctā an
nā,ꝛ queſiuit ſpōſam aſſumere:ꝛ rex ce
lorū amator fact⁹ eſt forme illi⁹, halla.
Euāge. In illo tp̄e, Sil'e eſt regnū
celorū:theſauro abſcon. clx. Offer.
AStitit regina a dextris tuis in veſti/
tu deaurato,circūdata varietate. Se.
VOtis ppl'i tui dn̄e propiti⁹ in
tēde:vt bt̄e anne mr̄is geni/
tricis tue,cui⁹ nos tribui⁹ memoriā
celebrare: fac nos gaudere ſuffra/
gijs, Qui vi. Cō. Simile eſt regnū
celorū hoī negotiatori q̄rēti bonas
margaritas: inuēta vna ꝑtioſa marga
rita,dedit oīa ſua,ꝛ cōparauit eā. P⁹cō.
SVpplices te rogamus oþs
de⁹: vt itercedēte bt̄a anna,
matre genitricis tue,ꝛ tua in nobi⁹
dona multiplices:et tp̄a nr̄a diſpo/
nas, Qui vi. ¶ In ſct̄i Pāthaleo
ni⁹ mar. Int. Letabit iuſt⁹ i do. cliiij.
PReſta,q̄s oþs de⁹:vt Orō.
intercedēte bt̄o pāthaleone
martyre tuo,ꝛ a cūctis aduerſitati/
bus liberemur in corpe: ꝛ a prauis
cogitatiōib⁹ mūdemur in mēte, P.
Epl'a. Bt̄us vir q̄ in ſa [illegible]a mora
bit. cliiij. Gra. Poſuiſti dn̄e. V̄. Deſi/
deriū aīe ei⁹. Halla. V̄. Bt̄us vir q̄ ti/
met dn̄m. cliiij. Euāgel. In illo tp̄e,
Niſi granū frumē. clv. Offer. Glia
AEccepta Sec. ꝛ honore. clv.
fit i cōſpectu tuo dn̄e nr̄a de/
uotio: ꝛ ei⁹ nobis fiat ſupplicatiōe
ſalutaris, ꝑ cui⁹ ſolēnitate defert,
P. Cō Qui vult venire. clv. Poſtc̄.
REfecti ꝑticipatiōe mūeri⁹ ſa/
cri,q̄s dn̄e de⁹ noſter: vt cui⁹
exeq̄mur cultū,ſentiam⁹ effectū, P.
¶ In ſct̄orū Nazarij, Celſi, victo

ris pape, & Innocētij pape marty. Int. Intret in cōſpectu tuo. clv. oro.

OMnīps ſempitne de⁹, da pplo tuo preſentis diei feſtiuitatē ſyncero venerari affectu: & q̄ eā ſanctorū martyrū tuorū nazarij, celſi, victoris, & innocētij, annua celebritate deuotꝫ frequētāt obſequijs: eorūdē ſuffragijs celeſtis regni gaudia cōſequant. P. Epla. Expectatio iuſtorū. clv. Gra. Glorioſus de⁹ in ſctis. v. Dextra tua dñe. H allā. v. Scti tui dñe. clvj. Euāg. In illo tpe. Nihil optū qđ nō reue. clvj. Off. Letamini in dño. clvj. Sec.

MUnera plebis tue, q̄s dñe: btorū ſctorū tuorū nazarij, & celſi, victorꝫ, & innocētij, fiāt grata ſuffragijs: vt pro quorū triūphis noi tuo offerūt: ipſorū digna efficiant meritꝫ. P. Cō. Juſtorū aīe in ma. clvj. Poſtc.

SAnctorū tuorū nazarij & celſi, victoris & innocentij ſuffragia implorātes, q̄s dñe: vt p hec ſacramēta q̄ ſūpſim⁹, a cūctis liberemur offenſis. P.

In ſcte Marthe vgis. Int.

GAudeam⁹ oēs ī dño, diē feſtū celebrātes ſub honore bte marthe virginis: de cui⁹ ſolēnitate gaudēt angeli, & collaudāt filiū dei. v. Gaudēt angeli, & exultāt archāgeli: letant iuſti, & cōgratulātur oēs ſcti. Glia pa. Glia i excel. Oro.

OMnīps clementiſſime de⁹, cui⁹ filius in ede bte marthe hoſpitari dignat⁹ eſt: da, q̄s: vt ei⁹ meritis, q̄ illū placide ſuſcepit, in ede polorū miſericorditer hoſpitari valeam⁹. P eū. Lcō lib. Eccliā. xxvj. c.

GRatia mulieris ſedule, delectabit virū ſuū, & oſſa illi⁹ impīguabit. Diſciplina illi⁹ datū dei eſt. Mulier ſenſata & tacita, nō eſt immutatio erudite aīe. Gra ſuper gratiā mulier ſcta, & pudorata. Omnis aūt pōderatio nō eſt digna cōtinētis aīe. Sicut ſol oriēs mūdo in altiſſimis dei, ſic mulieris bone ſpecies in ornamētū dom⁹ ei⁹. Lucerna ſplēdēs ſup cādelābrū ſanctū, & ſpecies faciei ſup etatē ſtabilē. Colūne auree ſup baſes argēteas, & pedes firmi ſup plātas ſtabilis mulieris. Fūdamēta etna ſup petrā ſolidā, ſic mādata dei ī corde mulieris ſcte. Grad. Dilexiſti iuſtitiā. v. Propterea vnxit te de⁹. cxl. H allā, hallā. v. Intrauit ieſus in quoddā caſtellū: & mulier quedā, noie martha, excepit illū in domū ſuā, hallā. Scđm Lucā. x. c.

IN illo tēpe, Intrauit dñs ieſus in quoddā caſtellū: & mulier q̄dā martha noie, excepit illū ī domū ſuā, et huic erat ſoror nomie maria: q̄ etiā ſec⁹ pedes dñi, audiebat vbū illi⁹. Martha aūt ſatagebat circa frequēs miniſteriū: q̄ ſtetit, & ait, Dñe, nō eſt tibi cure q ſoror mea reliq̄t me ſolā miniſtrare? Dic ergo illi vt me adiuuet. Et reſpōdens dixit illi dñs, Martha martha, ſolicita es, & turbarꝫ erga plrima. Porro, vnū eſt neceſſariū: maria optimā partē elegit, que nō auferētur ab ea. Off. Offerētur regi virgines poſt eā, proxime eius offe-

rētur tibi in letitia ꝛ exultatiōe. Sec.

S Uſcipe,ꝛ ſcīfica de⁹,hoc munꝰ oblatū:et cōcede,vt ad ſalutē nr̄am,caro et ſanguis fiat filij tui,merit illi⁹ q̄ illū gratāter hoſpitio ſuſcepit,p. Cō. D ilexiſti iuſtitiā, ꝛ odiſti iniq̄tatē:ppꝛea vnxit te de⁹, de⁹

Q Ueſum⁹ op̄s Poſtcō. tuus. de⁹: vt pijs ſacramētis q̄ ſumpſim⁹,et meritis beate marthe filij tui hoſpite,digne hic,ꝛ in futuro viuam⁹,P eun. ¶ In ſctoꝛū Felicis pape,ſimplicij,Fauſtini,ꝛ Beatricis martyꝛū. Int.

S Acerdotes ei⁹ induā ſalutari: et ſcti ei⁹ exultatione exultabūt. ℣. Memēto dn̄e dauid, ꝛ oīs māſuetudinis ei⁹. Glia pa. Glia in excel. Oro.

P Reſta dn̄e,q̄s: vt ſicut populus chꝛiſtianus martyꝛū tuorū felicis epi,ſimplicij,fauſtini ꝛ beatricis tpali ſolēnitate cōgaudet:ita pfruať eťna:et qđ votis celebrat,cōpꝛehēdat effectu, P. Epla. Fr̄es, Scti p fidē vicerūt regna. clv. Gra.

S acerdotes ei⁹ induā ſalutari: et ſcti ei⁹ exultatiōe exultabūt. ℣. Illuc pducā coꝛnu dauid:paraui lucernā chꝛiſto meo. H allťa,hallťa. ℣. Uenite iuſti ad pradiſū:qꝛ expectat vos rex ſctoꝛū, cum choris angeloꝛū,hallťa. Euāge. I n illo tēpe, Ecce,ego mitto vos. clvj. Off. Ueritas mea ꝛ mīa mea cū ipo: ꝛ in noīe meo exaltabiť coꝛnu ei⁹. Se.

H Oſtias tibi dn̄e p ſctoꝛū martyꝛū tuoꝛum felicis,ſimplicij, fauſtini,ꝛ beatricis cōmemoratiōe deferim⁹,ſuppliciter obſecrātes,vt indulgētiā nobis pariter cōferāt ꝛ ſalutē,P. Cō. S emel iuraui in ſcto meo, ſemē ei⁹ in eternū manebit: et ſedes ei⁹ ſicut ſol in cōſpectu meo:ꝛ ſicut luna pfecta i eťnū:ꝛ teſtis i celo fidelis.

P Reſta,q̄s op̄s Poſtc̄.oro. de⁹,vt ſctoꝛū tuoꝛū felic epi, ſimplicij,fauſtini,ꝛ beatricis celeſtib⁹ myſterijs celebrata ſolēnitas indulgētiā nobis tue ppitiatiōis acquirat,P. ¶ In ſctoꝛū Abdon et Sennē mar. Int. Intret i cōſpectu.

D Eus,q̄ ſctis tuis clv. Oro. abdō et ſennē, ad tuā gloꝛiā veniēdi,copioſum mun⁹ gr̄e cōtuliſti:da famulis tuis ſuoꝛū veniā peccatoꝛū:vt ſctoꝛū tuoꝛū intercedētib⁹ meritis,ab oīb⁹ mereanť aduerſitatib⁹ liberari,p. Epla. Juſti aūt in ppetuū. clv. Gra. Glioſus deus in ſctis ſuis:mirabili⁹ in maieſtate,faciēs pdigia. ℣. Dextera tua dn̄e glificata eſt in virtute:dextera manus tue cōfregit inimicos. H allťa,hallťa. ℣. Sctoꝛū ſicut aq̄la,iuuēt⁹ renouabiť: ſicut liliū in ciuitate dn̄i,hallťa. Euāg. I n illo tpe, Nolite arbi. clvj. Offer. Mirabilis de⁹ in ſctis ſuis:de⁹ iſrť,ipſe dabit vtutē et foꝛtitudinē plebi ſue. bn̄dict⁹ de⁹,

H Ec hoſtia,q̄s dn̄e: Se. hallťa. quā in ſctoꝛū tuoꝛū natalitijs recenſentes offerim⁹:ꝛ vincula nr̄e prauitat abſoluat,ꝛ tue nobis mie dona cōciliet,p. Cō. P oſuerūt moꝛticina ſuoꝛū tuoꝛū dn̄e,eſcas volatilib⁹ celi:carnes ſctoꝛū tuoꝛum beſtijs terre. ſcđm magnitudinē bꝛachij tui,poſſide filios moꝛti punitoꝛū. Poſtcō.oro.

PEr huius dn̄e operationem myſterij, et vitia noſtra purgētur: et intercedētibꝰ ſanctis tuis abdon ꝛ ſennē, iuſta deſideria compleantur, Per. ¶ In ſancti Germani epiſcopi ꝛ cōfeſſoris. Introi. Statuit ei dominus. fo. clvij. Orō.

DEus, qui hodierna die ſacratiſſimā nobis beati germani cōfeſſoris tui atq; pōtificis ſolennitatē tribuiſti venerari: adeſto ꝓpitius eccleſie tue precibꝰ: vt cuiꝰ gloriatur meritis, muniat̄ ſuffragijs, Per. Eplā. Iuſtꝰ, ſi morte preoccupatus fuerit. fo. clvij. Grað Ecce ſacerdos mag. ℣. Nō eſt inuē.. Halla. ℣. Iuſtus germinabit. clvij. Euāgel. In illo tēpore, Homo quidā peregre. clviij. Offr. Veritas mea. clviij.

MVnera dn̄e maieſtati Se. tue oblata, ſanctifica: vt btī germani cōfeſſoris tui intercedentibus meritiꝭ, ab oībus mereamur abſolui peccatis, et ſanctorū ſociari conſortijs, Per. Cōmu Beatus ſeruus. clviij. Poſtcōm. orō.

REpleti dn̄e celeſtibus ſacramentis, q̄s clementiā tuā: vt beati germani cōfeſſoris tui, cuius ſolennia celebramus, ſentiamuꝭ optata preſidia, P. ¶ In vincula ſancti Petri apoſtoli. Introitus.

NVnc ſcio vere quia miſit dn̄s angelū ſuū, et eripuit me de manu herodis: et de om̄i expectatione plebis iudeorū. ℣. Dn̄e probaſti me, et cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſſionē meā, et reſurrectionē meā. Glīa pa. Glīa in ex.

DEus, qui beatū petrū Orō. apoſtolū a vinculis abſolutū illeſum abire feciſti: nr̄orū (queſumuꝭ) abſolue vincula peccatorū: ꝛ omnia mala a nobis propitiatus exclude, Per do. Eplā. In diebuꝭ illis, Miſit herodes rex manꝰ. fol. ccxxxiij. Grað. Cōſtitues eos principes ſuper omnē terrā: memores erunt nominis tui dn̄e. ℣. Pro patribꝰ tuis nati ſunt tibi filij: propterea populi cōfitebūtur tibi. Halla, halla. ℣. Solue iubēte deo terrarū petre cathenas: qui facis vt pateant celeſtia regna beatis. halla. Euangeliū. In illo tēpe, Venit ieſus in partes ceſaree philippi. fol. ccxxxiiij. Offert. In omnē terrā exiuit ſonus eorum: et in fines orbis terre verba eorum. Secreta.

OBlatū tibi dn̄e ſacrificiū viuificet nos ſemper ꝛ muniat, Per. Prefatio. Equum ꝛ ſalutare, Te dn̄e ſuppliciter. Cōmo. Vos qui ſecuti eſtis me, in regeneratione cū ſederit filius hoīs in ſede maieſtatis ſue, ſedebitis ꝛ vos ſuꝑ ſedes duodecim, iudicātes duodecim tribus iſrl̄. Poſtcō.

COrporis ſacri et pre- orō. cioſi ſanguiniꝭ repleti libamine, queſumꝰ dn̄e deus noſter: vt qð pia deuotione gerimꝰ, beato petro apoſtolo intercedēte, certa redemptione capiamus, P. ¶ In octauo die ſancti Iacobi apoſtoli, oīa

dicūtur vt in die. Sed officiū miſſe
dicitur ſecūda mēſis auguſti: ꝛ octa
uus dies ſancte anne transfert̄ in
tertiā diē eiuſdē mēſis. ¶ In ſcto
rū ſeptē Machabeorū mar. Int.
Intret in cōſpectu tuo dñe. clv. Oro.

F Raterna nos dñe martyrū
tuorū corona letificet: que et
fidei noſtre prebeat incitamēta vir
tutum: et multiplici nos ſuffragio
conſoletur, P. Epla. Iuſtorū ani
me in manu dei ſunt. fol. clv. Grad.
Glorioſus deus in ſanctis ſuis. ℣. Dex
tera tua dñe. Halla. ℣. Sācti tui dñe.
folio. clvi. Euangeliū. In illo tēpo
re, Cum audieritis prelia et ſeditio
nes. fol. clvi. Offer. Letamini i dño.

I Terata my fo. clvi. Secret.
ſteria dñe pro ſanctorū mar
tyrum tuorū honore mente deuota
tractemus: que nobis et preſidium
preſtent ꝛ gaudium, Per. Cōmu.
Iuſtorū anime in manu dei ſunt. clvi.

P Reſta, qs Poſtcōmu. oro.
dñe: vt ſicut nobis indiſcreta
pietas horū martyrum indiuidue
charitatis prebet exemplum: ſic ſpi
ritū gratie tue, quo iugiter munia
mur, ſemper imploret, P. in vnita
te eiuſdem. ¶ In octauo die ſan
cte Anne oīa dicunt̄ vt in die. Sed
officiū miſſe dicit̄ tertia die menſis
Auguſti: et feſtū inuētionis corpo
ris ſancti Stephani prothomarty.
transfertur quo poterit ſuo ordine,
cū locus fuerit. Quādo autē occur
rerit dñica In principio in dicta in
uentione, tūc officiū miſſe dr̄ de dñi
ca: et oct̄s dies ſcte Anne mutet̄ in
quartū diē eiuſ. mēſis augu. ¶ In
ſancti Stephani pape ꝛ mar. Int.

S Acerdotes eiꝰ induā
ſalutari: et ſancti eius
exultatiōe exultabūt.
℣. Memēto dñe da
uid, et omnis manſue
tudinis eius. Gloria patri. Oratio.

D Eus, qui nos beati ſtephani
martyris tui atqꝫ pontificis
annua ſolēnitate letificas: concede
propitius: vt cuiꝰ natalitia colimꝰ,
de eiuſdē etiā protectione gaudea
mus, P. Epla. Chariſſime, Me
mor eſto dñm nr̄m ieſum chriſtū.
cliiii. Grad. Ecce ſacerdos magnꝰ q̄
in diebus ſuis placuit deo. ℣. Nō eſt in
uētus ſimilis illi, qui cōſeruaret legem
excelſi. Halla, halla. ℣. Iuſtus vt pal
ma florebit: et ſicut cedrꝰ multiplicabi
tur, halla. Euangeliū. In illo tēpe,
Si quis venit ad me. cliiii. Offert.
I nueni dauid ſeruū meū, oleo ſancto
meo vnxi eū: manus enim mea auxilia
bit̄ ei: ꝛ brachiū meū confortabit eum.

M Unera tibi dñe di Secret.
cata ſanctifica: et intercedē
te bt̄o ſtephano martyre tuo atqꝫ
pontifice, nobis per eādē placatus
intende, Per. Cōio. Dñe, quinqꝫ
talenta tradidiſti mihi: ecce, alia quinqꝫ
ſuperlucratus ſum. euge ſerue bone et
fidelis, quia in pauca fuiſti fidelis, ſu
pra multa te conſtituam: intra in gau
dium domini tui, Poſt cōm. oratio.

HEc nos cōmunio dñe purget a crimine: ⁊ intercedēte beato ſtephano martyre tuo atq̧ pontifice, celeſtib⁹ remediis faciat eſſe conſortes, P. ¶ In inuētione corporis ſcti Stephani ꝓthomartyꝛ.

Et enim ſederunt Intro. principes, ⁊ aduerſum me loquebātur: et iniqui perſecuti ſunt me. adiuua me dñe deus me⁹: quia ſeru⁹ tu⁹ exercebat̄ in tuis iuſtificatiōib⁹. ℣. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege dñi. Glīa pa. Gloria in excelſis. Oratio.

OMnipotēs ſempiterne deus, q̄ ſacra btī ꝓthomartyris tui ſtephani mēbra, fidelibus tuis hodierna die reuelare voluiſti, concede, interceſſionis ei⁹ auxilio, nos ab inſtātib⁹ tribulationib⁹ liberari, et futuris cōſolationib⁹ mereamur ſociari, P. Lectio Actuū Aploꝝ. vi. c. d.

IN dieb⁹ illis, Stephan⁹ plenus gratia et fortitudine faciebat ꝓdigia ⁊ ſigna magna in populo. Surrexerūt aūt q̄dā de ſynagoga, q̄ appellat̄ libertinorū, ⁊ cyrenēſiū, ⁊ alexādrinorū, ⁊ eorū q̄ erāt a cilicia ⁊ aſia, diſputātes cū ſtephano: ⁊ nō poterāt reſiſtere ſapiētie ⁊ ſpiritui q̄ loq̄batur. Audiētes autē hec, diſſecabātur cordib⁹ ſuis, ⁊ ſtridebāt dētib⁹ in eū. Cū aūt eſſet ſtephan⁹ plen⁹ ſpūſcto, intēdens in celū vidit gloriā dei, ⁊ ieſum ſtantē a dextris dei, ⁊ ait, Ecce, video celos apertos, et filiū hoīs ſtātē a dextris dei. Exclamātes aūt voce magna, cōtinuerūt aures ſuas, ⁊ impetū fecerūt vnanimiter in eū. Et eiicientes eū extra ciuitatē, lapidabant: et teſtes depoſuerūt veſtimēta ſua ſecus pedes adoleſcētis, qui vocabatur ſaul⁹, Et lapidabāt ſtephanū inuocātē, ⁊ dicentē, Dñe ieſu ſuſcipe ſpm̄ meū. Poſitis aūt genibus, clamauit voce magna, Dñe, ne ſtatuas illis hoc peccatum. Et cū hoc dixiſſet, obdormiuit in dño. Grad.

SEderūt principes, ⁊ aduerſum me loquebant̄: ⁊ iniq̄ ꝑſecuti ſunt me. ℣. Adiuua me dñe de⁹ me⁹: ſaluū me fac propter miſericordiā tuā. Halla, halla. ℣. Poſitis genib⁹ btūs ſtephan⁹ orabat dñm dicēs, Dñe ieſu, ne ſtatuas illis hoc pcm̄, halla. Scdm̄ Matth. xxiii. d.

IN illo tēpe, Dicebat dñs ieſus turbis iudeorū ⁊ pricipib⁹ ſacerdotū, Ecce, ego mitto ad vos ꝓphetas ⁊ ſapiētes ⁊ ſcribas, et ex illis occidetis ⁊ crucifigetis, ⁊ ex eis flagellabitis in ſynagogis veſtris, et ꝑſequemini de ciuitate in ciuitatē: vt veniat ſuper vos oīs ſanguis iuſt⁹ qui effuſus eſt ſup terrā, a ſanguine abel iuſti vſq̧ ad ſanguinem zacharie filii barachie, quem occidiſtis inter tēplū ⁊ altare. Amen dico vobis veniēt hec oīa ſup generationē iſtā. hieruſalē hieruſalē q̄ occidis ꝓphetas, ⁊ lapidas eos q̄ ad te miſſi ſunt, quoties volui congregare filios tuos quemadmodū gallina cōgregat pullos ſuos ſub alas,

et noluiſti? Ecce, relinquet̃ vobis domus vr̃a deſerta. Dico enim vobis, nõ me videbitis ámodo dónec dicatis, Benedictꝰ q̇ venit in nõie dñi. **Offer.** Elegerũt apl̃i ſtephanũ leuítã, plenũ fide et ſpũſancto: quẽ lapidauerũt iudei orantẽ et dicentẽ, dñe ieſu chriſte, accipe ſpiritum meũ, hall̃a.

Hjs, queſumꝰ dñe: muneribus intende placatus: et tribue ſupplicationibꝰ glorioſi prothomartyrisꝰ tui ſtephani, nosꝰ a peccatis oĩbus abſolui: ⁊ celeſti gloria ditari, P. **Sec.**

**Cõm.** Video celos apertos, et ieſum ſtantẽ a dextris virtutis dei, dñe ieſu, accipe ſpiritũ meũ: ⁊ ne ſtatuas illis hoc peccatũ. **Poſtcõ. orõ.**

Deus, qui eccleſie tue glorioſi prothomartyris tui ſtephani, nõ defraudaſti artusꝰ oſtendere: da, vt eiꝰ supplicatiõe fiat tibi ſemper noſtre mẽtis deuota intentio: ⁊ iugiter expediatur auxilio, Per.

## In feſto ſcte Marie de niue.

Dum diſcernit **Intro.** celeſtis reges ſuper eã, niue dealbabuntur in ſelmon: monꝰ dei mõs pinguis, mons coagulatus, monꝰ in quo beneplacitũ eſt deo habitare in eo. ℣. Exurgat deus, ⁊ diſſipẽtur inimici eius: et fugiãt q̇ oderũt eũ a facie eius. Gl̃ia pa. Gl̃ia in excel.

Deus, qui ad declarã- **Orõ.** dã gloriã genitricis tue, glorioſe virginis marie deſcenſu, niuisꝰ in eſtiuis caloribus locũ in quo edificaretur ei templũ, dignatus es demonſtrare: tribue, q̃s: vt eius obſequijs inſiſtẽtes, refrigerato eſtu cõcupiſcẽtie, cãdore innocẽtie dealbemur, P. **Lcõ libri Eccl̃iaſti. xliij. b.**

Vas caſtrorũ in excelſis, in firmamẽto celi reſplẽdẽs. Species celi gl̃ia ſtellarũ mundũ illuminãs in excelſis dñs. In v̇bis ſct̃is ſtabũt ad iudiciũ, ⁊ nõ exardeſcẽt i vigilijs ſuis. Vide arcũ, ⁊ benedic eũ q̇ fecit illũ: valde ſpecioſuꝰ eſt in ſplẽdore ſuo. Gyrauit celũ in circuitu glorie ſue, manus excelſi aperuerunt illũ. Imperio ſuo accelerauit niuẽ: ⁊ accelerat coruſcatiões emittere iudicij ſui. **Grad.** Celeſtis regina celſa: paradiſi cuncta diſcernens, in montẽ niuiꝰ hodie dealbata reſplẽdet: mõs dei, mons cãdidus, mons coagulatus et pinguis. ℣. Mons in quo beneplacitũ eſt ei habitare i eo: étenim ſecũ dñs habitauit in finẽ. **H**all̃a, hall̃. ℣. Qui dat niuem ſicut lanã, nebulã ſicut cinerẽ ſpargit, hall̃. **Scdm Lucã.**

In illo tẽpore, Loquẽ- **xj. d.** te ieſu ad turbas, extollẽsꝰ vocẽ quedã mulier de turba, dixit illi, Beatꝰ vẽter qui te portauit, ⁊ vbera que ſuxiſti. At ille dixit, Quinimo beati qui audiunt verbũ dei, et cuſtodiunt illud. Credo. **Offert.**

Niue dealbabuntur in ſelmon, mons dei, mons pinguis, mons coagulatuꝰ, mons, in quo beneplacitũ eſt deo habitare in eo, hall̃a. **Secreta.**

Beate et glorioſe ſempq̃ʒ vir-

ginis matris marie, q̃s dñe: profit
nobis interceſſio ſalutaris: vt ſacri
ficiũ hoc, niue cãdidius, acceptũ tue
diuine faciat maieſtati, Per eũdẽ.
Prefatio. Eterne deus, Et te in
feſtiuitate beate marie. Cõ. B ea
ta vbera marie virginis que lactauerũt
eterni patris filiũ. Poſtcõ. oratio.
SAcramenta que ſumpſimus,
queſum⁹ dñe: peccata nr̃a ce
leſtis candore niuis deleant, ac fa
ciant dealbata, Per. In ſancti
Dominici cõfeſſoris de ordine pre
dicatorũ. Introitus. Os iuſti medi
tabitur ſapientiam fol. clviij. Orõ.
DEus, qui eccleſiã tuam beati
dominici confeſſoris tui illu
minare dignatus es meritis et do
ctrinis, concede: vt eius interceſſio
ne, tẽporalibus nõ deſtituatur au
xilijs, ſed ſpiritualibus ſemp̄ profi
ciat incremẽtis, P. Epla. Sapien
tia laudabit animã clix. Grad Os
iuſti meditabit. V. Lex dei ei⁹. A alla.
V. Juſtus vt palma clix. Euangeliũ.
In illo tẽpore, Vigilate, quia neſci
tis qua hora. clix. Offerto. Deſide
riũ anime eius folio. clix. Secreta.
MUnera tibi dñe dicata ſan
ctifica: ⁊ meritis beati domi
nici cõfeſſoris tui nobis proficiant
ad medelã, Per. Cõm Fidelis ſer
uus folio. clix. Poſtcõmu. oratio.
COncede, q̃s oĩps deus: vt, qui
peccatorũ noſtrorũ pondere
premimur: beati dominici confeſſo
ris tui patrocinio ſubleuemur, P.

In Transfiguratione domini
noſtri Jeſu chriſti. Introitus.
VIderũt ingreſſus tuos
de⁹, ingreſſus dei mei,
regis mei, qui eſt in ſan
cto. V. Illuxerunt coru
ſcationes tue orbi ter
re: cõmota eſt et cõtremuit terra. Glo
ria pa. Gloria in excelſis. Oratio.
DEus, qui fidei ſacramenta, in
vnigeniti tui glorioſa tranſfi
guratione, patrũ teſtimonio robo
raſti: et adoptionẽ filiorũ perfectã,
voce delapſa in nube lucida, mira
biliter prefignaſti, cõcede propiti⁹:
vt ipſius regis glorie nos coherẽ
des efficias: ⁊ eiuſdẽ glorie tribuas
eſſe conſortes, Per eundẽ. Lectio
epiſtole bti Petri apoſtoli. ij. j. c.
CHariſſimi, Nõ doctas fabu
las ſecuti, notã fecim⁹ vobis
dñi noſtri ieſu chriſti virtutẽ et pre
ſentiam: ſed ſpeculatores facti illi⁹
magnitudinis. Accipiẽs enĩ a deo
pr̃e honorẽ et gloriã, voce delapſa
ad eum huiuſcemodi a magnifica
gloria, Hic eſt filius meus dilectus
in quo mihi cõplacui: ipſum audite.
Et hanc vocẽ nos audiuim⁹ de ce
lo allatã, cũ eſſemus cũ ipſo in mõ
te ſancto. Et habemus firmiorem
propheticũ ſermonẽ, cui benefaci
tis attendentes quaſi lucerne lucẽ
ti in caliginoſo loco, donec dies illu
ceſcat, et lucifer oriatur in cordibus
veſtris: hoc primũ intelligentes, q
oĩs ꝓphetia ſcripture, ꝓpria inter

pretatione nō fit. Nō enim volūta
te humana allata eſt aliquādo ꝓ
phetia: ſed ſpiritu ſancto inſpirati,
locuti ſunt ſancti dei hoīes. Grad.
Cātate dn̄o et bn̄dicite nomini eius:
annūciate de die in diem ſalutare eiꝰ.
℣. Annūciate inter gentes gloriā eiꝰ:
in oībꝰ populis mirabilia eiꝰ. ℟ alľa,
halľa. ℣. Candor eſt lucis eterne, et ſpe
culū ſine macula, et imago bonitatis
illius, halľa. Scd̄m Matth. xvij. a.
In illo tēpore, Aſſumpſit ie
ſus petrū et iacobū ⁊ ioannē
fratrē eius, et ducit illos in montē
excelſum ſeorſum: et trāſfiguratus
eſt ante eos. Et reſplenduit facies
eius ſicut ſol: veſtimenta autē eius
facta ſunt alba ſicut nix. Et ecce,
apparuerunt illis moyſes et elias
cū eo loquētes. Reſpondens autē
petrus dixit ad ieſum, Dn̄e, bonum
eſt nos hic eſſe: ſi vis, faciamus hic
tria tabernacula, tibi vnum, moyſi
vnū, ⁊ elie vnū. Adhuc eo loquēte,
ecce, nubes lucida obūbrauit eos.
Et ecce vox de nube, dicēs, Hic eſt
filius meus dilectꝰ: in quo mihi be
ne cōplacui: ipm̄ audite. Et audiē
tes diſcipuli, ceciderūt in faciē ſuā,
⁊ timuerūt valde. Et acceſſit ieſus,
et tetigit eos: dixitq; eis, Surgite, ⁊
nolite timere. Leuantes autē ocu
los ſuos, neminē viderūt, niſi ſolū
ieſum. Et deſcēdentibꝰ illis de mō
te, precepit illis ieſus, dicens, Nemi
ni dixeritis viſionē: donec filius ho
minis a mortuis reſurgat. Credo.

Offer. Gloria ⁊ diuitie in domo eiꝰ:
et iuſtitia eiꝰ manet in ſcl'm ſcl'i, halľa.
Oblata, q̄s dn̄e, mune Secr.
ra glorioſa vnigeniti tui trāſfi
guratione ſctifica: noſq; a peccato
rū noſtrorū maculis, ſplēdoris ip
ſius illuſtratione, emunda. Per eun.
Prefatio. Eterne deus, Quia per
incarnati verbi. Et dicitur tātum
in die ⁊ octauo. Cō. Viderūt om̄es
fines terre ſalutare dei noſtri, halľa.
Preſta, queſu Poſtcō. oro.
mus omnipotens deꝰ: vt ſa
croſancta transfigurationis myſte
ria: que ſolēni celebramꝰ officio, pu
rificate mentis intelligentia conſe
quamur. Per dn̄m. ¶ In ſanctorū
Xyſti pape, Feliciſſimi, Agapiti,
Iuſti, ⁊ Paſtoris martyrū. Intr.
Salus autē iuſtorū a dn̄o:
et protector eorū eſt in
tēpore tribulatiōis. ℣.
Noli emulari in mali
gnātibꝰ: neq; zelaueris
facientes iniquitatē. Glia pa. Gloria
Deus, qui Oro. in excelſis.
nos cōcedis ſanctorū marty
rum tuorū xyxti epi, feliciſſimi, aga
piti, iuſti et paſtoris natalitia cole
re, da nobis in eterna beatitudine:
de eorum ſocietate gaudere. Per.
Epla. Expectatio iuſtorū, letitia.
clv. Gra. Clamauerūt iuſti et dn̄s ex
audiuit eos: ⁊ ex oībus tribulationibꝰ
eorū liberauit eos. ℣. Iuxta eſt dn̄s his
qui tribulato ſunt corde: ⁊ humiles ſpi
ritu ſaluabit. ℟ alla, halľa. ℣. Tradi

derunt corpa ſua propter deum ad ſup
plicia: ideo coronātur ꝛ accipiunt pal/
mam, halle. Euāgelium. In illo tē/
pore, Dixit dñs ieſus diſcipl'is ſuis,
Cum audieritis prelia et ſeditiōes,
vt ſupra in cōmuni. fol. clvi. Offer.
Exultabunt ſancti in gloria, letabun/
tur in cubilibus ſuis: exultationes dei
in faucibus eorum. Secreta.
Munera tibi domine nře de/
uotionis offerimꝰ: que et pro tuorū
grata ſint honore iuſtorū: et nobis
ſalutaria, te miſerāte, reddant, P.
Cōm. Gaudete iuſti in dño, halle: re/
ctos decet collaudatio, halle, Poſtč.
Preſta nobis dñe, qs: oro.
vt intercedētibꝰ ſanctis tuis,
xyſto epiſcopo, feliciſſimo, agapi/
to, iuſto, et paſtore, vt que ore con/
tigimus, pura mente capiamꝰ, P.
¶ In ſcti Donati epiſcopi ꝛ mar/
tyris. Introitus.
Sacerdotes dei benedi
cite dñm: ſancti ꝛ hu/
miles corde laudate
deū. ℣. Bñdicite oia
opera dñi dño: laudate et ſuperexaltate
eū in ſecula. Glia pa. Glia in excelſis.
Deus, tuorū gloria ſa/ Oro.
cerdotū, preſta, qs: vt ſancti
donati martyris tui atqꝫ pōtificis,
cuius ſolennia colimus, interceſſio
nis ſentiamꝰ auxiliū, Per. Epła.
Beatus vir q inuētus eſt ſine ma/
cula fol. cliiij. Gra. Os iuſti medita
bitur ſapientiā, ꝛ lingua eiꝰ loquetur
iudiciū, ℣. Lex dei eius in corde ipſiꝰ: ꝛ
nō ſupplātabūtur greſſus eiꝰ. Halle,
halle. ℣. Iuſtus nō cōturbabitur: quia
dñs firmat manū eiꝰ, halle. Euāgel.
In illo tēpore, Niſi granū frumen
ti. clv. Offert. Inueni dauid ſeruum
meū, oleo ſancto meo vnxi eum: manꝰ
enim mea auxiliabitur ei, et brachium
meū confortabit eum. Secret.
Preſta, qs dñe: vt ſancti mar
tyris tui atqꝫ pontificis donati pre/
cibus, hec hoſtia, quam ad nomen
laudis tue offerimus: pie deuotio/
nis nobis fructus accreſcat, Per.
Cō. Fidelis ſeruus et prudens, quē
cōſtituit dñs ſuper familiā ſuā: vt det
illi in tēpore tritici mēſurā. Poſtcō.
Omnipotens et miſeri/ oro.
cors deus, qui nos ſacramē/
torū tuorū ꝛ participes efficis ꝛ mi
niſtros: concede propitius: vt inter
cedēte beato donato martyre tuo
atqꝫ pōtifice, eiuſdē proficiamꝰ et fi
dei incremēto, ꝛ digna tibi ſeruitu/
te famulemur, P. ¶ In ſctorū Ci
riaci cū ſocijs ſuis, martyrū. Intr.
Timete dñm oēs ſancti eiꝰ, qm
nihil deeſt timētibus eum: di/
uites eguerunt et eſurierunt:
inquirētes aūt dñm nō deficiēt omni
bono. ℣. Benedicā dñm in omni tēpe:
ſemp laus eius in ore meo. Glia patri.
Gloria in excelſis. Oratio.
Deus, q nos annua btorū ci/
riaci, largi, ſmaragdi martyrū tuo/
rū ſolēnitate letificas, cōcede propi
tius: vt, quorū natalitia colimꝰ: vir
tutē quoqꝫ paſſionis imitemur, P.

Epl'a Fratres, Sancti per fidē vi-
cerūt regna. folio. clv. Gra. Time-
te dn̄m oēs ſancti eius: qm̄ nihil deeſt
timētibus eū. ℣. Inquirētes aūt dn̄m,
nō deficiēt omi bono. Halla, halla. ℣.
Timete dn̄m oēs ſancti eiꝰ: qm̄ nihil
deeſt timētibus eū, halla. Euāgeliū.
In illo tēpe, Dixit dn̄s ieſus diſci-
pulis ſuiꝰ. Nihil opertū eſt qđ non
reueletur. fol. clvj. Offer. Letami-
ni in dn̄o, ꝛ exultate iuſti: ꝛ gloriamini
omnes recti corde. Secreta.
Accepta ſit in conſpectu tuo
dn̄e noſtra deuotio: ꝛ eorum nobis
fiat ſupplicatione, ſalutaris, ꝓ quo
rū ſolēnitate defertur, P. Cō. Si-
gna eos qui in me credūt hec ſequent:
demonia eijciēt, ſuꝑ egros manus im-
ponēt ꝛ bene habebūt. Poſtcō. orō.
Refecti participatione mune
ris ſacri, queſumus dn̄e deuꝰ
noſter: vt quorū exequimur cultū,
ſentiamuꝰ effectū, Per. ¶ In ſan
cti Romani martyris. Intr. Leta-
bitur iuſtus in dn̄o, fo. cliiij. Oratio.
Deus, qui nos beati romani
martyris tui meritis et inter
ceſſione letificas, cōcede propitius:
vt qui eius beneficia poſcimus: do-
no tue gratie conſequamur, Per.
Epl'a. Beatuꝰ vir qui morabitur.
fo. cliiij. Grad. Poſuiſti dn̄e. ℣. Deſi-
deriū anime eius. Halla. ℣. Beatꝰ vir
qui timet. fol. cliiij. Euangeliū. In
illo tēpe, Si quis venit ad me. cliiij.
Off. Glia ꝛ honore. clv. Sec.
Munera dn̄e oblata ſanctifi-
ca: et intercedente beato romano
martyre tuo, nos per hec a peccato
rū noſtrorū maculis emūda, Per.
Cō. Qui vult veni. clv. Poſtc. orō.
Supplices te rogamꝰ omps
deus: vt, quos tuis reficis ſa-
cramētis: intercedēte beato roma-
no martyre tuo, tibi etiam placitis
moribus dignāter tribuas deſerui
re, Per. ¶ Quando vigilia ſancti
Laurentij occurrerit in dominica,
ſabbato retro quo ieiunamꝰ, dicit
miſſa cōuētualis de ꝑdicta vigilia.
¶ In vigilia ſcti Laurētij. Intr.
Diſperſit dedit pauperi
bus, iuſtitia eiꝰ manet
in ſeculū ſeculi: cornu
eiꝰ exaltabitur in glo
ria. ℣. Beatꝰ vir qui ti
met dn̄m, in mādatis eiꝰ volet nimis.
Glia pa. Nō dr Glia in excel. Orō.
Adeſto dn̄e ſupplicationibus
noſtris: et interceſſione bea-
ti laurētij martyris tui, perpetuam
nobis miſericordiā benignꝰ impen
de, Per. Lcō libri Eccl'iaſtici. lj. a.
Confitebor tibi dn̄e rex, ꝛ col-
laudabo te deū ſaluatorem
meū. Confitebor nomini tuo: quo-
niā adiutor et protector factus es
mihi: et liberaſti corpus meū a per
ditione, a laqueo lingue inique, ꝛ a
labijs operantiū mendaciū, et in cō
ſpectu aſtantiū factus es mihi ad-
iutor, et liberaſti me ſcd'm multitu-
dinē miſericordie nominis tui a ru-
giētibus preparatis ad eſcā de ma

nibus querētiū animam meā, et de portis tribulationū que circūdedērunt me: a preſſura flamme, que circūndedit me, et in medio ignis non ſum eſtuatus. De altitudine ventris inferi, et a lingua coinquinata, et a verbo mēdacij, a rege iniquo, et a ligua iniuſta. Laudabit vſq; ad mortē anima mea dn̄m, qm̄ eruis ſuſtinentes te: et liberas eos de manu anguſtie, dn̄e de9 noſter. Gra. Diſperſit dedit pauperib9, iuſtitia ei9 manet in ſcl'm ſcl'i. ℣. Potens in terra erit ſemē ei9: generatio rectorū bn̄dicetur. Nō dr. H all'. Scd'm Matth.

In illo tēpore, Dixit xvj. d. dn̄s ieſus diſcipulis ſuis, Si quis vult poſt me venire, ábneget ſemetipſum, et tollat crucē ſuā, et ſequatur me. Qui enim voluerit animā ſuam ſaluā facere, perdet eam. Qui perdiderit animā ſuā ꝓpter me, inueniet eā. Quid enim ꝓdeſt homini, ſi vniuerſum mundū lucretur, anime vero ſue detrimentū patiatur? Aut quā dabit homo commutationē pro anima ſua? Filius enim hoīs vēturus eſt in gloria patris ſui cum angelis ſuis: et tūc reddet vnicuiq; ſcd'm opera ei9. Amen dico vobis, ſunt quidam de hic ſtātibus qui nō guſtabunt mortē, donec videant filiū hominis venientē in regno ſuo Non dicitur. Credo. Offer. Oratio mea mūda eſt: et ideo peto vt detur locus voci mee i celo: qa ibi eſt iudex meus, et cōſcius me9: in excelſis aſcēdit ad dn̄m deprecatio mea.

Hoſtias dn̄e, quas Secret. tibi offerim9, propitius ſuſcipe: et intercedente beato laurentio martyre tuo, vincula peccatorū noſtrorū abſolue, P. Cōm. Qui vult venire poſt me, ábneget ſemetipſum, et tollat crucē ſuā et ſequat̄ me. Poſtcō.

Supplices te rogam9 orō. oḿps deus: vt, quos donis celeſtibus ſatiaſti, intercedente beato laurētio martyre tuo, perpetua protectione cuſtodias, P. Benedicamus dn̄o. ℟. Deo grās. ¶ In die ſancti Laurētij marty. Intro.

Confeſſio et pulchritudo in cōſpectu ei9: ſcti tas et magnificētia in ſanctificatiōe eius. ℣. Cantate dn̄o canticū nouū: cantate dn̄o oīs terra. Gloria pa. Gloria in excelſis. Orō.

Da nobis, q̄s oḿps deus: vitiorū noſtrorū flāmas extinguere, qui beato laurentio martyri tuo tribuiſti tormentorū ſuorū incendia ſuperare, Per. Ad Corinthios. ij. ix. b.

Qui parce ſeminat, pce et metet: et qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionib9 et metet. Vnuſquiſq; ꝑ vt deſtinauit in corde ſuo: non ex triſtitia aut ex neceſſitate. Hilarem enim datorē diligit deus. Potēs eſt aūt deus oēm gratiam abūdare facere in vobis: vt in oībus ſemꝑ omnē ſufficientiā habētes, abundetis in omne opus

270

bonū,ſicut ſcriptū eſt,Diſperſit de/
dit pauperib⁹: iuſtitia eius manet
in ſeculum ſeculi.Qui aūt admini/
ſtrat ſemē ſeminātiꝛ ⁊ panē ad mā
ducandū preſtabit,⁊ multiplicabit
ſemen veſtrū,⁊ augebit incremēta
frugū iuſtitie veſtre. Grad. Proba
ſti domine cor meū,⁊ viſitaſti nocte. ℣.
Igne me examinaſti:⁊ non eſt inuenta
in me iniquitas. Halla,halla.℣.Leui
ta laurētius bonū opus operatus eſt:
qui per ſignum crucis cecos illumina
uit,⁊ theſauros eccleſie dedit pauperi/
bus,halla. Scdm Joannem.xij.c.
In illo tēpore, Dixit dñs ie/
ſus diſcipulis ſuis,Amē amē
dico vobis,niſi granū frumenti ca/
dens in terrā,mortuū fuerit: ipſum
ſolū manet. Si aūt mortuū fuerit,
multū fructū affert.Qui amat ani
mam ſuam perdet eam:et qui odit
animā ſuam in hoc mundo,in vitā
eternam cuſtodit eā. Si quis mihi
miniſtrat,me ſequatur:et vbi ſum
ego,illic et miniſter meus erit. Si
quis mihi miniſtrauerit,honorifica
bit eum pater meus. Offertoriū.
Confeſſio et pulchritudo in cōſpectu
eius:ſanctitas ⁊ magnificentia in ſan
ctificatione eius. Secreta.
Accipe,queſum⁹ dñe: mune/
ra dignāter oblata:et beati lauren
tij ſuffragantibus meritis,ad no/
ſtre ſalutis auxiliū prouenire con/
cede,Per do. Cōm. Qui mihi mi/
niſtrat,me ſequatur:⁊ vbi ego ſum,illic
⁊ miniſter meus erit. Poſtcō.orō.

Sacro munere ſatiati,ſuppli/
ces te dñe deprecamur:vt qđ
debite ſeruitutis celebramus offi/
cio, intercedēte beato laurētio, ſal
uationis tue ſentiamus augmen/
tū,Per. ¶ In ſanctorū Tiburtij
et Suſanne martyrum. Introit⁹.
Intret in cōſpectu tuo.clv. Oratio.
Beatorū martyrū tuorum ti/
burtij et ſuſanne,nos dñe,q̄s/
ſumus:foueant cōtinuata preſidia:
quia non deſinis propitius intueri,
quos talibus auxilijs cōceſſeris ad
iuuari, Per. Epla. Juſtorū anime
in manu dei ſunt.clv.Grad. Glorio
ſus de⁹.℣ Dextera tua, Halla.℣.Sā
cti tui dñe.clvj.Euangeliū. In illo
tēpore,Cū audieritis prelia ⁊ ſedi/
tiones.clvj.Offer Letamini in dño.
Adeſto dñe pre/ Secre. clvj.
cibus populi tui,adeſto mu/
neribus: vt que ſacris ſunt oblata
myſterijs,tuorū tibi placeant inter
ceſſione ſanctorū, Per. Cō Juſtorū
anime.folio.clvj. Poſtcō.oratio.
Sumptū dñe pign⁹ redēptio
nis eterne ſit nobis,q̄s:inter
ueniētibus beatis martyrib⁹ tuis
tiburtio et ſuſanna,vite preſentis
auxilium pariter et future,Per.
¶ In ſcte Clare virginis. Intr.
Gaudeamus oēs in.fo.clix.Oratio.
Famulos tuos,q̄s:beate vir/
ginis tue clare votiua nata/
litia recenſentes,celeſtium gaudio
rum ſua facias interceſſione parti/
cipes:et ſimul in vnū diuitis ⁊ pau/

peri⁹, tui vnigeniti coheredes, Qui
tecum Epla. Fratres, Qui gloria
tur fo. clx. Grad. Dilexiſti iuſtitiā. ℣.
Propterea vnxit te de⁹. H allā. ℣. Dif
fuſa eſt gratia. clx. Euāg. In illo tē
pore, Theſauro abſcondi clx. Off.
Offerētur regi virgines clx. Secret.
O Blata tibi, q̄s dn̄e: dona ſan
ctifica: que maieſtati tue ac
cepta, faciat beate virginis tue cla
re interceſſio venerāda, P. Cōm.
Simile eſt regnū celorum. folio. clx.
P Rotegant, Poſtc̄. oratio.
queſumus dn̄e: plebem tuā
glorioſe virginis tue clare cōtinua
ta preſidia: et ſumpta pro illius glo
ria corporis tui ſacri et precioſi ſan
guinis ſacramenta, Qui viuis et.
¶ In octauo die transfigurationis
dn̄i, omnia dicūtur vt in die. ¶ In
ſancti Hippoliti martyris. Intro.
Letabitur iuſtus in dn̄o cliiij. Orō.
D A, queſum⁹ omnipotēs de⁹:
vt beati hippoliti martyris
tui veneranda ſolennitas, et deuo
tionē nobis augeat, ⁊ ſalutē, Per.
Epiſtola. Beatus homo qui inue
nit ſapientiā cliiij. Grad. Poſuiſti
dn̄e. ℣. Deſiderium anime ei⁹. H alla.
℣. Beatus vir qui timet dn̄m fo. cliiij.
Euāgeliū. In illo tēpore, Si quis
vult poſt me venire. clv. Offerto.
Gloria et honore fol. clv. Secreta.
S Anctus tuus hippolit⁹ nos,
queſum⁹ dn̄e: vbiqꝫ letificet:
vt dum eius merita recolimus, pa
trocinia ſentiamus, Per. Cōmu.
Qui vult venire. clv. Poſtcō. orō.
P Reſta, queſum⁹ ōps de⁹: vt
de perceptis muneribus gra
tias exhibētes, et intercedente bea
to hippolito martyre tuo, beneficia
potiora ſumamus, P. Quando vi
gilia aſſumptionis beate Marie
virginis occurrerit in dn̄ica, officiū
miſſe dicitur de dicta vigilia vt in
fra eſt ordinatum. ¶ In vigilia
aſſumptionis beate Marie. Intr.
S Alue ſancta parēs, eni
xa puerpera regem: qui
celū, terrāqꝫ regit in ſe
cula ſeculorū. ℣. Virgo
dei genitrix, quē totus
nō capit orbis: in tua ſe clauſit viſcera
factus homo. Glia pa. Quādo occur
rerit in dn̄ica dicit Glia in excelſis.
D Eus, qui virginalē Oratio.
aulā beate marie in qua ha
bitares, eligere dignat⁹ es, da, que
ſumus: vt ſua nos defenſione mu
nitos, iocundos facias ſue intereſſe
feſtiuitati, Qui viuis. Quando vi
gilia euenerit in dn̄ica, tunc oratio
predicta cum oratione de dn̄ica di
cuntur ſub vna cōcluſione. Lectio
libri Eccleſiaſtici. xxiiij. b.
A B initio et ante ſecula crea
ta ſum, ⁊ vſqꝫ ad futurū ſeculū non
deſinā: et in habitatione ſancta co
rā ipſo miniſtraui. Et ſic in ſion fir
mata ſum, et in ciuitate ſanctifica
ta ſimiliter requieui, et in hieruſalē
poteſtas mea. Et radicaui in po
pulo honorificato, et in partes dei

mei hereditas illius, ꝛ in plenitudi/
ne ſanctorum detentio mea. Grad.
Benedicta ꝛ venerabilis es virgo ma
ria, q̄ ſine tactu pudoris, effecta es ma/
ter ſaluatoris. ℣. Virgo dei genitrix,
quē totus nō capit orbꝰ: in tua ſe clau
ſit viſcera, factuſ homo. Quando oc/
currerit in dn̄ica: dr ſequēs. Halle,
halle. ℣. Poſt partum virgo inuiolata
permanſiſti: dei genitrix intercede pro
nobis, halle. Secundū Lucam. xi. b.

In illo tēpore, Loquēte ieſu
ad turbas, extollens vocem
quedam mulier de turba, dixit illi,
Beatus venter qui te portauit, et
vbera que ſuxiſti. At ille dixit, Qui
nimo beati qui audiunt verbū dei,
et cuſtodiunt illud. Quādo euene
rit in dn̄ica: dicitur Credo. Offer.
Felix nanqꝫ es ſacra virgo maria et
om̄i laude digniſſima: quia ex te ortus
eſt ſol iuſtitie, chriſtus deꝰ noſter. Sec.

Muera noſtra, q̄s dn̄e: apd
clementiā tuā ſancte dei ge/
nitricis marie commendet oratio:
quā idcirco de p̄ſenti ſeculo trāſtu/
liſti: vt pro peccatis noſtris, apud
te, fiducialiter intercedat, P eūdē.
Dicitur prefatio cōmunis. Cōm.
Beata viſcera marie virginis, q̄ porta
uerūt eterni p̄ris filiū. Poſtcō. orō.

Concede miſericors deuſ, fra
gilitatis noſtre preſidiū, vt q̄
ſancte dei genitricis ꝛ virginis ma
rie requiē celebramꝰ, interceſſioniſ
eius auxilio, a noſtris iniquitatibꝰ
reſurgamus, Per eundē. Quādo
occurrerit in dominica dicitur Ite
miſſa eſt. ¶ In ſancti Euſebij con
feſſoris. Introitus. Os iuſti medi/
tabitur ſapientiam. fol. clviii. Orō.

Deus, qui nos beati euſebij cō
feſſoris tui annua ſolennita/
te letificas, cōcede propitiꝰ: vt cuiꝰ
natalitia colimꝰ, per eiꝰ exēpla ad
te gradiamur, P. Epl'a Dilectus
deo et hominibꝰ. fol. clix. Grad. Os
iuſti meditabitur ſapientiā. ℣. Lex dei
eius. Halle, ℣. Juſtus vt palma. clix.
Euangeliū. In illo tp̄e, Nemo ac
cēdit lucernā. clix. Offerto. Deſide/
riū anime eius. fol. clix. Secr.
Audiꝰ tue dn̄e hoſtiaſ immo
lamus in tuorū commemoratione
ſanctorū: quibꝰ nos et preſentibus
exui malis confidimus, et futuris,
P. Cō. Fidelis ſeruus. clix. Poſtc.

Refecti cibo potuqꝫ ce/ orō.
leſti, deuſ noſter, te ſupplices
exoramus: vt in cuiuſ hec cōmemo
ratione percepimuſ, eiꝰ muniamur
et precibꝰ, P. ¶ In Aſſumptione
beate Marie virginis. Introitꝰ.

Gaudeamus oēs in dn̄o,
diē feſtū celebrāteſ ſub ho
nore b'te marie virginis:
de cuiꝰ aſſumptione gau
dent angeli, ꝛ collaudant filium dei. ℣.
Gaudent angeli, ꝛ exultant archange/
li: letantur iuſti, ꝛ cōgratulātur om̄es
ſancti. Glia pa. Glia in excel. Orō.

Veneranda nobis dn̄e huius
diei feſtiuitas opem cōferat
ſalutare: in qua ſancta dei genitrix

morte ſubijt temporalē: nec tamen
mortis nexibus deprimi potuit, q̄ fi
liū tuū dn̄m nr̄m de ſe genuit incar
natū, Qui te. Lectio lib. Eccliaſtici.

IN oībus requiē que. xxiiij.a.
ſiui, ⁊ in hereditate dn̄i mora
bor. Tūc precepit, ⁊ dixit mihi crea
tor omniū: et qui creauit me requie
uit in tabernaculo meo, et dixit mi
hi, In iacob inhabita, ⁊ in iſrael he
reditare, ⁊ in electis meis mitte ra
dices. Ab initio et ante ſecula crea
ta ſum, ⁊ vſq; ad futurū ſeculū non
deſinā: et in habitatione ſancta co
rā ipſo miniſtraui. Et ſic in ſion fir
mata ſum, et in ciuitate ſanctifica
ta ſimiliter requieui, et in hieruſalē
poteſtas mea. Et radicaui in po
pulo honorificato, et in partes dei
mei hereditas illius, et in plenitudi
ne ſanctorum detētio mea. Quaſi
cedrus exaltata ſum in libano: ⁊ qua
ſi cypreſſus in monte ſion. Quaſi
palma exaltata ſum in cades: et
quaſi plātatio roſe in hiericho. Qua
ſi oliua ſpecioſa in campis, et quaſi
platanus exaltata ſum iuxta aquā
in plateis. Sicut cinamomū, et bal
ſamum aromatizans odorem de
di: quaſi myrrha electa dedi ſuaui
tatem odoris. Grad. Propter veri
tatem et manſuetudinem et iuſtitiam
et deducet te mirabiliter dextera tua.
℣. Audi filia et vide, et inclina aurem
tuam, quia cōcupiuit rex ſpeciē tuam.
Alla, alla. ℣. Aſſumpta eſt maria
in celum: gaudent angeli, et collaudan
tes benedicunt dn̄m, alla. Secundū

IN illo tēpore, Lucam. x. g.
Intrauit dn̄s ieſus in quod
dam caſtellum: et mulier quedam
martha nomine, excepit illū in do
mum ſuā, et huic erat ſoror nomine
maria: que etiā ſedens ſecus pedes
dn̄i, audiebat verbū illius. Mar
tha autē ſatagebat circa frequens
miniſteriū. Que ſtetit, et ait, Dn̄e,
non eſt tibi cure q̄ ſoror mea reli
quit me ſolā miniſtrare? Dic ergo
illi vt me adiuuet. Et reſpōdens di
xit illi dn̄s, Martha martha, ſoli
cita es, et turbaris erga plurima.
Porro, vnū eſt neceſſariū: maria
optimā partē elegit, que nō auferē
tur ab ea. Credo. Offer. Adducē
tur regi virgines poſt eam: proxime eius
afferētur tibi. afferētur letitia ⁊ exulta
tione: adducētur in tēplū regis. Sec.

UT tibi grata dn̄e reddatur no
ſtre deuotionis oblatio, bea
te virginis marie obtineat inter
ceſſio: q̄ filij tui dn̄i noſtri mater di
gniſſima ſup choros angelorū ho
die ab eo glorioſiſſime eſt exaltata,
Qui tecū. Prefatio. Eterne deus,
Et te in aſſumptione beate marie.
Cō. Dilexiſti iuſtitiā, ⁊ odiſti iniq̄ta
tē: ꝓpterea vnxit te deus, deus tuus. Poſt cō. orō.

MEnſe celeſtis par
ticipes effecti, imploramus
clemētiam tuam dn̄e deus noſter:
vt, qui feſta dei genitricis colimus:
a malis imminentibus eius inter
ceſſionibus liberemur, Per eund.



232

¶ Infra octauā aſſumptionis fit idē officiū qđ in die. De feſtis vero que infra dictā octa. veniunt nihil tunc agitur; ſed poſt octauam cele brantur. De octauo aūt die ſancti Laurentij fit eodem die quo cadit.

¶ Octauo die ſcti Laurētij. Int.

Probaſti dn̄e cor meū: et viſitaſti nocte: igne me examinaſti, et non eſt inuēta in me īiqui/tas. ℣. Exaudi dn̄e iu/ſtitiā meā: intēde deprecationē meam. Gloria pa. Gloria in excelſis. Oro.

Sancti martyris tui lauren/tij reiterata ſolēnitas, q̄s do mine deus noſter: ſalutaris auxilij preſtet nobis augmētū, P. Epla. Qui parce ſeminat. vt ſup. cclvij. Gra. Gloria ꝛ honore coronaſti eū dn̄e: et cōſtituiſti eū ſup opera manuū tua/rū. ℣. Dn̄i eleuata eſt magnificētia tua ſup celos deus. Halla, halla. ℣. Puer meus, dicit dn̄s, dū tranſieris ꝑ ignē, flāma nō nocebit tibi, halla. Euange liū. In illo tpe, Niſi granū frumen ti. vt ſupra. cclvij. Credo. qđ dicit ratione octauarii. Offer. In virtu/te tua dn̄e letabitur iuſtus: et ſuper ſa/lutare tuum exultabit vehementer: de/ſideriū cordis eius tribuiſti ei. Secre.

Beati laurētij martyris hono rabilē paſſionem geminatis munerib⁹ exequimur: que tibi dn̄e, q̄s: grata fiant, ꝛ nos a noſtris mū dent flagitijs, ꝛ mēte ꝛ corpore pa/riter purificēt, P. Prefatio Eter/ne de⁹, Et te in aſſumptione beate marie. Que dr ratiōe octarij. Cō.

Qui vult venire poſt me abneget ſe/metipm: ꝛ tollat crucē ſuā ꝛ ſequat me.

Sumptis dn̄e Poſtc. oro. q̄s ſacramētis intercedente bt̄o laurētio martyre tuo, ad redē/ptionis eterne proficiamu⁹ augmē tū, P. ¶ In octauo die aſſumptio nis bt̄e marie v̄ginis oia dicūtur vt in die. Et poſt octauā eiuſdē aſſū/ptionis die immediate ſequenti di/citur officiū miſſe de ſcto Bernar/do. ¶ In ſancti Rochi cōfeſſoris. Introit⁹. Os iuſti meditabit. clviij.

Deus, qui es glorio/ Oro. ſus in gloria ſanctorū, et cun ctis ad eorū patrocinia cōfugienti/bus, ſue petitionis ſalutarē preſtas effectū, cōcede plebi tue: vt interce/dente beato rocho cōfeſſore tuo, a lāguore epidemie quē in ſuo corpo re paſſus eſt, ſit libera, ꝛ tuo nomi/ni ſemper ſit deuota, P. Epla: Iu ſtū deduxit dn̄s. clix. Gra. Os iuſti meditabitur ſap. ℣. Lex dei ei⁹. Halla. ℣. Iuſt⁹ vt pal. clix. Euangeliū. In illo tēpore, Nemo accēdit lucernā. folio. clix. Offerto. Deſideriū cordis eius. folio. clix. Secreta.

Munera q̄ tibi dn̄e obtulim⁹ in honorē ſancti confeſſoris tui ro/chi, ſalutē mentis et corporis nunc conferant, ꝛ in futuro gloriam, P. Cōmu. Fidelis ſeruus et. folio. clix.

Hec nos cōmu/ Poſtc. oro. nio piētiſſime deus, interceſ/

ſione rochi cõfeſſoris tui mundet ꝛ muniat: et tuã gratiã nobis conferat, P. ¶ In ſancti Agapiti martyris. Introi. Letabitur iuſt⁹ in dño.

L Etetur ec- folio. cliiij. Oro.
clesia tua de⁹, beati agapiti martyris tui cõfiſa ſuffragijs: atq ei⁹ precib⁹ glorioſis ꝛ deuota pmaneat, ꝛ ſecura cõſiſtat, Per. Epla. Beat⁹ vir q̃ in ſapientia morabit. cliiij. Gra. Poſuiſti dñe ſup caput ei⁹ coronã de lapide pretioſo. ℣. Deſideriũ cordis ei⁹ tribuiſti ei: et volũtate labiorũ ei⁹ nõ fraudaſti eũ. Halla, halla. ℣. Btũs vir q̃ ſuffert tẽtationẽ: qm̃ cũ probatus fuerit: accipiet coronã vite, hall. Euãg. In illo tpe, Si q̃s venit ad me, cliiij. Offer. In ỽtute tua dñe letabitur iuſt⁹, ꝛ ſup ſalutare tuũ exultabit vehemẽter: deſideriũ cordis eiu⁹ tribuiſti ei.

S Uſcipe dñe Secr.
munera, que in ei⁹ tibi ſolẽnitate deferim⁹, cuius nos cõfidimus patrocinio liberari, P. Cõm. Poſuiſti dñe ſup caput ei⁹ coronã de lapide pretioſo.

S Atiaſti Poſtcõ.
dñe familiã tuã munerib⁹ ſacris: ei⁹, q̃s: ſemp interuẽtione nos refoue, cui⁹ ſolẽnia celebram⁹, P.

¶ In ſancti Bernardi abbatis et confeſſoris. Introitus. Os iuſti meditabitur ſapientiã. fol. clviij. Oro.

P Erfice, q̃s dñe: piũ in nobis ſcte religionis effectũ: et ad obtinendã tue gratie largitatẽ, beatus bernardus abba⁹ ꝛ doctor egregius, ſuis apud te ſemp ꝓ nobis meritis ꝛ precib⁹ intercedat, P. Epla. Sapientia laudabit animã ſuã. fo. clix. Gra. Os iuſti meditabit. ℣. Lex dei ei⁹. Halla. ℣. Juſtus vt palma florebit. clix. Euãge. In illo tpe, Vigilate, q̃a neſcitis qua ho. clix. Offer. Deſideriũ aie ei⁹. clix. Secre.

G Rata tibi ſit deus hui⁹ oblatio ſacramenti, quã in memoriam dominice paſſionis, tue offerimus maieſtati, P eundẽ. Cõ. Fidelis ſeruus ꝛ prudẽs. clix. Poſtcõ. oro.

S Umũ in nobis, q̃s deus, cibus quẽ ſumpſimus operet effectũ: vt incorporet ſibi eſus edentes, Qui tecũ. ¶ In ſanctorũ Timothei ꝛ Simphoriani mar. Int.

S Alus autẽ iuſtorum a dño, et protector eorũ eſt in tempore tribulationis. ℣ Noli emulari in malignantibus: neq zelaueris facientes iniquitatem. Glia pa. Gloria in excelſis. Oratio.

A Uxiliũ tuum nobis, q̃s dñe: placatus impende: et intercedentib⁹ beatis martyribus tuis timotheo atq ſimphoriano, dexterã ſuper nos tue propitiationis extẽde, P. Epla. Juſti in perpetuũ. folio. clv. Gradua. Pretioſa in conſpectu dñi mors ſanctorũ eius. ℣ Credidi propter quod locut⁹ ſum: ego aũt humiliat⁹ ſum nimis. Halla, halla. ℣. Tradiderunt corpora ſua propter deũ ad ſupplicia: ideo coronantur et accipiunt palmam, halla. Euangelium.

In illo tēpore, Nihil opertū q̄ nō reueletur. folio.clvj. Offert. Mirabilis deus in ſanctis ſuis: deus iſrael, ipſe dabit virtutem et fortitudinē plebi ſue: benedictus deus. Secreta.

Acepta tibi ſit dn̄e ſacrate plebis oblatio pro tuorū honore ſanctorū: quorū ſe meritis percepiſſe de tribulatione cognoſcit auxilium, Per. Cōm. Ego vos elegi de mundo, vt eatis et fructū afferatis: ꝛ fruct⁹ veſter maneat. Poſtcō.

Diuini muneris largitate ſatiati, queſumus domine deus noſter: vt intercedentibus beatis martyribus tuis, timotheo atq; ſimphoriano, in eorū ſemper participatione viuamus, Per. orō.

¶ In vigilia ſancti Bartholomei apoſtoli in officio miſſe oīa dicuntur, vt in vigilia cōmunis apl'orum folio.cliij. Quādo aūt dicta vigilia occurrerit in dn̄ica, ſabbato retro quo ieiunamus dicitur miſſa conuentualis de predicta vigilia.

¶ In ſcti Bartholomei. Introi.

Mihi aūt nimis honorati ſunt amici tui deus: nimis cōfortat⁹ eſt p̄ncipat⁹ eorū. ℣. Dn̄e probaſti me, et cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſſionē meā et reſurrectionē meā. Gl'ia pa. Gl'ia in ex. Orō.

Omp̄s ſempiterne deus, qui hui⁹ diei venerādā ſanctāq; letitiā in bt̄i apl'i tui bartholomei feſtiuitate tribuiſti: da eccleſie tue, q̄s: et amare qđ credidit, ꝛ predicare qđ docuit, Per. Ad Epheſi.iiij.d.

Fratres, Teſtificor in domino: vt iam non ambuletis ſicut et gētes ambulant in vanitate ſenſus ſui, tenebris obſcuratū habentes intellectū, alienati a via dei per ignorantiam que eſt in illis propter cecitatē cordis ipſorum: qui deſperātes, ſemetipſos tradiderūt impudicitie, in operationē immūditie om̄is in auaritiā. Vos autē nō ita didiciſtis chriſtum: ſi tamen illū audiſtis et in ipſo edocti eſtis, ſicut eſt veritas in ieſu, deponere vos ſecundum priſtinā conuerſationē veterē hominē, qui corrūpitur ſcd̄m deſideria erroris. Grad. Nimis honorati ſunt amici tui deus: nimis cōfortatus eſt principatus eorū. ℣. Dinumerabo eos, et ſuper arenā multiplicabuntur. Hall'a, hall'a. ℣. Vox ſancti bartholomei, quaſi tuba vehemēs eſt: ambulant cū eo angeli dei, hall'a. Scd̄m Joannē.xv.b.

In illo tēpe, Dixit dn̄s ieſus diſcipl'is ſuis, Hoc eſt preceptū meū vt diligatis inuicē, ſicut dilexi vos. Maiorē hac dilectionē nemo habet, vt q̄s animā ſuam ponat quis pro amicis ſuis. Vos amici mei eſti⁹, ſi feceriti⁹ que ego precipio vobis. Jam non dico vos ſeruos: quia ſeru⁹ neſcit quid faciat dn̄s eius. Vos aūt dixi amicos: quia omnia quecunq; audiui a patre meo, nota feci vobis. Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos:

et poſui vos vt eatis et fructū afferatis, et fructus veſter maneat, vt quodcūqȝ petieritis patrē in nomine meo, det vobis. Credo. Offer. Mihi aūt nimis honorati ſunt amici tui deus: nimis confortatus eſt principatus eorum. Secreta. BEati apoſtoli tui bartholomei, cuius ſolēnia recenſemus: q̄s dn̄e: vt eius auxilio tua beneficia capiamus, pro quo tibi hoſtiā laudis offerim⁹, P. Prefatio. Equū ⁊ ſalutare, Te domine ſuppliciter exora. Cōm. Vos q̄ reliquiſtis oīa, et ſecuti eſtis me: centuplū accipietis, et vitam eternam poſſidebitis. Poſtcō. orō. SUmpſimus dn̄e pignus ſalutis eterne, celebrantes beati bartholomei apoſtoli tui votiua ſolēnnia: cuius interuentu (q̄s) ad vitā nutriamur eternā, P. ¶ In ſancti Geneſij martyris. Introit⁹. Letabitur iuſtus in dn̄o. cliiij. Orō. OMnipotēs ſempiterne deus, qui hodiernā diē in beati geneſij martyris tui paſſione cōſecraſti, concede ppiti⁹: vt ei⁹ interceſſione glorioſa, ab omi liberati anguſtia, conſequi mereamur gaudia ſempiterna, Per. Epla. Beat⁹ vir q̄ inuētus eſt ſine. cliiij. Grad. Poſuiſti domine. ṽ. Deſideriū anime eius. Alla. ṽ. Beatus vir q̄ timet. cliiij. Euāgel. In illo tēpe, Si quis vult poſt me veni. cliiij. Off. Glia et ho. clv. Sec. SUſcipe, q̄s omps deus: has oblationes ⁊ vota: et preſta, vt p interceſſionē beati geneſij, hec ſancta myſteria nobis et omi pplo tuo proficiāt ad ſalutē, P. Cōmo. Qui vult venire. clv. Poſtcōm. orō. PReſta, q̄s ops deus: vt hec pſcā ſacrificia que in veneratiōe beati geneſij pcipere tribuiſti: ⁊ a preſentib⁹ tribulatiōib⁹ nos potēter eripiant, et vite eterne participes faciāt, P. ¶ In ſancti Ruffi martyris. Intr. Letabit iuſt⁹ in do. ADeſto dn̄e ſup- cliiij. Orō. plicationib⁹ noſtris: et beati ruffi interceſſionib⁹ cōfidentes, nec minis aduerſantiū, nec vllo turbemur incurſu, P. Epla. Beatus hō qui inuenit ſa. cliiij. Grad. Poſuiſti dn̄e. ṽ. Deſideriū anime ei⁹. Alla. ṽ. Btūs vir q̄ timet. cliiij. Euangeliū. In illo tēpe, Niſi granum fru. clv. Off. Glia et honore. clv. Sec. OBlatis dn̄e placare muneribus: ⁊ intercedēte beato ruffo martyre tuo, a cūctis nos defende periculis, Per. Cōmu. Qui vult venire poſt me. clv. Poſtcō. oratio. CEleſtibus refecti ſacramentis ⁊ gaudijs, ſupplices te rogam⁹ dn̄e: vt, quorū gloriamur triūphis, protegamur auxilijs, P. ¶ In ſancti Auguſtini doctoris eccleſie epi et cōfeſſoris. Intro. IN medio eccleſie aperuit os eius: et impleuit eum dn̄s ſpiritu ſapientie et intellectus: ſtola glorie induit eū. ṽ. Bonū eſt cōfi-

teri dn̄o: ꝛ pſallere nomini tuo altiſſi/
me. Glīa pa. Gloria in excelſ. Orō.
A Deſto ſupplicationib⁹ nr̄is,
omnipotēs de⁹: et quib⁹ fidu
ciā ſperāde pietatis indulges, inter
cedente beato auguſtino cōfeſſore
tuo atq; pōtifice, cōſuete miſericor/
die tribue benignus effectū. Per
dn̄m. Epiſtola. Chariſſime, Teſti
ficor corā deo et chriſto. folio. clvij.
Grad. Ecce ſacerdos magnus qui
in diebus ſuis placuit deo. ℣. Non eſt
inuētus ſimilis illi, qui conſeruaret le/
gem excelſi. Halla, halla. ℣. Auguſti/
ne preſul, decus eccleſie, ſedule pro ſalu/
te totius populi chriſtum deprecare,
halla. Euangeliū. In illo tempore,
Vos eſtis ſal terre. folio. clviij. Di
citur Credo. Offert. Veritas mea
et miſericordia mea cū ipſo: et in nomi
ne meo exaltabitur cornu ei⁹. Secret.
Sancti confeſſoris tui atq; pō
tificis auguſtini nobis domi
ne pia nō deſit oratio: que et mune/
ra noſtra conciliet, et tuā nobis in/
dulgentiā ſemper obtineat, Per.
Cōmu. Beatus ſeruus, quē cū vene/
rit dn̄s ei⁹, inuénerit vigilantē: amē di
co vobis, ſuper omnia bona ſua conſti/
tuet eum. Poſtcōm. oratio.
Ut nobis domine tua ſacrifi/
cia dent ſalutem: beatus auguſti/
nus confeſſor tuus atq; pontifex,
queſumus: precator accedat, Per.
Quando dominica Si bona oc
currerit in feſto decollationis ſan/
cti Joannis baptiſte: officiū miſſe
dicitur de dominica, et feſtum ſan/
cti Joānis baptiſte transfertur in
vltimum diem menſis Auguſti.

In decollatione ſancti Joan/
nis baptiſte. Intro.

I Oannes aūt cum au/
diſſet in vinculis ope/
ra chriſti, mittēs duos
de diſcipulis ſuis ait
illi: Tu es qui venturus es, an alium
expectamus? ℣. Bonum eſt confiteri
dn̄o: et pſallere nomini tuo altiſſime.
Gloria pa. Gloria in excelſis. Orō.
Sancti ioānis baptiſte ꝛ mar
tyris tui, queſumus domine:
veneranda ſolēnitas, ſalutaris au
xilij nobis preſtet effectum, Per.
Epiſtola. Expectatio iuſtorum le/
titia: ſpes. clv. Grad. Precioſa in
cōſpectu domini mors ſanctorum ei⁹.
℣. Credidi propter quod locutus ſum:
ego aūt humiliat⁹ ſum nimis. Halla,
halla. ℣. Metuebat herodes ioānem,
ſciens eum virum iuſtum et ſanctū: et
cuſtodiebat eum, halla. Secundum
In illo tem Marcum. vj. b.
pore, Miſit herodes rex ꝛ te
nuit ioannem, et vinxit eum in car/
cere propter herodiadē vxorē phi/
lippi fratris ſui, quia duxerat eam.
Dicebat enim ioānes herodi, Nō
licet tibi habere vxorem fratri⁹ tui.
Herodias autem inſidiabatur illi:
et volebat occidere eum, nec pote/
rat. Herodes autē metuebat ioan/
nem, ſciēs eum virum iuſtum ꝛ ſan
ctum: et cuſtodiebat eum, et audi/

to eo multa faciebat:et libenter eū audiebat. Et cū dies opportunus accidiſſet, herodes natalis ſui cenam fecit principibus et tribunis ⁊ primiˀ galilee. Cumqꝫ introiſſet filia ipſius herodiadis,et ſaltaſſet,⁊ placuiſſet herodi, ſimulqꝫ recumbentibus: Rex ait puelle, Pete a me quod vis:et dabo tibi. Et iurauit illi, Quia quicqͩ petieris dabo tibi,licet dimidium regni mei. Que cum exiſſet,dixit matri ſue, Quid petam? At illa dixit, Caput ioannis baptiſte. Cumqꝫ introiſſet ſtatim cum feſtinatione ad regem,petiuit dicens, Volo vt protinus des mihi in diſco caput ioannis baptiſte. Et cōtriſtatus eſt rex, propter iuſiurandum et propter ſimul diſcumbentes,noluit eam cōtriſtare: ſed miſſo ſpiculatore precepit afferri caput eius in diſco: et decollauit eū in carcere: et attulit caput eius in diſco:⁊ dedit illud puelle,et puella dedit matri ſue. Quo audito,diſcipuli eius venerunt,et tulerūt corpus eius:et poſuerunt illud in monumento. Offerto. Miſit rex ſpiculatorē,⁊ precepit amputari caput ioannis in carcere:quo audito, diſcipuli eiˀ venerunt,⁊ ſepelierūt eū,halla. Secr.

MUnera tibi dn̄e pro ſancti martyris tui ioannis baptiſte paſſione deferimˀ: quia dum finitur in terris, factus eſt celeſti ſede perpetuus: queſumˀ,vt eius obtentu nobiˀ proficiant ad ſalutem, Per. Cōm. Ite,dicite ioanni,Ceci vidēt,ſurdi audiunt, mortui reſurgūt: et beatus eſt qui non fuerit ſcandalizatus in me. Poſtcōm.oratio.

COnferat nobis dn̄e ſcti ioannis vtraqꝫ ſolemnitas, vt magnifica ſacramēta que ſumpſimuˀ, ſignificata veneremur:et in nobis potiˀ edita,gaudeamˀ, Per. ¶ In ſancte Sabine martyris. Introitus. Dilexiſti iuſtitiam folio.clx. Oratio.

PReſta,q̄s oīps deuˀ:vt beate ſabine martyris tue ſolemnia recenſentes,meritis ipſiuˀ protegamur,et precibus, Per. Epla Mulierem fortem quiˀ inueniet? procul et de vltimis finibus precium eius. folio.cxxxix. Gra. Dilexiſti iuſtitiam. ℣. Propterea vnxit. Halla. ℣. Diffuſa eſt gratia folio.clx. Euangeliū. In illo tēpore, Theſauro abſcondito. folio.clx. Offer. Aſtitit regina a dextris tuis in veſtitu deaurato circundata varietate. Secret.

VOtis populi tui dn̄e propitiatuˀ intende:et cuius nos tribuis ſolēnia celebrare, fac gaudere ſuffragijs, Per. Cōm. Feci iudiciū et iuſtitiā domine,non calumniētur me ſuperbi: ad omnia mandata tua dirigebar, omnē viā iniquā odio habui, Poſtcō.orō.

SUpplices te rogamus oīps deus:vt intercedēte bt̄a ſabina martyre tua,et tua in nobis dona multiplices,⁊ tp̄a nr̄a diſponaˀ, Per. ¶ In ſanctorum Felicis et Adaucti martyrum. Introitus.

SApiētiam ſanctorum narrent populi,et laudem eoꝝ nunciet eccleſia:nomina autē eorū viuent in ſeculū ſeculi. ℣. Exultate iuſti in dño,rectos decet collaudatio. Gloria pa. Glia in excel.

MAieſtatē tuā dñe Oratio. ſupplices deprecamur:vt ſicut nos iugiter ſanctoꝝ tuoꝝ felicis ⁊ adaucti cōmemoratione letificas,ita ſemꝑ ſupplicatione defendas, Per. Epla. Juſtoꝝ anime. clv. Gra. Cōfitebūtur celi mirabilia tua dñe:etenim veritatē tuā in eccleſia ſanctoꝝ. ℣. Miſericordias dñi in eternū cātabo,in generatione et progenie. Halla,halla. ℣. Gaudete iuſti in dño: rectos decet collaudatio,halla. Euāgeliū. In illo tēpore, Nolite arbitrari. clvj. Offerto. Fulgebūt iuſti, et tanꝙ ſcintille in arundineto diſcurrent:iudicabunt gentes,et regnabunt in etrnum,halla. Secreta.

HOſtijs dñe plebis tue intende:et quas in honore ſanctoꝝ tuorū mēte deuota celebrat, proficere ſibi ſentiat ad medelā, P. Cō. Quod dico vobis in tenebꝛis dicite in lumine, dicit dñs:⁊ quod in aure auditis predicate ſuper tecta. Poſtcō. orō.

REpleti dñe muneribꝰ ſacris, q̄s, vt intercedentibꝰ ſanctis tuis: in gratiarū ſemꝑ actione maneamus, Per. ¶ In ſancti Egidij abbatis et confeſſoris. Introitꝰ. Os iuſti meditabitur ſapien. clviij. Orō.

PRetēde nobis dñe miſericordiā tuā:et beati egidij abbatis interceſſio,cuius nos dediſti patrocinijs adiuuari,tribue:vt maieſtatē tuā exoret ꝓ nobis, P. Epla. Juſtꝰ cor ſuū tradet. clix. Gra. Os iuſti meditabit. ℣. Lex dei eiꝰ. Halla. ℣. Juſtus vt palma florebit. clix. Euāgeliū. In illo tēpe, Vigilate, quia neſcitis qua hora. clix. Offerto. Deſiderium anime eius. fo. clix. Secret.

INterceſſio,q̄s dñe:beati egidij abbatis munera nr̄a cōmendet: noſq́ eius veneratio ſancta tue maieſtati reddat acceptos, Per. Cōmu Fidelis ſeruus et prudens. folio clix. Poſtcō. orō.

QUeſumꝰ oēs deus: vt qui celeſtia alimēta percepimꝰ, intercedēte beato egidio abbate,cōtra oīa aduerſa muniamur,⁊ ad etna gaudia cōſequēda,ſpes nobiꝰ ſuppetat et facultas, Per. ¶ In ſancti Antonini martyris. Intr. Letabitur iuſtus in dño. fol. cliiij. Oratio.

OMnīps deꝰ,fideliū tuoꝝ indeficiēs cōſeruator, qui glorioſi martyris tui antonini glorificare dignatus es ſolēnitatē,exaudi preces ſupplicātis eccleſie:et preſta:vt que deuote expetit,eo ſuffragante cōſequi mereatur, Per. Epla. Beatꝰ vir qui inuētus eſt ſine ma. cliiij. Gra. Gloria et honore coronaſti eū dñe:⁊ cōſtituiſti eū ſuper opera manuū tuarū. ℣. Dñi eleuata eſt magnificētia tua ſuper celos deus, Halla,halla. ℣. Beatꝰ

vir qui timet dn̄m, in mādatis eius cu
pit nimis, alla. Euangeliū. In illo
tēpore, Si quis vult poſt me veni-
re. clv. Offer. Gloria et honore coro-
naſti eum dn̄e: ⁊ conſtituiſti eum ſuper
opera manuum tuarum. Secreta.
Oblatis muneribus maieſta
ti tue domine deuote ſuppli-
camus: vt beat⁹ martyr antonin⁹
gratanter exóret, hoc myſteriū no-
bis digne perficere, Per. Cō. Po-
ſuiſti dn̄e in capite eius coronam de la-
pide pretioſo. Poſtcō. oro.
Muneris ſacri refectione ve-
getati, clementiā tuā ſuppliciter ex-
poſcimus ops deus: vt beat⁹ mar-
tyr antoninus tuū pro nobis implo
ret auxiliū, ſemperq; gaudiū ſempi
ternū, P. ¶ In octauo die ſancti
Auguſtini officium miſſe et omnia
dicūtur vt in die. Si aūt in eo occur
rerit dn̄ica hiſtorialis, officiū miſſe
dicitur de hiſtoria: et octauus dies
transfertur in feriā ſecundā imme-
diate ſequentē. ¶ In ſancti Euur
tij epiſcopi et cōfeſſoris. Introit⁹.
Statuit ei dominus. fol. clvij. Oro.
Infirmitatē noſtram reſpice
ops deus: et quia pōdus pro
prie actionis grauat, beati euurtij
cōfeſſoris tui atq; pontificis inter-
ceſſio glorioſa nos protegat: et ad
vitā perducat eternā, Per. Epla.
Iuſtus, ſi morte preoccupat⁹ fue.
clvij. Grad. Ecce ſacerdos magn⁹. v.
Non eſt inuentus, alla. v. Iuſtus
germinabit. clvij. Euangelium. In
illo tēpore, Homo quidā peregre
proficiſcens. clviij. Offert. Veritas
mea. clviij. Secre.
Hoſtias tibi dn̄e, beati euurtij cōfeſſo
ris tui atq; pontificis dicatas meri
tis, benignus aſſume: et ad perpe-
tuū nobis tribue puenire ſubſidiū,
P. Cō. Bēs ſeruus. clviij. Poſtcō.
Refecti participatione oro.
muneris ſacri, q̄s de⁹ noſter:
vt cuius exequimur cultū, ſentiam⁹
effectū, Per. ¶ In natiuitate bea
te Marie virginis. Introitus.
Salue ſancta pare⁹, enix
a puerpera regē, qui
celū terramq; regit in
ſecula ſeculorū. v. Vir
go dei genitrix, quē to
t⁹ nō capit orbis: in tua ſe clauſit viſce
ra, fact⁹ homo. Glia pa. Glia in exc.
Supplicationē ſeruorū Oro.
tuorū de⁹ miſerator exaudi:
vt qui in natiuitate dei genitricis ⁊
vginis cōgregamur: ei⁹ interceſſio
nibus a te, de inſtantibus periculi⁹
eruamur, Per eundē. Lectio libri
Ego qua- Eccleſiaſtici. xxiiij. c.
ſi vitis fructificaui ſuauitatē
odoris: et flores mei fruct⁹ honori⁹
et honeſtatis. Ego mater pulchre
dilectionis, ⁊ timoris, ⁊ agnitionis,
⁊ ſancte ſpei. In me gratia omnis
vite et veritatis, in me oīs ſpes vite
⁊ virtutis. Tranſite ad me oēs qui
cōcupiſcitis me, et a generationib⁹
meis implemini. Spūs enim meu⁹
ſuper mel dulcis, et hereditas mea

ſuper mel et fauũ. Memoria mea
in generatiões ſeculorũ. Qui edũt
me, adhuc eſuriẽt: ⁊ qui bibunt me,
adhuc ſitiẽt. Qui audit me, nõ con-
fundetur: et qui operãtur in me, nõ
peccabunt. Qui elucidant me, vitã
eternã habebunt. Gra. Benedicta
et venerabilis es virgo maria, que ſine
tactu pudoris effecta es mater ſalua-
toris. ℣. Uirgo dei genitrix, quẽ totus
nõ capit orbis, in tua ſe clauſit viſcera,
factus homo. Alla, alla. ℣. Natiui
tas tua dei gẽitrix ℣go, gaudiũ attulit
vniuerſo mundo: quia ex te ort⁹ eſt ſol
iuſtitie chriſtus deus noſter, halleluia.

Initiũ ſancti euãgelij ſcdm Mat
theũ. i. a.

Liber generatio-
nis ieſu chriſti filij dauid filij
abraham. Abraham genuit iſaac.
Jſaac aũt genuit iacob. Jacob au
tẽ genuit iudam et fratres ei⁹. Ju-
das aũt genuit phares, et zarã de
thamar. Phares aũt genuit eſron.
Eſron aũt genuit aram. Aram au
tẽ genuit aminadab. Aminadab
autẽ genuit nahaſſon. Nahaſſon
autẽ genuit ſalmon. Salmon autẽ
genuit booz de raab. Booz aũt ge
nuit obed ex ruth. Obed autem ge
nuit ieſſe. Jeſſe autẽ genuit dauid
regem. Dauid aũt rex, genuit ſalo
monẽ ex ea que fuit vrie. Salomõ
autẽ genuit roboam. Roboam au
tem genuit abia. Abia autem ge-
nuit aſa. Aſa autem genuit ioſa-
phat. Joſaphat autem genuit io-
ram. Joras autem genuit oziam.
Ozias autẽ genuit ioathan. Joa-
than autem genuit achaz. Achaz
autem genuit ezeciam. Ezecia⁹ au
tem genuit manaſſem. Manaſſes
autem genuit amon. Amõ autem
genuit ioſiam. Joſias autẽ genuit
iechoniam et fratres eius in tranſ-
migratiõe babilonis. Et poſt trãſ-
migrationem babilonis, Jechoni-
as genuit ſalathiel. Salathiel au-
tem genuit zorobabel. Zorobabel
autẽ genuit abiud. Abiud autem
genuit eliachim. Eliachim autem
genuit hazor. Hazor autẽ genuit
ſadoc. Sadoc autẽ genuit achin.
Achin autem genuit eliud. Eliud
autem genuit eleazar. Eleazar au
tẽ genuit matthan. Matthan au
tem genuit iacob. Jacob autẽ ge-
nuit ioſeph virũ marie, de qua na-
tus eſt ieſus, qui vocatur chriſtus.
Credo. Offerto. Felix nanqꝫ es ſa
cra virgo maria, et omni laude digniſ-
ſima: quia ex te ortu⁹ eſt ſol iuſtitie chri
ſtus deus noſter. Secreta.
Unigeniti tui dñe nobis ſuc-
currat humanitas: vt qui natu⁹ de
virgine matris integritatem non
minuit, ſed ſacrauit: eius interuen-
tu, in natiuitatis eius ſolennijs, a
noſtris nos piaculi⁹ exuẽs, oblatio
nem noſtram ſibi faciat acceptam,
Per eundẽ. Prefatio. Eterne deus,
Et te in natiuitate. Et dicitur tan-
tũ in die et octauo. Cõ. Beata viſce-
ra marie virgini⁹ que portauerunt
eterni patris filium. Poſtcõ. oro.

SUmpſimus dn̄e celebritatis annue votiua ſacramēta: q̄s, vt intercedēte b̄ta dei genitrice maria, ꝛ tēporalis nobis vite remedia prebeant et eterne, Per eundem.

¶ In ſcti Adriani marty. Introi. Letabitur iuſtus in dn̄o. cliiij. Oro.

PReſta, q̄s oṗs deus: vt qui beati adriani martyris tui natalitia colim⁹: a cūctis malis imminētib⁹, ei⁹ interceſſione liberemur, P. Epl'a. Beat⁹ vir q̄ in ſapientia mora. cliiij. Grad. Poſuiſti dn̄e. ꝟ. Deſideriū aīe ei⁹. Hall'a. ꝟ. Beat⁹ vir qui timet dn̄m. fo. cliiij. Euangeliū. In illo tēpe, Si quis venit ad me. folio. cliiij. Offer. Glia ꝛ hono. clv.

MUnera, q̄s dn̄e: tibi dicata ſanctifica: et intercedente beato adriano martyre tuo, per eadē ad nos placat⁹ intēde, P. Cō. Qui vult veni. clv. Poſtc. oro. Secre.

BEati adriani martyris tui domine interceſſione placatus, preſta q̄s: vt qđ tēpaliter gerim⁹, ṗpetua ſaluatione capiam⁹, Per.

¶ In ſanctorū Dorothei et Gorgonij martyrum. Int. Intret in cōſpectu tuo dn̄e. fol. clv. Oro.

SAncti martyres tui dn̄e dorothe⁹ atq̄ gorgonius pia nos interceſſione letificēt: et ſua faciāt ſolēnitate gaudere, Per. Epl'a. Iuſti in perpetuū viuent. fo. clv. Gra. Glioſus de⁹. ꝟ. Dextera tua. fol. clvj. Hall'a. ꝟ. Scti tui dn̄e. clvj. Euāge. In illo tēpe, Nihil opertū qđ. clvj.

Offert. Letamini in. clvj. Secreta.

GRata ſit tibi dn̄e nr̄e ſeruitutis oblatio: ṗ qua ſcti martyres tui dorothe⁹ atq̄ gorgoni⁹ interueniāt, P. Cō. Iuſtorū aīe in manu dei ſunt. clvj. Poſtc. oro.

FAmiliā tuā de⁹ ſuauitas illa cōtingat et vegetet: q̄ in martyrib⁹ tuis, dorotheo atq̄ gorgonio chriſti tui bono iugiter odore paſcitur, P eundē.

¶ In ſcti Saluij epi ꝛ cōfeſſoris. Intr. Statuit ei dn̄s. clvij. Oro.

DA nobis dn̄e, queſum⁹: beati ſaluij pontificis attolli ſuffragijs: vt q̄ in celeſti regno ſacerdotalē adeptus eſt dignitatē: impetret nobis apud te ſuperne letitie beatitudinē, P. Epl'a. Ecce ſacerdos magnus, folio. clvij. Gra. Ecce ſacerdos magnus. ꝟ. Non eſt inuentus. Hall'a. ꝟ. Iuſtus germinabit. folio. clvij. Euangeliū. In illo tēpore, Sint lumbi veſtri precincti. folio. clvij. Offerto. Ueritas mea et miſericordia. folio. clviij. Secreta.

ACcepta tibi ſit dn̄e hec pie deuotionis oblatio: que precibus confeſſoris tui ſaluij fiat nobis remediū ſempiterne ſalutis, Per. Cōmu. Beatus ſeruus folio. clviij.

PRotege dn̄e plebem tuā, beati ſaluij preſulis patrocinijs confidentē: ꝛ quā diuinis recreas ſacramentis, fac iugiter tuis inherere mādatis, Per. Poſtcō. oro.

¶ In ſanctorum Prothi, et Iacincti martyrum. Introitus.

277

IUdicant ſancti gētes, ⁊ dñantur populis: regnabit dñs deus illorū in perpetuū. ℣. Exultate iuſti in dño, rectos decet collaudatio. Gloria patri. Gloria in excelſis deo. Oro.

BEati prothi nos dñe et iacincti foueat pretioſa cōfeſſio: ⁊ pia iugiter interceſſio tueatur. Per. Epla. Fratres, Sācti per fidē vicerūt regna. fol. clv. Gra. Uindica dñe ſanguinē ſanctorū tuorū qui effuſus eſt. ℣. Poſuerūt morticina ſeruorū tuorū eſcas volatilibus celi: carnes ſanctorū tuorū beſtijs terre. Halla, halla. ℣. Juſtorū anime in manu dei ſunt: ⁊ nō tanget illos tormētū malitie. halla. Euāgeliū. In illo tēpore, Cū audieritis prelia et ſedi. fol. clvj. Offer. Gloriabūtur in te oēs qui diligūt nomē tuū: qm̄ tu benedices iuſto: dñe vt ſcuto bone volūtatis tue coronaſti nos. Secr.

PRo ſanctorū prothi et iacincti cōmemoratione munera tibi dñe que debemus, exſoluimus: preſta, q̄s: vt remediū nobis perpetue ſalutis operentur. Per. Cōm. Juſtorum anime in manu dei ſunt, et non tanget illos tormentum malitie: viſi ſunt oculis inſipientium mori, illi autem ſunt in pace. Poſtcō. oratio.

UT percepta nos dñe tua ſancta purificent: beatorum prothi et iacincti, q̄ſum⁹: imploret oratio. P. Quando dñica Peto dñe occurrerit in die exaltatiōis ſcte crucis, tūc officiū miſſe dicit de dñica ⁊ exaltatio ſancte crucis transfert in decimā ſeptimam mēſis ſeptēbris.

¶ In exaltatiōe ſcte Crucis. Jnt.

NOs aūt gloriari oportet in cruce dñi noſtri Jeſu chriſti, in quo eſt ſal⁹, vita, ⁊ reſurrectio nr̄a: per quē ſaluati et liberati ſumus. ℣. De⁹ miſereatur nr̄i ⁊ benedicat nobis illuminet vultū ſuū ſup nos et miſereatur nr̄i. Glia patri. Gloria in excelſis. Oratio.

DEus, qui nos hodierna die exaltationis ſancte crucis annua ſolennitate letificas: preſta, q̄s: vt cuius myſterium in terra cognouimus, eius redēptionis premia in celo mereamur. Per eundē. Lectio eple bt̄i Pauli apl̄i ad Gala. vj. c.

FRatres, Uidete qualibus literis ſcripſi vobis mea manu. Quicunqꝫ enim volunt placere in carne, hi cogunt vos circuncidi, tātum vt crucis chriſti perſecutionē nō patiantur. Neqꝫ enim qui circūciduntur, legem cuſtodiunt: ſed volunt vos circuncidi: vt in carne veſtra gloriētur. Mihi aūt abſit gloriari, niſi in cruce dñi noſtri ieſu chriſti: per quē mihi mūdus crucifixus eſt, et ego mundo. Grad. Proprio filio ſuo non pepercit deus, ſed p nobis omnib⁹ tradidit illū. ℣. Propter nimiā charitatē qua dilexit nos deus: filium ſuum miſit in ſimilitudinē carnis peccati. Halla, halla. ℣. Dulce li

gnum, dulces clauos, dulcia ferens pondera: que ſola fuiſti digna ſuſtinére regem celorū et dn̄m, halla: Scd̄m

In illo tēpore, Joannē. xij. c. Dixit dn̄s ieſus diſcipulis ſuis et turbis iudeorū, Ego ſi exaltatus fuero a terra, om̄ia traham ad me ipſum. Hoc aūt dicebat, ſignificans qua morte eſſet moriturꝰ. Reſpondit ei turba, Nos audiuimus ex lege quia chriſtus manet in eternum: et quomodo tu dicis, exaltari oportet filium hominis? Quis eſt iſte filius hominis? Dixit ergo eis ieſus, Adhuc modicū lumen in vobis eſt. Ambulate dum lucē habetis, vt nō vos tenebre comprehendant. Et qui ambulat in tenebris, neſcit quo vadat. Dum lucē habetis, credite in lucem, vt filij lucis ſitis. Hec locutus eſt ieſus: ⁊ abijt, ⁊ abſcondit ſe ab eis. Credo. Hic portatur lignū dn̄i in chorū ad adorandū. Offert. Protege dn̄e plebem tuā per ſignū ſancte crucis ab om̄ibus inſidijs inimicorū omniū: vt tibi gratam exhibeamus ſeruitutē: ⁊ acceptabile tibi fiat ſacrificiū nr̄m, halla. Secreta.

Ieſu chriſti dn̄i nr̄i corpore ſaginati, per quē crucis eſt ſanctificatū vexillū, q̄s dn̄e deꝰ noſter: vt ſicut adorare meruimꝰ, ita perēnitatis eius gloria ſalutari potiamur effectu, P eundē. Prefatio. Eterne deus, Qui ſalutē humani generis. Cōm. Per ſignū crucis de inimicis noſtris libera nos deꝰ noſter.

Queſumus op̄s Poſtc. oro. deus: vt quos diuina tribuis participatione gaudére: humanis nō ſinas ſubiacére periculis, Per.

In ſanctorū Cornelij ⁊ Cypriani martyrū. Intro. Intret in conſpectu tuo domine fol. clv. Oro.

Infirmitatē noſtrā, q̄s dn̄e: propitiꝰ reſpice: ⁊ mala omnia que iuſte meremur, ſanctorū tuorū cornelij ⁊ cypriani interceſſiōe auerte, Per. Epla. Juſtorū anime in manu dei ſunt folio. clv. Grad. Glorioſus deus. ℣. Dextera tua dn̄e. Halla. ℣. Sancti tui dn̄e. fol. clvj. Euange. In illo tp̄e, Nolite arbitrari, clvj. Offer. Letamini in dn̄o. clvj. Secr.

Adeſto dn̄e ſupplicationibꝰ noſtris, quas in ſanctorum tuorū cōmemoratione deferimus: vt qui noſtre iuſtitie fiduciā nō habemus: eorū qui tibi placuerūt meritis adiuuemur, P. Cōm. Juſtorū anime in manu dei ſunt. clvj. Poſtc.

Queſumus dn̄e ſalutaribꝰ repleti myſterijs: vt quorū ſolēnia celebramus, eorū orationibus adiuuemur, P. In octauo die natiuitatis bt̄e marie in officio miſſe oia dicūtur vt in die. Si aūt in eo occurrerit dn̄ica hiſtorialiꝰ, tūc officiū miſſe dicitur de dn̄ica, ⁊ octauꝰ dies tranſfertur in diem immediate ſequētem, et euphemia mutetur quo poterit ſuo ordine, cum locus fuerit. In ſancti Nichomedis martyris. Introitus. Letabitur iuſ

ſtus in domino. folio.cliiij. Oratio.

Adesto dñe, q̄s, populo tuo: vt beati nichomedis martyris tui merita preclara ſuſcipiēs, ad impetrandā miſericordiā tuā, ſemper eius patrociniis adiuuetur. P. Epla. Beatꝰ vir q̄ in ſapiētia morabitur. cliiij. Gra. Poſuiſti dñe. ℣. Deſideriū anime eius. Halla. ℣. Beatus vir qui timet dñm. cliiij. Euāge. In illo tēpe, Si quis venit ad me. cliiij. Offer Glia ꝛ honore. clv. Sec.

Suſcipe dñe munera propitiꝰ oblata: q̄ maieſtati tue beati nichomedis martyris cōmendet oratio, Per. Cōm. Qui vult venire poſt me. folio. clv. Poſtcō. oratio.

Purificent nos dñe ſacramenta que ſumpſimus: ꝛ intercedente bt̄o nichomede martyre tuo a cunctis efficiāt vitiis abſolutos, Per. ¶ In ſancte Euphemie virginis et martyris. Introitus.

Cognouí dñe q̄a equitas iudicia tua: et in veritate tua hūiliaſti me. confige timore tuo carnes meas, a mandatis tuis nō me repellas. ℣. Beati immaculati in via q̄ ambulant in lege dñi. Gloria patri. Gloria in excelſis. Orō.

Omñs ſempiterne deus, qui infirma mundi eligis, vt fortia queq̄ cōfundas, concede propitius: vt qui beate Euphemie martyris tue ſolennia colimuſ, eiꝰ apud te patrocinia ſentiamus, P. Epla. Fratres, Qui gloriatᷣ in dño. f. clx. Grad. Concupiuit rex decorē tuum, qm̄ ipſe eſt dñs deus tuus. ℣. Audi filia et vide, et inclina aurem tuam: ꝛ obliuiſcere populū tuum, ꝛ domū patris tui. Halla, halla. ℣. Vidi ſpecioſam ſicut columbā, et circūdabant eam flores roſarū, ꝛ lilia cōualliū. Euāgeliū. In illo tēpore, Theſaurō abſcōdi. clx. Offer Adducentur regi virgines poſt eam: proxime eius afferētur tibi, afferētur in letitia et exultatiōe, Sec.

Preſta, queſumꝰ dñe deꝰ noſter: vt ſicut in tuo conſpectu mors eſt precioſa ſanctorū tuorū: ita eorū merita venerantium accepta tibi reddatᷣ oblatio, Per. Cō. Principes perſecuti ſunt me gratis, et a verbis tuiſ formidauit cor meum: letabor ego ſup̄ eloquia tua, ſicut qui inuenit ſpolia multa. concupiuit anima mea teſtimonia tua dñe, et dilexit ea vehementer. Poſtcōmu. oratio.

Sanctificet noſ dñe, queſumꝰ: tui perceptio ſacramenti: et interceſſio beate martyris tue euphemie tibi reddat acceptoſ, Per.

Quādo vigilia ſcti Matthei apoſtoli ꝛ euāgeliſte occurrerit in dñica, ſabbato retro quo ieiunamꝰ dicitur miſſa conuentualis de dicta vigilia. Quando aūt predicta vigilia euenerit in quatuor temporibꝰ, tunc non dicitur miſſa de vigilia.

¶ In vigilia ſcti Matthei apli ꝛ euangeliſte. Introituſ. Ego autem ſicut oliua fructi. folio. cliiij. Oratio.

O Da nobis, q̄s oṗs deus: vt bti
matthei apli tui ⁊ euāgeliſte,
quā preuenimus venerāda ſolēni-
tas, ⁊ deuotionē nobis augeat ⁊ ſa
lutē, Per. Epl'a. Beat⁹ homo qui
inuenit ſapientiā, vt ſupra in com-
muni vnius martyris. fo. cliiij. Gra.
Iuſtus vt palma florebit, ſicut cedrus
libani multiplicabitur i domo dn̄i. ℣.
Ad annunciandū mane miſericordiā
tuā, ⁊ veritatē tuā p̄ noctē. Non dicit
Hall'a. Secundum Lucam. v. f.
IN illo tp̄e, Exijt dn̄s ieſus et
vidit publicanū nomine leui,
ſedentē ad telonium, et ait illi, Se-
quere me. Et relictis oībus, ſurgēs
ſecutus eſt eū. Et fecit ei cōuiuium
magnū leui in domo ſua: ⁊ erat tur
ba multa publicanorū ⁊ aliorū qui
cū illis erant diſcūbentes. Et mur-
murabāt pharisei et ſcribe eorū, di-
cētes ad diſcipulos ei⁹, Quare cū
publicanis et pctoribus manduca
tis et bibitis? Et reſpōdens ieſus
dixit ad illos, Non egent qui ſani
ſunt, medico: ſed qui male habent.
Nō veni vocare iuſtos, ſed pecca-
tores ad penitentiā. Offer. Gloria
et honore coronaſti eū dn̄e: ⁊ cōſtituiſti
eum ſuper opera manuū tuarū. Sec.
PReſta, q̄s dn̄e: vt beati mat-
thei apoſtoli tui ⁊ euāgeliſte
ſuffragijs, cuius natalitia preueni-
mus: hec plebs tua ſemp̄ et ſua vo
ta depromat, et deſiderata perci-
piat, Per. Cōmu. Poſuiſti dn̄e in
capite eius coronā de lapide precioſo.



SAncti matthei Poſtc̄. oro.
apli et euāgeliſte, queſumus
dn̄e: ſupplicatione placatus, et ve-
niā nobis tribue: et remedia ſempi-
terna cōcede, Per. Bn̄dicam⁹ dn̄o.
¶ In ſancti Matthei apli et euā-
geliſte. Introitus.
OS iuſti meditabitur ſa
pientiā, et lingua ei⁹ lo
quetur iudiciū: lex dei
eius in corde ipſius. ℣.
Noli emulari in malignātib⁹, neq̄ ze-
laueris facientes iniquitatē. Glia pa.
Gloria in excelſis. Oratio.
BEati apoſtoli tui ⁊ euangeli
ſte matthei, q̄s dn̄e: precib⁹ adiuue
mur: vt qđ poſſibilitas nr̄a nō obti
net: eius nobis interceſſione donet,
Per. Lectio Ezechielis pphe. j. a.
IN dieb⁹ illis, Vidi, ⁊ ecce, vē
tus turbinis veniebat ab aq̄
lone: ⁊ nubes magna, ⁊ ignis inuol
uēs, et ſplēdor in circuitu ei⁹: et de
medio ei⁹ quaſi ſpecies electri, ideſt
de medio ignis. Et ex medio ei⁹ ſi-
militudo quatuor animaliū: et hic
aſpectus eorū, Similitudo hoīs in
eis. Et quatuor facies vni: et qua-
tuor penne vni. Et pedes eorū pe-
des recti, ⁊ planta pedis eorū quaſi
plāta pedis vituli, et ſcintille quaſi
aſpectus eris candētis. Et manus
hominis ſub pennis eorum in qua-
tuor partibus: et facies et pennas
per quatuor partes habebant: iun-
cteq̄ erant penne eorū alterius ad
alterū. Non reuertebātur cum in-

279

cederent: ſed vnū quodq₃ ante fa/
ciem ſuā gradiebatur. Similitudo
aūt vultus eorū, facies hominis: ꝛ
facies leonis a dextris ipſorū qua/
tuor: facies aūt bouis, a ſiniſtris ip
ſorū quatuor: et facies aquile ipſo/
rū quatuor: et facies eorum, ꝛ pen/
ne eorū extēte deſuper: due penne
ſingulorū iungebantur, ꝛ due tege/
bant corpora eorū. Et vnūquodq₃
eorū corā facie ſua ambulabat: vbi
erat impetus ſpūs, illuc gradiebā
tur: nec reuertebātur cum ambula
rēt. Et ſimilitudo animalū, ꝛ aſpe/
ctus eorū quaſi carbonum ignis ar
dentiū, et quaſi aſpectus lampada
rū. Gra. Os iuſti meditabitur ſapiē/
tiam: et lingua eius loquetur iudiciū.
℣. Lex dei eius in corde ipſius: ꝛ nō ſup
plātabūtur greſſus eius. Halla, hall.
℣. Primus ad ſion dicet, Ecce adſum,
et hieruſalem euangeliſtā dabo, halla.

I Secundum Mattheū. ix. a.
N illo tēpore, Cū tranſiret
dñs ieſus vidit hominē ſedentē in
telonio, mattheum nomine, ꝛ ait il
li, Sequere me. Et ſurgens, ſecut⁹
eſt eū. Et factū eſt: diſcumbente eo
in domo, ecce multi publicani ꝛ pec
catores venientes, diſcūbebant cū
ieſu et diſcipulis eius. Et videntes
phariſei, dicebant diſcipulis eius,
Quare cū publicanis et peccatori
bus mādūcat magiſter veſter? At
ieſus audiens, ait, Nō eſt opus va
lentibus medico, ſed male habenti
bus. Eūtes autem diſcite quid eſt,
Miſericordiam volo, ꝛ non ſacrifi
ciū. Non enim veni vocare iuſtos,
ſed peccatores. Credo. Offer. In
omnē terrā exiuit ſonus eorum, ꝛ in fi
nes orbis terre verba eorum. Secret.

S Upplicationib⁹ apoſtolicis
beati matthei apli ꝛ euāge/
liſte q̄s dñe: eccleſie tue commende
tur oratio: cuius magnificis predi/
cationibus eruditur, P. Prefatio.
Equū et ſalutare, Te dñe ſupplici
ter. Comō. Ego vos elegi de mundo
vt eatis, et fructum afferatis: ꝛ fructu⁹
veſter maneat. Poſtcōmu. oratio.

P Erceptis dñe ſacramentis,
btō Mattheo apoſtolo tuo
ꝛ euangeliſta interueniente, depre
camur: vt q̄ pro eiu⁹ celebrata ſunt
gloria: nobis proficiāt ad medelā,
Per dñm. ¶ In ſanctorū marty/
rū Mauritij cū ſocijs ſuis. Introi.

V Enite benedicti patris
mei: percipite regnum
halla: quod vobis pa/
ratū eſt ab origine mū
di, halla, halla, hall. ℣.
Cātate dño canticū nouū: cātate dño
oīs terra. Gloria pa. Glia in excel.

A Nnue, q̄s ops de⁹: vt Oro.
qui nos ſanctorū martyrum
tuorū mauritij, exuperij, ac ſociorū
eorum letificet votiua ſolennitas: ꝛ
quorū natalitijs gloriamur, ſuffra
gijs adiuuemur, P. Epla. Juſti in
perpetuum viuēt. folio. clv. Grad.
T Imete dñm oēs ſancti eius, quoniā
nihil deeſt timētibus eū. ℣. Inquiren/

tes aūt dñm nō deficient omni bono. ℞. alla,halla. ℣. Vidica dñe sanguinē ſanctorū tuorū qui effuſus eſt ſuper terram,halla. Sc̄dm Mattheum.x.b.

IN illo tēpore. Dixit dñs ieſus diſcipulis ſuis, Ecce,ego mitto vos,ſicut oues in medio luporū. Eſtote ergo prudētes ſicut ſerpentes,et ſimplices ſicut columbe. Cauete autē ab hoībus. Tradent enim vos in concilijs,et in ſynagogis ſuis flagellabūt vos: ⁊ ad reges et preſides ducemini propter me,in teſtimoniū illis ⁊ gētibus. Cū aūt tradēt vos,nolite cogitare quomodo aut quid loquamini:dabit enim vobis in illa hora quid loquamini. Nō enim vos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus patris veſtri qui loquitur in vobis. Tradet aūt frater fratrē in mortē,⁊ pater filiū:⁊ inſurgēt filij in parētes,⁊ morte eos afficiēt, et eritis odio oībus hominibus propter nomē meū. Qui autē perſeuerauerit vſq; in finē,hic ſaluus erit. Offert. O quā glorioſum eſt regnū, in quo cū chriſto regnant oēs ſancti amicti ſtolis albis: ⁊ ſequuntur agnū, quocūq; ierit,halla. Secreta.

SAnctorū tuorum nobis dñe pia non deſit oratio: que et munera noſtra conciliet: et tuā nobis indulgentiā ſemp obtineat,Per. Cōm. Et ſi corā hoībus tormenta paſſi ſunt, deus tētauit illos:tanq; aurum in fornace probauit eos,et ſicut holocauſti hoſtiā,accepit eos. Poſtcō,oratio.

PRotegat dñe,q̄s: populum tuū et participatio celeſtis indulta cōuiuij,et deprecatio collata ſanctorum,P. ¶ In ſancte Tecle virginis ⁊ martyris. Intr. Gaudeamus oēs in dño.folio.clix. Oratio.

DEus,qui glorioſiſſimā virginē ac prothomartyrē tuā teclam de tribus tormētis atrociſſimis miſericorditer liberaſti,et corona triplicis glorie decoraſti, tribue nobis,q̄s:et eius meritis ⁊ interceſſione,vitiorū noſtrorū flāmas extinguere,⁊ tecū in bonis celeſtibus congaudere,P. Epl'a. Cōfitebor tibi dñe rex.clx. Gra. Dilexiſti iuſtitiā.℣. Propterea vnxit te deus. ℞. alla.℣. Diffuſa eſt gratia.clx. Euangel. In illo tēpore,Simile eſt regnum celorum Theſauro abſcōdito.clx. Offerto. Offerētur regi virgines.clx. Secret.

VOtis populi tui dñe propitiatus intēde:vt,q̄ nobis bt̄e tecle v'ginis ac p̄thomartyris tue tribuis ſolennia celebrare:facias etiā eius cōgaudere ſubſidijs,P. Cōm. Simile eſt regnum celorū. folio.clx. Poſtcōm.orō.

OMnipotens ſempiterne deus,qui beatam teclam prothomartyrem tuā virtute cōſtantie,ac miraculorū floribus decoraſti:cōcede nobis tue p̄pitiationis auxilium:vt,cuius natalitia colimus: eius apud te precibus ⁊ meritis glorioſiſſimis adiuuemur,P.

¶ In ſancti Lini pape et martyris. Introitus.

IUſtꝰ nō conturbabiť, quia dñs firmat manū eius: tota die miſeretur ꝛ cōmodat: ꝛ ſemen eiꝰ in benedictione erit, in eternū cōſeruabitur. ℣. Noli emulari in malignātibus: neqꝫ zelaueris facientes iniquitatē. Oro.

Infirmitatē noſtrā reſpice oĩpotēs deus: et quia pōdus proprie actionis grauat, beati lini martyriſ tui atqꝫ pōtificis interceſſio glorioſa nos protegat. P. Epła. Chariſſime, Memor eſto dñm nr̄m ieſum chriſtū. fo. cliiij. Gra. Iuſtus nō conturbabiť, quia dñs firmat manū eius. ℣. Tota die miſeretur ꝛ cōmodat: et ſemē eiꝰ in bñdictiōe erit. Alła, alła. ℣. Btūs vir q̇ ſuffert tentationē: qm̄ cū probatuſ fuerit, accipiet coronam vite. Alła. Euangeliū. In illo tpe, Niſi granū frumēti. fol. clv. Offert. In virtute tua dñe letabitur iuſtus: et ſup ſalutare tuū exultabit vehemēter: deſiderium cordis eiꝰ tribuiſti ei in ſclm ſcli.

Hoſtias tibi dñe Secreta. dicatas, bti lini martyris tui atqꝫ pōtificis meritis, benignꝰ aſſūme: et ad perpetuum nobis tribue prouenire ſubſidiū. P. Cō. Multitudo languētiū ꝛ qui vexabanť a ſpiritibꝰ immūdis veniebāt ad eū: quia virtus de illo exibat, et ſanabat omnes.

Refecti parti- Poſtcō. oro. cipatione muneris ſacri, q̄s dñe deus noſter: vt cuius exequimur cultum, ſentiamus effectū. P.

In ſanctorum Coſme et Damiani martyrum. Introitus.

SApiētiā ſanctorū narrēt populi: et laudē eorū nūciet eccleſia: noīa aūt eorū viuēt in ſclm ſeculi. ℣. Exultate iuſti in dño, rectoſ decet collaudatio. Gloria pa. Gloria in excelſis. Oratio.

Magnificet te dñe ſanctorum tuorū coſme et damiani btā ſolēnitas: q̇ et illis gloriā ſempiternā, ꝛ opem nobiſ ineffabili prouidētia cōtuliſti. P. Epła. Fratreſ, Sācti per fidē vicerūt regna. clv. Gra. Clamauerunt iuſti et dñs exaudiuit eos: et ex oībꝰ tribulationibꝰ eorū liberauit eos. ℣. Iuxta eſt dñs his q̇ tribulato ſunt corde: ꝛ humiles ſpūs saluabit. Alła, alła. ℣. Sācti tui dñe bñdicēt te: gloriā regni tui dicent, alła. Euangeliū. In illo tpe, Hec mando vobiſ, vt diligatiſ inuicē. vt in cōmuni apoſtolorū. folio. cliij. Offer. Gloriabūtur in te oēs qui diligūt nomē tuū: qm̄ tu bñdiceſ iuſto. dñe vt ſcuto bone voluntatis tue coronaſti nos.

Sanctorū tuorū nobis Sec. dñe pia non deſit oratio: que ꝛ munera nr̄a cōciliet: et tuā nobis indulgētiā ſemp obtineat. P. Cō. Et ſi corā hoībus tormēta paſſi ſunt, deus tētauit illos: tanq̄ aurū in fornace probauit eos, et ſicut holocauſti hoſtiam accepit eos. Poſtcōm. oratio.

Protegant, dñe q̄s: pplm tuū et participatio celeſtis indul

ta cōuiuij, ꝛ depꝛecatio collata ſan
ctorum, Per. Ite miſſa eſt. ¶ In
ſancti Michaelis archāgeli. Int.
BEnedicite dn̄m om̄es
angeli eiꝰ, potētes vir
tute qui facitis verbū
eius ad audiendā vocē
ſermonū eiꝰ. ℣. Bene
dic aīa mea dn̄o, et oīa q̄ intra me ſunt
noī ſcō eius. Glia pa. Glia in excelſ.
DEus, qui miro oꝛdine Oro.
angeloꝛum miniſteria, homi
nūq; diſpēſas: cōcede ꝓpitiꝰ: vt ab
his quibꝰ tibi miniſtrantibꝰ in celo
ſemꝑ aſſiſtitur, in terra vita noſtra
muniatur, P. Epla. In diebꝰ illis,
Significauit deus q̄ opoꝛtet. vt ſu
pra. folio. ccxxij. Grad. Benedicite
dn̄m oēs angeli eius, potēteſ virtute q̄
facitis verbū eius. ℣. Benedic aīa mea
dn̄o, et oīa interioꝛa mea nomē ſanctū
eiꝰ. H alla, halla. ℣. Concuſſum eſt ma
re, et cōtremuit terra: vbi archangelus
michael deſcēdit de celo, halla. Euan
gelium. In illo tēpoꝛe, Quiſputaſ
maioꝛ eſt in regno celoꝛū. fo. ccxxij.
Offer. Stetit angelꝰ iuxta arā tēpli
habēs thuribulū aureū in manu ſua: ꝛ
data ſunt ei incēſa multa. ꝛ aſcēdit fu
mus aromatum in cōſpectu dei, halla.
HOſtias tibi dn̄e lau Secre.
dis offerimuſ, ſuppliciter de
pꝛecātes, vt eaſdē, angelico pꝛo no
bis interueniēte ſuffragio, ꝛ placa
tus accipias: et ad ſalutē noſtram
ꝓuenire cōcedas, P. Cō. Bn̄dici
te oēs angeli dn̄i dn̄o: hymnū dicite et
ſupexaltate eū in ſcla. Poſtcō. oro.
BEati archāgeli tui michaelis
interceſſiōe ſuffulti, ſupplices
te dn̄e depꝛecamur: vt qd̄ oꝛe pꝛoſe
quimur, cōtingamuſ ꝛ mēte, Per.
¶ In ſancti Hieronymi pꝛeſbyte
ri et confeſſoꝛis eccleſieq; doctoꝛis.
IN medio ec Intro.
cleſie aperuit os eius.
ꝛ impleuit eū dn̄s ſpi
ritu ſapiētie et intelle
ctꝰ: ſtola gloꝛie induit
eū. ℣. Bonū eſt cōfiteri dn̄o, et pſallere
noī tuo altiſſime. Glia pa. Glia in ex.
DEus, qui nos annua Oro.
bti hieronymi cōfeſſoꝛis tui
feſtiuitate letificas: da nobis, inter
ueniētibꝰ eius meritis, ꝛ perpetua
pꝛotectione muniri, ꝛ ſalutari gau
dere pꝛofectu, P. Epla. Chariſſi
me, Teſtificoꝛ corā deo et chꝛiſto.
clvij. Grad. Os iuſti meditabitur ſa.
℣. Lex dei eiꝰ. H alla. ℣. Iuſtus vt pal
ma floꝛe. clix. Euāgel. In illo tēpe,
Uos eſtis ſal ter. clviij. Cr. Credo.
Offer. Deſideriū aīe eiꝰ. clix. Secret.
OMnis celeſtibꝰ, q̄s dn̄e: libe
ra nos: ꝛ tribue mēte inſerui
re: vt munera que oeferimus, inter
cedente bt̄o hieronymo confeſſoꝛe
tuo, et medelā nobis operentur et
gloꝛiā, Per. Comō. Fidelis ſeruus
et pru. folio. clix. Poſtcōm. oꝛatio.
ECcleſiam tuā, queſumus do
mine: tua miſeratione cuſto
di: ꝛ quā beatiſſimus cōfeſſoꝛ, et ſa
cerdos tuus, hieronymꝰ, a cunctis,

te preſidente, purgauit hereſibus: ipſius orationibus, nõ deſinas mo mentis oibus adiuuare, P. ¶ In ſcti Remigij epi ⁊ cõfeſſoris. Int. Statuit ei dñs. clvij. Oratio.

DEus, qui nos ſancti cõfeſſo/ris tui atq; põtifici⁹ remigij cõfeſſio nibus glioſis circũdas ⁊ protegis: da nobis, et eius imitatione profice re, et interceſſione gaudere, Per. Epla. Juſtus, ſi morte preoccupa. clvij. Grad Ecce ſacerdos magn⁹. ṽ. Nõ eſt inuẽtu⁹. Halla. ṽ. Juſt⁹ germi nabit fol. clvij. Euangeliũ. In illo tẽpe, Sint lũbi vrĩ precin. fol. clvij. Offer Veritas mea. clviij. Secret.

MUnera populi tui, q̃s dñe, accipe placatus: et beati re/migij cõfeſſoris tui atq; põtificis in terceſſionibus, a delictorũ nexibus nos abſolue propiti⁹, P. Cõ. Bea tus ſeruus. fol. clviij. Poſtcõ. orõ.

PReſta, q̃s dñe: vt ſacramẽti tui participatione vegetati, ſancti quoq; cõfeſſoris tui atq; põ/tificis remigij precib⁹ adiuuemur: cuius deuotiõe letamur, P. ¶ In ſancti Leodegarij epi ⁊ mar. Int. Letabitur iuſtus in dño. cliiij. Orõ.

DEus, qui preſentẽ diẽ nobis honorabilẽ in beati leodega rij epi et martyris tui paſſione feci/ſti: da eccleſie tue de tanto põtifice gaudere, vt apud miſericordiã tuã exẽplis eiu⁹ et meritis adiuuemur, P. Epla. Beat⁹ vir q̃ in ſapientia mora. f. cliiij. Grad. Poſuiſti dñe. ṽ. Deſideriũ aie eius. Halla. ṽ. Btõs vir qui timet dñm. cliiij. Euãgeliũ. In illo tpe, Si quis venit ad me. cliiij. Offer Glia ⁊ honore. clv. Secreta.

MUnera tua dñe q̃ ꝓ bti leo/degarij martyris tui atq; põ tificis ſolẽnitate deferimus, ꝓpiti⁹ ſuſcipe: ⁊ mala omnia q̃ meremur, auerte, P. Cõ. Qui vult venire. clv. Vgeſum⁹ oẽps de⁹: Poſtcõ.

vt qui celeſtia alimẽta perce/pimus, intercedẽte bto leodegario martyre tuo atq; pontifice, contra oĩa aduerſa muniamur, P. ¶ In ſancti Franciſci cõfeſſoris. Introi. Os iuſti meditabitur ſa. clviij. Orõ.

DEus qui eccleſiã tuam beati frãciſci meriti⁹ fetu noue pro lis amplificas: tribue nobis ex eius imitatione terrena deſpicere, ⁊ cele ſtiũ donorũ ſemper participatione gaudere, P. Epla. Sapientia lau dabit animã ſuã. fol. clix. Gra. Os iuſti meditabitur ſapien. ṽ. Lex dei ei⁹. Halla. ṽ. Juſtus vt palma. folio. clix. Euangeliũ. In illo tẽpore, Nemo accendit lucernã. fol. clix. Offerto. Deſideriũ anime ei⁹. fol. clix. Secret.

MUnera tibi dñe dicata ſan/ctifica: et intercedente beato frãciſco cõfeſſore tuo, ab omni nos culparũ labe purifica, P. Cõ Fide lis ſeruus et pru. clix. Poſtcõ. orõ.

ECcleſiam tuã, q̃s dñe: grã ce leſtis amplificet: quam bea/ti franciſci illuminare voluiſti glo/rioſis meritis et exemplis, Per.

¶ In octauo die ſancti Michaelis omnia dicūtur vt in die. Si aūt in eo occurrerit dñica hiſtorialis, officiū miſſe dicitur de dñica ꝛ octauus dies ſancti Michaelis mutetur in feriam ſcđam immediate ſequentē: et feſtū ſancti Marci trāſfertur quo poterit ſuo ordine, cum loc⁹ fuerit. ¶ In ſancte Fidis virginis ꝛ martyris. Introitus. Gaudeamus oēs in dño. clx. Oro.

Deus, qui preſentem diē beate fidis virginis martyrio faci⁹ eſſe ſolennē: preſta eccleſie tue: vt cuius meritis gloriatur, eius precibus adiuuetur, P. Epl'a. Dñs deus me⁹, exaltaſti ſup ter. clx. Grad. Dilexiſti iuſtitiam. ℣. Propterea vnxit te deus. Halla. ℣. Diffuſa eſt gratia. clx. Euāgeliū. In illo tēpore, Simile eſt regnū celorū. Theſauro abſcō. f. clx. Offer. Offerētur regi ℣gi. clx. Secr.

Suſcipe dñe preces ꝛ hoſtias meritis beate fidi⁹ virgini⁹ ꝛ martyris, tibi dicatas: ꝛ concede, vt in eius nobis fiūt ſupplicatione ſalutares: cuius ſunt veneratione ſolennes, Per. Comō. Simile eſt regnum celorū. folio. clx. Poſtc. oro.

Proſit nobis dñe huius ſacramenti ſancta libatio: et beate fidis ℣ginis et martyris tue apđ te glorioſa ſubleuet interceſſio, P.

¶ In ſcti Marci pape et cōfeſſo.

Sacerdotes dei Introit⁹. benedicite dñm: ſancti et humiles corde laudate deū. ℣. Benedicite omnia opera dñi dño, laudate et ſuperexaltate eū in ſecula. Gloria pa. Gloria in excelſis. Oratio.

Exaudi, q̄s dñe: preces nr̄as: et intercedente beato marco confeſſore tuo atq; pōtifice, ſupplicationib⁹ noſtris placatus intēde, P. Epl'a. Ecce ſacerdos magnu⁹. fo. clvij. Gra. Inueni dauid ſeruum meū, oleo ſancto meo vnxi eum: man⁹ enim mea auxiliabitur ei, et brachium meū confortabit eū. ℣. Nihil proficiet inimicus in eo, et filius iniquitatis nō nocebit ei. Halla, halla. ℣. Memento dñe dauid ꝛ oīnis manſuetudinis ei⁹, halla. Euāgelium. In illo tēpore, Homo quidā peregre proficiſcen⁹. folio. clviij. Offert. Ueritas mea et miſericordia mea cū ipſo: ꝛ in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secret.

Accepta tibi ſit domine ſacrate plebi⁹ oblatio, p tuorū honore ſanctorū: quorū ſe meritis percepiſſe de tribulatiōe cognoſcit auxiliū, P. Cō. Beat⁹ ſeruus, quē cum venerit dñs eius inuenerit vigilantē: amen dico vobis, ſuper oīa bona ſua conſtituet eū. Poſtcō. oratio.

Da, q̄s dñe: populis fidelibus ſanctorū tuorū ſemper veneratiōe letari: et eorū perpetua ſupplicatione muniri, Per. ¶ In ſanctorum Sergij, ꝛ Bachi, Marcelli, ꝛ apulei, martyrū. Introit⁹. Intret in cōſpectu tuo domine. folio. clv. Oro.

Sanctorū martyrū tuorū nos dñe ſergij, et bachi, marcelli.

et apulei, beata merita proſequā-
tur: et tuo ſemper faciāt amore fer-
uentes, P. Epiſtola. Juſti in per-
petuū viuent. folio. clv. Grad. Glo-
rioſus deus in ſanctis ſuis. ℣. Dextera
tua dñe. Halla. ℣. Sancti tui dñe. fo-
lio. clvj. Euāgeliū. In illo tēpore,
Nolite arbitrari. folio. clvj. Offer.
Letamini in dño. folio. clvj. Secret.

MAieſtatem tuam, queſum⁹
domine: hec hoſtia nobis red
dat immolāda placatam, tuorum
digna poſtulatiōe ſanctorum, P.
Com. Juſtorum anime in manu dei
ſunt. folio. clvj. Poſtcōmu. oratio.

SAcramentis dñe muniamur
acceptis: et ſanctorum tuorū
ſergij, ⁊ bachi, marcelli, et apulei in
terceſſione, contra omnes nequi-
tias irruētes, armis celeſtibus pro
tegamur, Per. ¶ In ſanctorum
Dioniſij, Ruſtici, et Eleutherij
martyrum. Introitus.

INtret i cōſpectu tuo
dñe gemit⁹ cōpedito-
rū, redde vicinis nr̄is
ſeptuplū in ſinu eorū:
vindica ſanguinē ſan
ctorū tuorū qui effuſus eſt. ℣. Deus ve-
nerūt gentes in hereditatē tuā: pollue
runt tēplū ſanctū tuū, poſuerūt hieru-
ſalē in pomorū cuſtodiā. Gloria patri,
Gloria in excelſis. Oratio.

DEus, qui hodierna die beatū
dioniſiū virtute cōſtātie in paſſio-
ne roboraſti: quiq; illi ad predican-
dū gētib⁹ gloriā tuā, ruſticū ⁊ eleu-
theriū ſociare dignat⁹ es: tribue no
bis, q̄s: ex eorū imitatione p amo-
re tuo pſpera mūdi deſpicere, ⁊ nul
la ei⁹ aduerſa formidare, P. Epla.
Expectatio iuſtorū leti. clv. Grad.
Glorioſus de⁹ in ſanctis ſuis, mirabi-
lis in maieſtate, faciēs prodigia. ℣. Dex
tera tua dñe glorificata eſt in virtute:
dextera manus tue cōfregit inimicos.
Halla, halla. ℣. Exultabunt ſancti in
glīa letabūtur in cubilibus ſuis, halla.
Euangeliū. In illo tēpore, Cū au
dieritis prelia et ſedi. clvj. Offert.
Mirabilis deus in ſanctis ſuis: deus
iſrael ipſe dabit virtutē et fortitudinē
plebi ſue, benedictus de⁹, halla. Secr.

HOſtias tibi dñe btorū mar-
tyrū tuorū dioniſij, ruſtici, et
eleutherij dicatas meritis, benign⁹
aſſume: ⁊ ad perpetuū nobis tribue
prouenire ſubſidiū, P. Cō. Poſue-
runt morticina ſeruorū tuorū eſcas vo
latilibus celi: carnes ſanctorū tuorum
beſtijs terre: ſcđm multitudinē brachij
tui poſſide filios morti punitorum.

QVeſum⁹ oṕs Poſtcō. orō.
deus: vt qui celeſtia alimēta
percepimus, intercedentibus ſan-
ctis tuis dioniſio, ruſtico, ⁊ eleuthe
rio, per hec contra omnia aduerſa
muniamur, P. ¶ In ſancti Geral
di confeſſoris. Introitus. Os iuſti
meditabitur ſa. clviij. Oratio.

DEus, qui ſine teſtimonio bo-
nitatis tue nullū tēpus relinquis:
beato geraldo ſupplicante, preca-
mur: vt, qui hunc tibi noſtris dieb⁹

placuiſſe per ſigna teſtaris: hono-
rē, quē illi in tuo nomine ſupplices
exhibemus, nobis in bonum coope
rari digneris, Per. Epla. Juſtus
cor ſuum tradet ad vigi. folio.clix.
Grad. Os iuſti meditabitur ſa. ℣. Lex
dei eius. All'a ℣. Juſtus vt palma.
folio.clix. Euangeliũ. In illo tēpe,
Nemo accendit lucernam. fol.clix.
Offerto. Deſideriũ anime eius. clix.
Deus, cui omne bo- Secret.
num in tui ſacri corporis my
ſterio cõtineri voluiſti: concede pro
pitius: vt hoc munus, quod beati
geraldi memoriam recolentes offe
rimus: ipſo intercedēte, nobis pro-
ficere ſentiamus, P. Cõm Fidelis
ſeruus et prud. f.clix. Poſtcõ. oratio.
Celeſti munere ſatiati omps
et miſericors deus, gratias
agimus: et precamur, vt qui noua
beneficia per beatũ geraldũ te ope
rari gaudemus, ipſo ſupplicāte, per
hoc celeſte munus, ad pietatis ope
ra renouemur, Per. ¶ In feſto
Dedicationis eccleſie. Introitus.
Terribilis eſt locus iſte,
hic domus dei eſt ⁊ por
ta celi, et vocabitur au
la dei. ℣. Fundamenta
eius in mõtibus ſanctis:
diligit dñs portas ſiõ ſuper omnia ta-
bernacula iacob. Glia pa. Glia in ex.
Deus, qui nobis Oratio.
per ſingulos annos huius ſan
cti templi tui dedicationis reparas
diem, et ſacris ſemper myſteriis re
preſentas incolumes: exaudi preces
populi tui, ⁊ preſta: vt, quiſquis hoc
tēplum beneficia petiturus, ingre-
ditur cuncta ſe impetraſſe letetur,
Per. Lectio libri Apocalypſis bea
ti Joannis apoſtoli. xxi.a.
In diebus illis, Vidi ſanctā
ciuitatē hieruſalem nouā, deſcendē
tem de celo a deo paratā: ſicut ſpõ-
ſam ornatam viro ſuo. Et audiui
vocem magnam de throno dicen-
tem, Ecce tabernaculum dei cum
hominibus: et habitabit cũ eis. Et
ipſi populus eius erunt: et ipſe deus
cum eis, erit eorũ deus. Et abſter-
get deus oēm lachrymā ab oculis
eorũ: et mors vltra nõ erit, neque lu-
ctus, neque clamor, neque dolor erit
vltra, quia prima abierunt. Et di-
xit qui ſedebat in throno, Ecce, no-
ua facio omnia. Grad. Locus iſte
a deo factus eſt ineſtimabile ſacramen
tum, irreprehenſibilis eſt. ℣. Deus cui
aſtat angelorum chorus, exaudi preces
ſeruorũ tuorũ. All'a, all'a. ℣ Funda
menta eius in montibus ſanctis: dili-
git dñs portas ſion ſup oĩa tabernacu
la iacob, all'a. Scdm Lucam. xix.a.
In illo tēpe, Ingreſſus ieſus
perambulabat hiericõ. Et ec
ce vir nomine zaccheus, et hic prin
ceps erat publicanorũ, ⁊ ipſe diues.
Et querebat videre ieſum quis eſſet:
et non poterat pre turba, quia ſta-
tura puſillus erat. Et precurrens
aſcēdit in arborem ſycomorum vt
videret eum: quia inde erat tran-

ſiturus. Et cum veniſſet ad locum,
ſuſpiciẽs ieſus vidit illũ, et dixit ad
eum, Zacchee, feſtinans deſcende:
quia hodie i domo tua oportet me
manere. Et feſtinãs deſcẽdit: et ex
cepit illũ gaudens. Et cũ viderent
oẽs, murmurabant, dicentes q ad
hoiem peccatorẽ diuertiſſet. Stãs
aũt zaccheus dixit ad dñm, Ecce di
midiũ bonorũ meorum dñe do pau
peribus: et ſi quid aliquẽ defrauda
ui, reddo quadruplũ. Ait ieſus ad
eũ, Quia hodie ſalus huic domui
facta eſt: eo qđ ⁊ ipſe filius ſit abra-
he. Venit enim filius hominis que
rere et ſaluũ facere quod perierat.
Credo. Offer. Dñe deus, in ſimpli-
citate cordis mei letus obtuli vniuerſa:
et populũ tuũ qui repertus eſt vidi cũ
ingenti gaudio: deus iſrael cuſtodi hãc
Omñps eter- Secre. volũtatẽ.
ne deus, altare hoc noĩ tuo di-
catũ celeſti benedictione et virtute
ſanctifica: et oĩbus in te ſperãtibus
auxilij tui munus oſtende: vt hic, et
ſacramentorũ virtus, et votorũ ob
tineatur effectus, Per. Cõ. Domus
mea, domus orationis vocabitur, dicit
dñs: in ea oĩs qui petit accipit, ⁊ qui
querit inuenit et pulſanti aperietur.
Queſumus Poſtco. oratio.
oĩps deus: vt in hoc loco, quẽ
nomini tuo indigni dedicauimus: cũ
ctis petentibus, aures tue pietatis
accõmodes, Per. In ſancti Cali
ſti pape ⁊ martyris. Intro Letabit
iuſtus in dño, folio. cliiij. Oratio.

Deus q nos beati caliſti mar
tyris tui atq põtificis annua
ſolẽnitate letificas: cõcede ꝓpitius:
vt cuius natalitia colimus, de eiuſ-
dem etiam protectiõe gaudeamus,
Per. Epla Beatus homo qui inue-
nit ſapientiã. fo. cliiij. Gra Poſuiſti
dñe ſuper caput eius. ℣ Deſideriũ ani-
me eius. Alla, alla. ℣ Beatus vir q
timet dñm. fo. cliiij. Euangeliu. In
illo tẽpore, Si quis vult poſt me ve
nire. folio. clv. Offerto Gloria ⁊ ho
nore. folio. clv. Secreta.
Munera tibi dñe dicata ſan-
ctifica: ⁊ intercedente beato caliſto
martyre tuo atq pontifice, per ea-
dem ad nos placatus intende, Per.
Cõ Qui vult vent. clv. Poſtc. oro.
Hec nos cõmunio dñe purget
a crimine: et intercedẽte bea
to caliſto martyre tuo atq pontifi-
ce celeſtis remedij faciat eſſe cõſor
tes, Per. In ſcti Luce euãgeliſte.
In medio ec- Intro.
cleſie aperuit os eius,
⁊ impleuit eũ dñs ſpi-
ritu ſapiẽtie et intelle-
ctus: ſtola glorie induit
eũ. ℣. Bonũ eſt cõfiteri dño, et pſallere
nomini tuo altiſſime. Gl'ia patri. Glo
ria in excelſis deo. Oratio.
Interueniat ꝓ nobis qs dñe:
ſanctus tuus lucas euãgeliſta: qui
crucis mortificationẽ iugiter in ſuo
corpore ꝓ tui nominis honore por-
tauit, Per. Lectio epiſtole beati
Pauli apli ad Corinth. ij. viij. b.

FRatres, Scitis gratiam dñi
noſtri ieſu chriſti, qm̄ ꝓpter
vos egenus factus eſt, cum eſſet di
ues: vt illi⁹ inopia, vos diuites eſſe
tis. Et conſiliū in hoc do: hoc enim
vobis vtile eſt, qui non ſolū facere,
ſed ⁊ velle cepiſtis ab anno priore.
Nunc vero et facto ꝑficite, vt quē
admodū prōptus eſt animus volū
tatis, ita ſit et perficiēdi ex eo quod
habetis. Si enim voluntas prōpta
eſt: ſecūdū id qđ nō habet, accepta
eſt: nō ſcđm id qđ non habet. Non
enim vt aliis ſit remiſſio, vobis aūt
tribulatio: ſed ex equalitate, in pre
ſenti tempore, veſtra abundantia
illorū inopiam ſuppleat: vt illorum
abūdantia veſtre inopie ſit ſupple
mentū, vt ſiat equalitas, ſicut ſcri
ptum eſt, Qui multū non abunda
uit: et qui modicum, nō minorauit.
Gratias aūt ago deo, qui dedit eā
dē ſolicitudinē pro vobis in corde
titi, qm̄ exhortationē quidē ſuſcepit
ſed cū ſolicitior eſſet, ſua voluntate
profectus eſt ad vos. Miſim⁹ aūt
cū illo fratrē noſtrū, cuius laus eſt
in euāgelio per omēs eccleſias: nō
ſolū aūt, ſed ⁊ ordinat⁹ eſt ab eccle
ſiis comes peregrinationi⁹ noſtre,
in hanc gratiam que miniſtratur a
nobis ad dñi gloriā, ⁊ deſtinatā vo
luntatē noſtrā, deuitantes hoc, ne
quis nos vituperet in hac plenitu
dine que miniſtratur a nobi⁹ in dñi
gloriā. Prouidem⁹ enim bona nō
ſolū corā deo, ſed etiā corā hoibus.

Gra. Nimis honorati ſunt amici tui
de⁹, nimis cōfortatus eſt principatus
eorū. ℣ Dinumerabo eos, et ſup arenā
multiplicabunt. Halla, halla. ℣ Pri
mus ad ſion dicet, ecce adſum: ⁊ hierl'm
euāgeliſtā dabo, halla. Scđm Lucā.

IN illo tēpe, Deſigna ca. x.
uit dñs et alios ſeptuaginta
duos: ⁊ miſit illos binos ante faciē
ſuā in omnē ciuitatē et locum quo
erat ipſe vēturus. Et dicebat illis,
Meſſis quidē, multa: operarii aūt
pauci. Rogate ergo dñm meſſis
vt mittat operarios in meſſem ſuā.
Ite: ecce, ego mitto vos ſicut agnos
inter lupos. Nolite portare ſaccu
lum, neq; perā, neq; calceamēta: et
neminē per viā ſalutaueritis. In
quācunq; domum intraueritis, pri
mum dicite, Pax huic domui. Et
ſi ibi fuerit fili⁹ pacis, requieſcet ſu
per illū pax veſtra: ſin autē, ad vos
reuertetur. In eādē aūt domo ma
nete edētes et bibētes que apud il
los ſunt. Dignus eſt enim opera
rius mercede ſua. Nolite tranſire
de domo in domū. Et in quācūq;
ciuitatē intraueritis, et ſuſceperint
vos, mādūcate que apponūtur vo
bis: ⁊ curate infirmos q̄ in illa ſunt,
et dicite illis, Appropinq̄bit in vos
regnū dei. Credo. Offer. Mihi au
tē nimis honorati ſunt amici tui de⁹:
nimis cōfortat⁹ eſt principatus eorū.

OMnis celeſtibus da Secre.
nobis, queſumus dñe: libera
mēte ſeruire: et munera que deferi

mus, interueniēte bt̄o luca euangeliſta, et medelā nobis operentur et veniā, P. Prefat. Equū ⁊ ſaluta. Te dn̄e ſuppli. Cō. Vos qui ſecuti eſtis me in regeneratione, cū ſederit filius hoīs in ſede maieſtatis ſue, ſedebitis ⁊ vos ſup ſedes duodecim, iudicantes duodecim trib⁹ iſrl. Poſtc. orō.

Preſta, q̄s omp̄s deus: vt id qd̄ de tuis donis percepim⁹, beati luce euāgeliſte precib⁹, nobis ad remediū aīarū nr̄arū ꝓficiat: et tuis nos faciat inherere mādatis, P. In oct. dedicationis eccleſie oīa dnr̄ vt in die. In trāſlatione ſcti Valerij epī et cōfeſſoris. Intr.

Statuit ei dn̄s teſtamētum pacis: et principē fecit eū, vt ſit illi ſacerdotij dignitas in eternum. ℣. Inueni dauid ſeruū meū, oleo ſancto meo vnxi eum. Glīa pa. Gloria in excelſis. Oratio.

Exaudi dn̄e preces nr̄as, quas in ſancti confeſſoris tui atq; pōtificis valerij trāſlatione deferimus: et eius q̄ tibi digne meruit famulari, intercedētibus meritis, ab oībus nos abſolue pc̄tis. P. Epl'a. Ecce ſacerdos magn⁹. vt ſupra in cōmuni fo. clvij. Grad. Ecce ſacerdos magnus, qui in diebus ſuis placuit deo. ℣. Nō eſt inuētus ſimilis illi, qui conſeruaret legem excelſi. Halle. halle. ℣. Juſtus germinabit ſicut liliū: et florebit in eternū ante dn̄m, halle. Euāgelium. In illo tēpore, Dixit dn̄s ieſus diſcipulis ſuis, Sint lūbi veſtri. fo. clvij. Offer. Veritas mea et miſericordia mea cū ipſo: et in noīe meo exaltabitur cornu eius. Secret.

Hoſtias tibi dn̄e pro tranſlatione ſcti cōfeſſoris tui atq; pōtificis valerij offerim⁹ deprecantes, vt ſicut illi prebuiſti ſacre fidei claritatē, ſic nobis indulgentiā largiaris ⁊ pacē, P. Cōm. Beatus ſeruus quē cū venerit dn̄s eius inuenerit vigilantē: amen dico vobis, ſup omnia bona ſua cōſtituet eū. Poſtcō. orō.

Sumentes dn̄e gaudia ſempiterna participatiōe ſacramēti, preſta, q̄s: vt beati cōfeſſoris tui atq; pōtificis valerij, cuius tranſlationē agimus, precib⁹ ſubleuemur, Per. In ſanctarum Undecim miliū virginū: et Nunilonis ⁊ Alodie virginū ⁊ martyrū. Intr. Offerētur regi virgines poſt eā. folio. clx.

Confirma in nobis Oratio. pacē dn̄e triūphator oīs: qui preſentē diē, vndecim miliū ꝟginū, ac nunilonis et alodie martyrijs, noſtrorū inſuper regnorū tranquillitate feciſti eſſe ſolenē, Qui viuis. Epl'a. Fratres, De virginibus preceptū dn̄i nō habeo. fol. clxi. Grad. Media nocte clamor fact⁹ eſt. ℣. Tūc ſurrexerūt omnes virgines. H alle. ℣. Quinq; prudentes virgines. fol. clxi. Euangeliū. In illo tēpore, Simile eſt regnū celorū decē virginibus. folio. clxi. Offerto. Offerentur regi virgines poſt eam. folio. clxi. Secre.

S Uſcipe pacificas hoſtias, pa cis largitor ⁊ gratie: vt q̄ vrſule glorioſe ac ſociarū, necnon nunilonis et alodie martyria celebramus: earū numero in celeſtibus ſociemur, Per. Cōm. Quinqȝ prudētes. folio. clxi. Poſtcō. oro. S Acroſctis refecti myſteriis, queſumus dn̄e: vt beate vrſule ac ſociarū, necnon nunilonis ⁊ alodie intercedentibus meritis, in preſenti tranquillam et in futuro vitā perpetuā, cōſequamur, P. ¶ In ſanctorū Seruādi ⁊ Germani marty. Inf. Intret in cōſpectu tuo dn̄e. clv. C Oncede, queſumus Oro. omnipotēs deus: vt ſanctorū martyrū tuorum ſeruandi et germani, quorū celebramus ſolennia: ſentiamus ſuffragia, P. Epla. Juſtorū anime in manu dei ſunt. clv. Grad. Glorioſus deus in ſctis ſuis. v. Dextera tua dn̄e. H allā. v. Sācti tui dn̄e. Eunageliū. In illo tpe, Nihil opertū qd nō reuelef. clvi. Offerf. Letamini in dn̄o. folio. clvi. Secref. P Reſta, q̄s dn̄e deus: vt hec oblatio ſit tibi grata tuorum meritis ſanctorū: et eorū interuētu ad medelā noſtrarū proueniat animarum, P. Cōm. Juſtorū anime in manu dei ſunt. clvi. Poſtcō. oratio. P Erceptis dn̄e ſacramentis, queſumus: vt beatorū martyrū tuorum ſeruandi et germani interueniente ſuffragio, ⁊ purgemur a vitiis, et a periculis omnibus eruamur, Per. ¶ In ſanctorū Criſpini et Criſpiniani, Chryſanti ⁊ Darie martyrum. Introitus. Intret in conſpectu tuo dn̄e. clv. Oro. P Reſta, q̄s oīps deus: vt beatorū martyrū tuorū criſpini ⁊ criſpiniani, chryſanti et darie venerāda feſtiuitas, ⁊ ſalutē nobis obtineat: ⁊ premia eterna cōcedat, P. Epla. Expectatio iuſtorum letitia. f. clv. Grad. Exultabūt ſancti in gloria, letabuntur in cubilibus ſuis. v. Cantate dn̄o canticū nouū: laus eius in eccleſia ſanctorū. H allā, hallā. v. Juſtorū anime in manu dei ſūt, ⁊ nō tāget illos tormentū malitie, hallā. Euangeliū. In illo tempore, Ecce, ego mitto vos. folio. clvi. Offerto. Letamini in domino et exultate iuſti: et gloriamini omnes recti corde. Secreta. S Anctorū martyrum tuorum criſpini, ⁊ criſpiniani, chryſanti et darie nobis domine pia nō deſit oratio: que ⁊ munera noſtra conciliet, et tuam nobis indulgentiam ſemper obtineat, Per. Cōmu. Juſtorū anime in manu dei ſunt: et nō tāget illos tormentum malitie. viſi ſunt oculis inſipientium mori, illi aūt ſunt in pace. Poſtcōmu. oratio. P Urificent nos dn̄e ſacramēta que ſumpſimus: et intercedentibus ſanctis tuis criſpino et criſpiniano, chryſanto et daria, a cūctis efficiant vitiis abſolutos, Per. ¶ In octauo die tranſlatiōis ſancti Valerii oīa dicūtur vt in die.

285

¶ In ſanctorũ Vincẽtij, Sabine, et Chriſtete martyrum. Introit⁹. Intret in cõſpectu tuo. clv. Oratio.

PRotege dñe plebẽ tuã: et in feſtiuitate martyrũ tuorum vincẽtij, ſabine, et chriſtete, quã nobis tradis aſſidue colere: fac deuotis tibi ſeruitijs cõplacére, Per. Epla. Juſti in perpetuum viuent. folio. clv. Gra. Glorioſus deu⁹ in ſanctis ſuis. ℣. Dextera tua dñe. Halla, ℣. Sancti tui dñe. clvj. Euangeliũ. In illo tẽpore, Nihil opertũ quod nõ reueletur. clvj. Offerto. Letamini in domino. fo. clvj. Secre.

MUnera tibi dñe noſtre deuotionis offerimus: que pro tuorũ tibi grata ſint honore iuſtorum: ⁊ nobis ſalutaria te miſerãte reddant, Per. Cõm. Juſtorũ anime in manu dei ſunt. folio. clvj. Poſtcõm. orõ.

PReſta nobis, queſum⁹ dñe, intercedẽtibus ſctis tuis vincẽtio, ſabina, et chriſteta: vt, qđ ore contigimus: pura mẽte capiamus, P. ¶ Quãdo vigilia apoſtolorũ Simonis et Jude occurrerit in dominica, ſabbato retro quo ieiunamus dicitur miſſa conuentuali⁹ de dicta vigilia. ¶ In vigilia apoſtolorum Simonis ⁊ Jude. Introi.

INtret i cõſpectu tuo dñe gemit⁹ cõpeditorũ, redde vicinis nřis ſeptuplũ in ſinu eorũ: vindica ſanguinẽ ſanctorũ tuorũ qui effuſus eſt. ℣. Deus ve-



nerũt gentes in hereditatẽ tuã: polluerunt tẽplũ ſanctũ tuũ, poſuerũt hieruſalẽ in pomorũ cuſtodiã. Glia pa. Nõ dicitur Gloria in excelſis. Oratio.

COncede, q̃ſum⁹ omñps deu⁹: vt ſicut apoſtolorũ tuorum ſimonis ⁊ iude, glorioſa natalitia preuenim⁹: ſic ad tua beneficia promerenda, maieſtatẽ tuã pro nobis ipſi preueniãt, Per. Epła. Juſtorum anime i manu dei ſunt, vt in cõmuni plurimorũ martyrũ. clv. Grad. Vindica dñe ſanguinẽ ſanctorũ tuorũ qui effuſus eſt. ℣ Poſuerũt morticina ſeruorũ tuorũ eſcas volatilibu⁹ celi: carnes ſanctorũ tuorum beſtijs terre. Nõ dicitur Halla. Euangelium. In illo tpe, Dixit ſimon petrus ad dñm ieſum. vt ſupra in vigilia cõmunis apłorũ. folio. cliij. Offerto. Exultabunt ſancti in gloria, letabuntur in cubilibus ſuis: exultationes dei in faucibus eorum. Secreta.

MUneribus nřis dñe apoſtolorũ tuorũ ſimõnis et iude feſta preuenimus: vt que conſciẽtie nře prepediuntur obſtaculis, illorum meritis grata reddãtur, Per. Cõm. Juſtorũ anime in manu dei ſunt, ⁊ nõ tãget illos tormentũ malitie: viſi ſunt oclis iſipiẽtiũ mori, illi aũt ſunt i pace.

SUmpto dñe ſacramẽto, ſuppliciter deprecamur: vt intercedẽtibus btis apoſtolis tuis, qđ tẽporaliter gerimu⁹, ad vitã capiam⁹ eternã, Per. Benedicamus dño. R. Deo gratias.

¶ In feſto apoſtolorum Simonis et Jude. Jntro.

Nimis aūt nimis honorati ſunt amici tui deus: nimis confortatus eſt principatus eorum. ℣. Dñe probaſti me, et cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſſionē meā et reſurrectionē meā. Glīa pa. Gloria in excelſis.

Deus, qui nos ꝑ beatos Oro. apoſtolos tuos ſimonē ⁊ iudā ad agnitionē tui nominiꝰ venire tribuiſti: da nobis, queſumus: eorū gloriā ſempiternā ⁊ proficiendo celebrare, ⁊ celebrādo proficere, Per. Lectio epiſtole beati Pauli apoſtoli ad Epheſi. iiij.b.

Fratres, Unicuiqꝫ noſtrum data eſt gratia ſcdm menſurā donationis chriſti. Propter qđ dicit, Aſcēdens in altū, captiuā duxit captiuitatem: dedit dona hominibꝰ. Quod aūt aſcēdit: quid eſt, niſi qa et deſcēdit primū in inferiores partes terre? Qui deſcendit, ipſe eſt et qui aſcēndit ſuper omnes celos, vt impleret oīa. Et ipſe dedit quoſdā quidē aplos, quoſdam aūt prophetas, alios vero euāgeliſtas, alios aūt paſtores et doctores ad conſumationē ſanctorū in opus miniſterij in edificationē corporis chriſti: donec occurramꝰ omnes in vnitatē fidei ⁊ agnitionis filij dei, in virū perfectū, in menſurā etatis plenitudinis chriſti dñi noſtri. Gra. Nimiꝰ honorati ſunt amici tui deuꝰ: nimis confortatus eſt principatꝰ eorū. ℣. Dinumerabo eos ⁊ ſuꝑ arenā multiplicabūtur. Halla, halla. ℣. Nō vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos: et poſui vos vt eatis ⁊ fructū afferatis: et fructus veſter maneat, halla. Euāgelium. In illo tēpore, Hec mādo vobis: vt diligatis inuicē, vt ſupra in cōmuni. cliij. Offer. In omnē terrā exiuit ſonus eorū: ⁊ in fines orbis terre verba eorū.

Gloriā dñe ſanctorū Secre. apoſtolorū precurrētes perpetuā, queſumꝰ: vt eandem, ſacris myſterijs expiati, dignis obſequijs celebremus, P. Prefatio. Equū ⁊ ſalutare, Te dñe ſuppliciter. Cō. Vos, qui ſecuti eſtis me i regeneratione, cū ſederit filiꝰ hoīs in ſede maieſtatis ſue, ſedebitis et vos ſuꝑ ſedes duodecim, iudicātes duodecim tribꝰ iſrael.

Perceptis dñe Poſtcō. orō. ſacramētis, ſuppliciter exoramus: vt intercedētibus beatis apoſtolis tuis ſimone et iuda, que pro illorū veneranda gerimꝰ paſſione, nobis proficiant ad medelam, P.

Quādo vigilia omniū ſanctorum occurrerit in dominica, ſabbato retro quo ieiunamꝰ dicitur miſſa cōuētualis de dicta vigilia. ¶ In vigilia omniū ſanctorū. Introitus.

Iudicant ſancti gētes, ⁊ dominant populis: regnabit dñs deꝰ illorū in perpetuū. ℣. Exultate iuſti in dño: rectoſ decet collaudatio, Gloria pa. Nō

Non dicit' Gl'ia in excelſis. Oro.
Domine deus noſter, multi-
plica ſup nos gratiā tuam: et quo-
rum preuenimus glorioſa ſolēnia,
tribue ſubſequi in ſancta profeſſio-
ne letitiā, Per. Lectio libri Apo-
calypſis beati Joannis apli. v.b.
In diebus illis, Ecce, ego ioā
nes vidi in medio throni et
quatuor animaliū, ꝛ ī medio ſenio-
rū agnū ſtantē tanꝗ occiſum, ha-
bentē cornua ſeptē et oculos ſeptē:
qui ſunt ſeptē ſpūs dei, miſſi in om-
nē terrā. Et venit, ꝛ accepit de dex-
tera ſedentiꝰ in throno, librū. Et cū
aperuiſſet librū, quatuor animalia
et viginti quatuor ſeniores cecide-
rūt coram agno, habētes ſinguli ci-
tharas et phialas aureas plenas
odoramentorū, que ſunt orationeſ
ſanctorū: et cātabant cāticū nouū,
dicētes, Dignus es dn̄e accipere li-
brū et aperire ſignacula eiꝰ: qm̄ oc-
ciſus es, ꝛ redemiſti nos deo in ſan
guine tuo, ex omni tribu ꝛ lingua ꝛ
populo et natione, ꝛ feciſti noſ deo
noſtro regnū ꝛ ſacerdoteſ, ꝛ regna
bimus ſuper terrā. Et vidi, ꝛ audi-
ui vocē angelorū multorū in circui
tu throni et animaliū et ſeniorū: et
erat numerus eorū milia milium,
dicentiū voce magna. Dignus eſt
agnus qui occiſus eſt, accipere vir-
tutē, et diuinitatē, ꝛ ſapientiā, ꝛ for-
titudinē, et honorē, et gloriā, et be-
nedictionem, in ſecula ſeculorum,
amen. Gradua. Exultabunt ſancti
in gloria, letabuntur in cubilibus ſuiſ.
V. Cātate dn̄o canticum nouum: laus
eius in eccleſia ſanctorum. Non dici-
tur Alla. Secūdū Lucam. vi.c.
In illo tēpore, Eleuatis ocu
lis dn̄s ieſus in diſcipulos ſu
os, dicebat, Beati pauperes, quia
veſtrum eſt regnū dei. Beati qui
nūc eſuritis: qꝛ ſaturabimini. Bea-
ti qui nunc fletis: quia ridebitis.
Beati eritis cū vos oderint homi-
nes, et cum ſeparauerint vos et ex-
probrauerint, et eiecerint nomē ve-
ſtrū tanꝗ malū propter filium ho-
minis. Gaudete in illa die ꝛ exulta
te: ecce enim merces veſtra multa
eſt in celo. Non dr̄ Credo. Offer.
Exultabūt ſancti in gloria: letabun-
tur in cubilibus ſuis: exultationes dei
in faucibus eorum. Secreta.
Altare tuū dn̄e deus, muneri
bus cumulamꝰ oblatis: da, q̄s: vt
ad ſalutē noſtrā oīm ſanctorū tuo
rū precatiōe ꝓficiāt, quorū ſolēnia
vētura precurrimꝰ, Per. Cō. Iuſto-
rū aīe in manu dei ſunt, ꝛ nō tāget illoſ
tormentū malitie: viſi ſunt oculis inſi-
pientiū mori, illi autem ſunt in pace.
Sacramentis Poſtcō. oro.
dn̄e ꝛ gaudiiſ, optata celebri
tate, expletiſ, q̄s: vt eorū precibꝰ ad
iuuemur, quorū recordatiōibꝰ exhi
bent', Per. Bn̄dicamꝰ dn̄o. R. Deo
grās. ¶ Qn̄ feſtū oīm ſanctorū oc
currerit in dn̄ica, tunc de illa dn̄ica
nulla fit mētio. Qm̄ equū eſt: vt in
die tāte ſolēnitatis nihil fiat de ea.

¶ In feſto oim ſctoꝝ. Introitus.

Gaudeamus oēs in dño, diē feſtū celebrantes ſub honore omniū ſanctoꝝ: de quoꝝ ſolēnitate gaudent angeli, ⁊ collaudant filium dei. ℣. Gaudent angeli et exultant archāgeli: letātur iuſti, ⁊ cōgratulātur oēs ſancti. Gloria pa. Glia in excelſis. Oro.

OMnipotēs ſempiterne deus, qui nos oim ſanctoꝝ tuoꝝ merita ſub vna tribuis celebritate venerari: q̄s, vt deſideratā nobis tue propitiatiōis abūdantiā, multiplicatis itercesſoribus largiaris. Per.

Lectio libri Apocalypſis bti Joānis apli. vij. a.

IN diebus illis, Ecce, ego ioānes vidi alterū angelū aſcēdentē ab ortu ſolis, habentē ſignum dei viui: et clamauit voce magna quatuor angelis, quibus datū eſt nocere terre, ⁊ mari, dicens, Nolite nocére terre et mari, neqꝫ arboribus, quoaduſqꝫ ſignemus ſeruos dei noſtri in frontibus ſuis. Et audiui numerum ſignatorū, centū quadraginta quatuor milia ſignati ex omni tribu filioꝝ iſrl. Ex tribu iudá, duodecim milia ſignati. Ex tribu rubén, duodecim milia ſignati. Ex tribu gád, duodecim milia ſignati. Ex tribu aſer, duodecim milia ſignati. Ex tribu nephthali, duodecim milia ſignati. Ex tribu manaſſe, duodecim milia ſignati. Ex tribu ſimeón, duodecim milia ſignati. Ex tribu leui, duodecim milia ſignati. Ex tribu iſachár, duodecim milia ſignati. Ex tribu zabulón, duodecim milia ſignati. Ex tribu ioſéph, duodecim milia ſignati. Ex tribu beniamín, duodecim milia ſignati. Poſt hec vidi turbā magnam quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus, et tribubus, et populis et linguis, ſtantes ante thronum, in cōſpectu agni, amicti ſtolis albis, et palme in manibus eorum, et clamabant voce magna, dicentes, Salus deo noſtro qui ſedet ſuper thronum, et agno. Et oēs angeli ſtabant in circuitu throni ⁊ ſeniorum, ⁊ quatuor animalium: et ceciderunt in conſpectu throni in facies ſuas, ⁊ adorauerunt deum, dicentes, Amen. Benedictio, et claritas, ⁊ ſapientia, ⁊ gratiarū actio, honor et virtus, et fortitudo deo nr̄o i ſcl'a ſeculoꝝ, Amē.

Grad. Timete dñm oēs ſancti eius: qm̄ nihil deeſt timētibus eū. ℣. Inquirentes aūt dñm non deficiēt omni bono. Hall'a, hall'a. ℣. O q̄ glorioſum eſt regnū, in quo cū chriſto regnāt oēs ſcti, amicti ſtolis albis, ſequunt agnū quocūqꝫ ierit, hall'a. Scdm Matth. v. a

IN illo tempore, Videns dñs ieſus turbas, aſcendit in mōtem: et cum ſediſſet, acceſſerunt ad eum diſcipuli eius, et aperiens os ſuum docebat eos, dicens, Beati pauperes ſpū: qm̄ ipſoꝝ eſt regnū celoꝝ. Beati mites: qm̄ ipſi poſſidebunt terram. Beati qui lugent:

qm̄ ipſi cõſolabūtur. Beati qui eſuriunt, et ſitiunt iuſtitiam: qm̄ ipſi ſaturabuntur. Beati miſericordes: qm̄ ipſi miſericordiā conſequentur. Beati mūdo corde: qm̄ ipſi deū videbunt. Beati pacifici: qm̄ filij dei vocabuntur. Beati qui perſecutionē patiūtur propter iuſtitiā: qm̄ ipſorū eſt regnū celorū. Beati eſtis cū maledixerint vobis hoīes, ⁊ perſecuti vos fuerint, et dixerint omne malum aduerſum vos mentiētes, ꝓpter me. Gaudete ⁊ exultate: qm̄ merces veſtra copioſa eſt in celis. Credo, quod dicitur per totā octauā, et etiā in die paſſionis innumerabiliū martyꝝ. Offerto. Iuſtorū anime in manu dei ſunt, et non tanget illos tormentū mortis: viſi ſunt oculiꝰ inſipiētiū mori, illi aūt ſūt ī pace, hall'.

Munera tibi dñe Secreta. noſtre deuotionis offerimꝰ: que et pro cunctorū tibi grata ſunt honore iuſtorū, et nobis ſalutaria, te miſerāte, reddant. Per. Cōm. Beati mūdo corde, qm̄ ipſi deū videbūt. bti pacifici, qm̄ filij dei vocabunt. beati q̄ perſecutionē patiūtur propter iuſtitiam, qm̄ ipſorū eſt regnū celorū.

Da, q̄s dñe: Poſtcō. oratio. fidelibus poplis tuis omniū ſanctorū ſemꝑ veneratione letari: ⁊ eorū ꝑpetua ſupplicatiōe muniri. Per. Altera die immediate ſequēti poſt feſtū omniū ſanctorū dicitur officiū miſſe cōuentualis pro cōmemoratione defunctorū. Quādo aūt feſtū omniū ſanctorū euenerit in ſabbato, tunc officiū miſſe defunctorū transfertur ad diem lune immediate ſequētē. Infra octauā omniū ſanctorū fit idē officium miſſe qđ in die. De feſtis vero que infra dictā octauā veniūt, nihil tūc agitur: ſed poſt octauā celebrātur. De feſto aūt paſſionis innumerabiliū martyꝝ Ceſarauguſt. fit eodē die quo cadit. In feſto innumerabiliū mar. Ceſaraugu. Intr.

Clamauerūt iuſti, ⁊ dominꝰ exaudiuit eos: ⁊ ex oībus tribulationibꝰ eorū liberauit eos. ℣. Bñdicā dominū in omī tēpore: ſemꝑ laus eiꝰ in ore meo. Gloria pa. Gloria in excelſis. Oro.

Reſpice, q̄s dñe: familiā tuā: ⁊ preſta, vt ſanctorū innumerabiliū martyꝝ interceſſione munita, ab omni ſit culpa defenſa. Per.

Lectio libri Prouerbiorum. xv. a.

Lingua ſapientū ornat ſcientiā: os fatuorū ebullit ſtultitiā. In omi loco oculi dñi contemplantur bonos et malos. Lingua placabilis, lignū vite: que autē immoderata eſt, cōterit ſpiritū. Stultus irridet diſciplinā patris ſui: qui aūt cuſtodit increpatiōes, aſtutior fiet. In abūdanti iuſtitia virtꝰ maxima eſt, cogitationes aūt impiorū eradicabunt. Domꝰ iuſti plurima fortitudo: ⁊ in fructibus impij conturbatio. Labia ſapientū diſſemi-

nabūt ſcientiā: cor ſtultoꝝ diſſimi-
le erit. Victime impioꝝ abomina-
biles dño: vota iuſtoꝝ placabilia.
Abominatio eſt dño via impij: qui
ſequitur iuſtitiam, diligitur ab eo.
Grad. Exultabūt ſancti in gloria, le
tabūtur in cubilibus ſuis. ℣. Cantate
dño canticū nouū: laus eius in eccleſia
ſanctoꝝ. Alla, halla. ℣. Sancti tui
dñe benedicent te: gloriā regni tui di-
cent, halla. Euangeliū. In illo tem
pore, Hec mādo vobis: vt diligatis
inuicē. require ſupra in cōi apl'oꝝ.
fol. cliij. Offert. Repleti ſumus ma-
ne miſericordia tua, exultauimus ⁊ de
lectati ſumus, halla. Secreta.
Preces nr̄as, q̄s dñe: propi-
tiatus admitte: ⁊ dicatū tibi ſacrifi
ciū, ſanctoꝝ innumerabiliū marty
rū deprecatio cōmendet, P. Cōm.
Iuſtoꝝ anime in manu dei ſunt, ⁊ nō
tanget illos tormentū mortis: viſi ſunt
oculis inſipientium mori, illi aūt ſunt
in pace. Poſtcōmu. oratio.
Sanctorum innumerabilium
martyrū precib' cōfidētes, q̄s dñe:
vt p ea que ſumpſim', eterna reme
dia capiam'. Per. ¶ In octauo
die omniū ſanctoꝝ oia dicūtur vt
in die. ¶ In ſctoꝝ Vitalis ⁊ Agri
cole martyrū. Introit. Intret in cō-
ſpectu tuo dñe fol. clv. Oro.
Deus, qui nos cōcedis ſancto
rū martyrū tuoꝝ vitalis ⁊ agrico-
le natalitia colere: da nobis in eter
na beatitudine de eorum ſocietate
gaudere, P. Epla. Iuſtoꝝ aie in
ma. clv. Grad. Glorioſus de' in. ℣. Dex
tera tua. Alla. ℣. Scti tui. clvi. Euā
gel. In illo tpe, Cū audieritis plia
⁊ ſe. clvj. Off. Letamini in dño. clvj.
Munera tibi dñe nr̄e Secr.
deuotionis offerimus: q̄ pro
tuoꝝ tibi grata ſint honore iuſto-
rū, ⁊ nobis ſalutaria, te miſerante,
reddātur, P. Cō. Iuſtoꝝ anime in
manu. clvj. Poſtcō. oratio
Preſta nobis dñe, q̄s: interce
dētibus ſanctis tuis vitale ⁊ agri-
cola glorioſis martyrib', vt q̄ ore cō-
tigim', pura mēte capiam', Per.
¶ In ſcti Leonardi cōfeſſo. Int.
Os iuſti meditabit' ſapiē. clviij. Oro.
Maieſtati tue, q̄s dñe: ſanctiſ-
ſimi confeſſoris tui leonardi
nos pia iugiter cōmēdet oratio: vt,
quē quotidiano veneramur offi-
cio, ipſi' ſuffragio ſubleuemur op-
tato, P. Epla. Iuſtū deduxit dñs.
folio. clix. Grad. Os iuſti meditabitur
ſa. ℣. Lex dei eius. Alla. ℣. Iuſtus vt
palma. clix. Euāgeliū. In illo tēpe,
Nemo accēdit lucer. clix. Offerto.
Deſideriū anime ei' fol. clix. Secret.
Muneribus ſacris ⁊ precibus
beati leonardi nobis domi-
ne ſuccurre, placatus, et preſta: vt
quod fideliter petimus, efficaciter
impetremus, P. Cōm. Fidelis ſer-
uus ⁊ prudens. clix. Poſtcō. oratio.
Purificet ſemp et muniat tui
nos domine ſuſceptio ſacra-
menti: et interceſſione ſanctiſſimi
confeſſoris tui leonardi, perpetuis

mereamur gaudijs admiſceri, P.
¶ In ſanctorū martyrū quatuor
Coronatorū. Introitus. Intret in
conſpectu tuo dñe. fol. clv. Oratio.
PReſta, queſumus omnipo/
tens deus: vt qui glorioſos
martyres tuos claudiū, nichóſtra/
tum, ſimphorianum, caſtoriū, atqꝫ
ſimplicium fortes in ſua confeſſio/
ne cognouimus: pios apud te in no
ſtra interceſſione ſentiamus, Per
dñm. Epiſtola. Juſti in perpetuū
viuēt. folio. clv. Grad. Uindica do/
mine ſanguinē ſanctorū tuorū q̄ effu/
ſus eſt. ℣. Poſuerunt morticina ſeruo/
rum tuorum eſcas volatilibus celi: car
nes ſanctorum tuorum beſtijs terre.
Halleluia, halla. ℣. Iſti ſunt qui vene/
runt ex magna tribulatione, ⁊ lauerūt
ſtolas ſuas: ⁊ dealbauerunt eas in ſan
guine agni, halla. Euangelium. In
illo tempore, Nihil opertum quod
non reueletur folio. clvj. Offerto.
Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt
de laqueo venantium: laqueus contri/
tus eſt, et nos liberati ſumus. Secre.
BEnedictio tua domīe larga
deſcendat: que et munera no
ſtra, deprecantibus ſanctis tuis, ti
bi reddat accepta: et nobis ſacra/
mentum redemptionis efficiat, P.
Cōm. Poſuerunt morticina ſeruorū
tuorū dñe: eſcas volatilibꝰ celi: carnes
ſanctorū tuorū beſtijs terre: ſcd̄m ma/
gnitudinem brachij tui poſſide filios
morti punitorū. Poſtcō. oro.
CEleſtibꝰ refecti ſacramentis
et gaudijs, ſupplices te dñe depre/
camur: vt quorū gloriamur trium/
phis, protegamur auxilijs, P. Dñi
feſtū paſſionis imaginis dni, occur
rerit in dñica hiſtoriali, officiū miſ/
ſe dicitur de dñica: et paſſio imagi/
nis dñi transfertur in feriā ſecundā
immediate ſequentem. ¶ In paſ/
ſione Imaginis dñi. Introitus.
SAnctus deus, ſanctus
fortis, ſanctus immor
talis: qui tollis pecca/
ta mundi, miſerere no
bis. ℣. Nos aūt gloria
ri oportet in cruce dñi noſtri ieſu chri/
ſti. Gloria pa. Glia in excelſis. Oro.
OMnips ſempiterne deus, qui
vnigenitū tuū pro ſalute mū
di incarnari voluiſti, preſta, queſu/
mus: vt ſicut hodierna die in imagi
ne ſua, paſſionē eius fideliter reco/
limus: ita ab infeſtantis inimici ia/
culiꝰ, tuo munimine tueamur, Per
eundē. Lectio epiſtole beati Pau
li apoſtoli ad Romanos. xj. cap. d.
FRatres, O altitudo diuitia
rū ſapientie ⁊ ſciētie dei: quā
incōprehenſibilia ſunt iudicia eius,
⁊ inueſtigabiles vie eiꝰ. Quis em̄
cognouit ſenſum dñi? aut quis cō/
ſiliariꝰ eius fuit? Aut quis prior de
dit illi, et retribuet ei? Qm̄ ex ipſo,
et per ipſum et in ipſo ſunt oīa: ipſi
honor ⁊ glia in ſcla ſeculorū. Amē.
Gra. Saluator mūdi, ſalua nos oēs
p vrtutē ſcēe crucis. ℣. Qui ſaluaſti pe
trum in mari, miſerere nobis. Halla,

halla. ℣. Dicite in gētib⁹, q̄a dñs regna uit a ligno, halla. Scd̄m Joan. xij. c.

In illo tēpe, Dixit ieſus turbis iudeorū, Nūc iudiciū eſt mundi: nūc princeps huius mundi eijcieť foras. Et ego ſi exaltat⁹ fuero a terra, oīa trahā ad me ipſum. Hoc autem dicebat, ſignificās qua morte eſſet moritur⁹. Reſpōdit ei turba, Nos audiuimus ex lege ꝙ chriſt⁹ manet in eternū: et quomodo tu dicis, oportet exaltari filium hoīs? Quis eſt iſte fili⁹ hoīs? Dixit ergo eis ieſu⁹, Adhuc modicum, lumē in vobis eſt. Ambulate dū lucē habetis, vt nō vos tenebre cōprehendāt, et qui ambulat in tenebris neſcit quo vadat. Dum lucē habetis, credite in lucē, vt filij lucis ſitis. Credo. Offerť. Protege dñe plebē tuā per ſignū ſcte crucis ab oībus inſidijs inimicorū omniū: vt tibi gratā exhibeamus ſeruitutē: ⁊ acceptabile tibi fiat ſacrificiū noſtrū, halla. Secreta.

Munera tue pietatis oblata, q̄s dñe: ſcifica: ⁊ gehēnales cruciat⁹, quos digne ꝓ piaculis noſtris meremur, ꝑ vnigeniti tui, quā in imagine ſuo recolim⁹, paſſionē: a nobis ꝓcul pelle propiti⁹, P eundē: Prefatio. Eterne de⁹, Qui ſalutē humani generis. Cōm. Redemptor mūdi, ſigno crucis ab omi nos aduerſitate cuſtodi: qui ſaluaſti petrū in mari, miſerere nob, hall. Poſtc̄. oro.

Adeſto nobis, q̄s dñe de⁹ noſter: vt quos per lignum ſancte crucis pio cruore filij tui dignatus es redimere, ab omni inſidiatoris digneris fraude protegere, P eundē. In ſancti Martini epiſcopi et confeſſoris. Introitus.

Statuit ei dñs teſtamētū pacis: et principē fecit eū, vt ſit illi ſacerdotij dignitas in eternū. ℣. Inueni dauid ſeruū meum, oleo ſancto meo vnxi eum. Gloria patri. Gloria in excelſis. Oro.

Deus, qui cōſpicis, quia ex nulla noſtra virtute ſubſiſtim⁹: concede propitius: vt interceſſione bti martini cōfeſſoris tui atꝙ pontificis, cōtra oīa aduerſa muniamur, P. Epla. Ecce ſacerdos magnus. Reqre in cōi. fo. clvij. Grad.

Ecce ſacerdos magn⁹: q̄ in dieb⁹ ſuis placuit deo. ℣. Nō eſt inuētus ſimilis illi, qui cōſeruaret legē excelſi. Hall, hall. ℣. Martin⁹ abrahe ſinu letus excipiť: martin⁹ hic pauper, ⁊ modicus, celū diues ingrediť: hymnis celeſtib⁹ honoratur, halla. Euāge. In illo tpe, Sint lūbi vři precincti fol. clvij. Offerť.

Ueritas mea ⁊ mia mea cū ipſo: et in noīe meo exaltabitur cornu ei⁹. Sec.

Beati martini pōtifici⁹ tui, q̄s dñe: nobis pia non deſit oratio: que ⁊ munera noſtra conciliet, et tuā nobis indulgentiā ſemp obtineat, P. Cōm. Beat⁹ ſeruus, quē cū venerit dñs eius inuenerit vigilantē: amen dico vobi⁹, ſuper omnia bona ſua conſtituet eū. Poſtcōm. oratio:



289

PReſta, q̄s dñe de⁹ noſter: vt beati martini cōfeſſoris tui atq̧ pōtificis feſtiuitate votiua, ſacramēta ſalutaria, eiu⁹ nobis intercessiōe reddant. P. ¶ Infra octauā ſcti Martini cum fit de octa, fit idē officiū qd in die. ¶ In ſcti Emiliani cōfeſſoris. Introit⁹. Os iuſti meditabitur ſa. folio. clviij. Oratio.

OMnīps ſempiterne deus, cui cuncta famulātur elemēta: intercedēte bto emiliano cōfeſſore tuo, exaudi propiti⁹ orōnē noſtrā: vt quecūq̧ precipis vt agamus, ipſe adiuues vt adimplere poſſimu⁹. P. Epla. Juſtus cor ſuum tradet ad vi. folio. clix. Gra. Os iuſti medi. v. Lex dei. H allā. v. Juſtus vt palma flore. clix. Euangeliū. In illo tēpe, Nemo accēdit lucer. f. clix. Offert. Deſideriū aie eius. fol. clix. Secreta.

IN terceſſio, q̄s dñe: bti emiliani confeſſoris tui munera noſtra cōmendet: noſq̧ eius veneratio ſancta, tue maieſtati reddat acceptos. P. Cō. Fidelis ſeruus et prudēs. fo. clix. Poſtcō. orō.

QUeſumus oñs deus: vt, qui celeſtia alimēta percepimu⁹, intercedente beato emiliano confeſſore tuo, contra omnia aduerſa muniamur: et ad eterna gaudia conſequēda, ſpes nobis ſuppetat ꝛ faculta⁹. Per. ¶ In ſancti Bricij epiſcopi ꝛ cōfeſſoris. Intro. Statuit ei dñs.

